



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

**BIBLIOTHECA S. J.**

Maison Saint-Augustin

ENGHIEN

CS 325/  
123



M. Listenmann

4-12



JOHANNIS SAVBERTI F.  
DE  
**SACRIFICIIS**  
**VETERVM**  
**CONLECTANEA HISTO-**  
**RICO-PHILOLOGICA,**  
ET  
**MISCELLA CRITICA.**

7 E N A.  
Impensis MATTHÆI BIRCKNERI,  
excudit SAMUEL KREBSIUS,

---

Anno M DC LIX.





**MYSARVM DIIS TVTELARIBVS,  
VIRIS MAGNIFICIS,  
NOBILISSIMIS, PERSTRENVIS  
AC PRVDENTISSIMIS  
DNO BVRCKHARDO LOEF-  
FELHOLTZIO, A KOLBERG,  
PRAETORI,  
DNO CHRISTOPHORO  
DERRERO,  
II VIRIS:  
DNO LEONHARDO GRVND-  
HERRO, III VIRO, ECCLES. ET  
SCHOLAR. EPHORO,  
DNO JODOCO CHRISTOPHORO  
KRESSIO, A KRESSENSTEIN, IN DVR-  
RENMVNGENAV, VII VIRO,  
DNO GEORGIO SIGISMVND  
FVHRERO, ABHAIMENDORF,  
DNO SEBALDO WELSERO,  
SCHOLARCHIS:  
IN LVSTRIS REIP. NORIM-  
BERGENSIS SENATORIBVS;  
DOMINIS MEIS GRATIOSIS,  
MECAENATIBVS SANCTE  
ADORANDIS.**

**Cum**



um nihil VESTRIS al-  
taribus dignum esse, nisi  
quod amplissimum, &  
magnitudine suâ oculos  
hominum rapiat ac ex-

tendat, satis equidem perspectum ha-  
beam; date quæso, DII PATRI,  
ut exiguo hoc cespite VESTRO GE-  
NIO civis ego VESTER litare que-  
am: gentiliūque Jovem spectate,  
cui, optimo maximo, tantum abest,  
ut pauperum poma, boum aurato-  
rum vicem oblata, minus fuerint ad  
palatum, ut etiam Μηλις cognomine  
inde sit gavissus. Jam nunc illud Pliniū  
in mentem VESTRAM revoco: *Et  
diis lacte rustici multæq; gentes suppli-  
cant; & molâ tantum falsâ litant, qui  
non habent thura: Nec ulli fuit vitio  
deos colere, quoque modo posset.* præf.  
ad Vesp.

En VOBIS primitias studiorum  
meo-

meorum philologicorum, lance ut-  
cunque saturâ: quæ cum sacrarum  
rerum memoriam renouent, earum-  
que non pauca monumenta, è situ &  
squalore antiquitarum eruta, quasi  
per compendia expandant, cui eas  
potius quàm SACRO VESTRO-  
NUMINI obferrem? VOS summus  
Ille orbis arbiter in rempublicam de  
coelo demisit, ne patriæ meæ deessent  
*circumspectissimi & prudentissimi*  
*AVGVSTI* (Suet. in Tib. cap. 24.) qui  
(ut in hoc palmam tenetis, & proin-  
toti mundo estis admirationi) viros  
litteratorum, procures benevolâ ma-  
nu, laribusque splendidissimis faven-  
ter acceptarent, neque philologiam,  
h. e. scientiam solidam, ad paucos re-  
dire permetterent. Semper docto-  
rum apud VOS abundantia, quorum  
scilicet VOS olim cultores, nunc pa-  
troni estis; idque fidem facit, si in præ-  
ter-

teritum mentem & cogitationes remittamus. Omittam jam viros in quovis eruditionis genere stupendos: **VESTRO** augusto ordine: Præterco magna nomina, quorum busta & cineres ipsa Norimberga servat: Tantum ubi in inlustrem **VESTRAM** Palæcomen oculos atque animum intendo (neq; etiam jam ullum præsentium attingam) Dii boni! quot quantasque statuas eorum in Musarum larariis cernimus, quorum philologia **VESTRO** calori vitam debuit; queisque hodie dum longè lateque, ubi litterarum amor, aræ fumant. Emergunt heic critici subactissimi, philologi que incomparabiles, **PHILIPPVS CAROLI, ANDREAS DINNERS, DANIEL SCHVVENTERS, ὁ πᾶν CUNRADVS RITTERSHVSIVS, CHRISTOPHORVS CRINESVS,**



VS, MICHAEL PICCARTVS, NI-  
COLAVS TAVRELLVS, MI-  
CHAEL VIRDVNGVS, C.A. RV-  
PERTVS, CASPAR HOFMAN-  
NVS, & ille heu nuper <sup>ob</sup> THEO-  
DORICVS HACKSPAHN, ac alii;  
quorum laudes præstat reticere,  
quàm pauca de iis dicere. Non jam  
evolvam favorem, quo B. Parentem  
meum cumulatissimè mactâstis:  
Quando non solùm eum toti mini-  
sterio (quo non eminentius in Eccle-  
siâ fastigium) in inlustri Norimbergâ  
præficere dignati estis, ejusq; favillas  
& rogi thure ac mero perfudistis,  
h.e. fata ipsius pio luctu, & (quod glo-  
rari liceat) lachrymis ipsis prosecuti  
estis; sed etiam quòd ejusdem quan-  
tulacunq; merita tot in nos beneficiis  
compenlare hætenus non cessatis.

Porro ad VESTRAM aram,  
DII PATRII, primitias has facio,

):( 4 ne

ne canes & muscæ accedere audeant; quod olim Romæ ad Maximam Herculis in foro boario contigit, ubi hodie D. Maria in Cosmedin, aut (si verum nomen ejusque originem indagamus) τῆς ἀνθρωπίνης, fanum extructum comperimus. Ut, inquam, invidorum ac zoilorum fæx scabras manus ab iis abtineat. Mirum, quantum me adversus eorum insultus reficiant illa exactissimi Lipsii ad Janum Bernartium, quæ mihi dicta puto: *Quod injicis, ait, de invidis quibusdam homuncionibus, per Deum hanc curam pone. Quò virtus perveniet, si sistitur ad has remoras? ut gloria illa comes, scilicet invidia: sed hanc adeò non curat, ut vix cernat. Minuti qui non se attollunt, nolunt etiam alios: & factis cum obstare non possunt, conantur linguis, & spargunt verborum levitia ista tela. Atque idem inus, ut Bar-*  
*thi*

*thi fugientes. Nam cominus non se  
componunt, ne rectis oculis splendo-  
rem nostrum intueantur. Mi Bernar-  
ti, quis nostro ævo (ad vetera non te  
mittam) paulum modò altior detra-  
etiunculas has non sensit? Cujacium vi-  
de, me vide. Ille ab improbâ, ego rusti-  
câ etiam manu vapulamus: quid va-  
pulamus? sicut in somnio, non senti-  
mus, nisi imagine & opinione. Nemo  
nos tangit, nisi ipsi volumus; & fregit  
hæc omnia tela, qui contempsit. Indue  
hoc robur, & imprimis ab iis cave qui  
insusurrant, & specie benevolentia  
nocent. cent. 3. ad Belg. epist. 9.*

Non jactabo immensam mate-  
riæ hujus utilitatem, ne vino genero-  
so hederam ineptè adpendere videar:  
Interim prodeat & pro me loquatur  
sagacissimus Boxhornius, cujus ver-  
ba utinam aureis litteris libelli hujus  
frontispicio inscribere possem! Ita  
(s autem

autem alicubi ille: *Mibi autem ita visum semper fuit in sacris gentium, & i'llâ veterum sapientiâ, qua quamquam fabulosis aucta, prima tamen omnium est & cordata, optimè ingenia discentium occupari. Quid enim in litterarum nostrarum cultu prius sit, quàm quod primi mortaliū docuere, quod omnes ævi sapientes amplexi inter paganos, quod omnium scientiam, quod totius naturæ arcana, quod præcepta sapientiæ & civilis & privata, quod rerum incunabula & origines primas rimatur: Quod scire voluerunt veteres Christiani, ne causam ignorarent, cur tot cruces, tot supplicia paterentur; quod exercuit tot ingenia eruditorum; sine cujus cognitione passim in scribtis antiquorum turpiter cacutimus.* or. de fabb. poët.

Quod si verò quis ulterius manum injiceret atque ogganniret illud

Ram-

ספרים רבים חברו עובדי  
 ב"ם בעבודתה היאך עיקר עבודתה  
 ומה מעשה ומשפטיו צונו הקבר  
 שלא לקרות באותן הספרים כלל ולא  
 בהרר בה ולא בדבר מדבריה ואפילו  
 להסתכל בדמות הצורה אסור שנ' אר  
 תפנו אל האלילים ובענין הזה נאמר  
 וכן הרוש לאלהים לאמר איכר  
 יעבדו שלל השאל אל דרך עבודתה  
 היאך היא אע"פ שאין אתה עובד  
 שדבר זה גורם להפנות אחריה ולעשות  
 כמו שהן עושין שנ' ואעשה בן גמ' אני

*i. e. Multos libros composuerunt ido-*  
*latra de cultu suo, quod sit funda-*  
*mentum illius, quæ opera, & qui ritus.*  
*Caterum præcepit nobis DEVS bene-*  
*dictus, ne quicquam legeremus in li-*  
*bris istis; neque meditaremur in eâ*  
*(idololatriâ) aut ullâ re, quæ buc per-*  
*tineat. Quin etiam considerare for-*  
*mam imaginis vetitum est, quando*  
*dicitur: NE DEFIGAS OCVLOS*  
*TVOS*

**TVOS IN IDOLA.** *Atque idè dicitur est, NE FORTE INQVIRAS IN DEOS EORVM, DICENDO: QVOMODO COLVERVNT? Ne rōges de ratione colendi eos, etiamsi iis non servias; quia hoc te impellit, ut convertaris ad eos, ac facias quemadmodum illi faciunt: Quò respiciunt verba: ET FACIAM SIC QQ. EGO: lib. עבודת כוכבים sive de cultu stëllarum cap. 2, §. 3. Et in Sanhedrin c. 2, §. 1. excluduntur à vitâ futurâ, qui legunt libros ספרים זרות extraneos; quod exponitur in Gemarâ ספרים אלהות seu hæreticos. Præterquam quod talem ablegamus ad Dionysium Vossium in h. l., qui acutissimo digito, quò verba hæc restringenda sint, sufficienter ostendit: Etiam illud non simpliciter intelligendum, manifestum est ex alio libro impresso Pragæ in 8vo A. C. 1610, cujus auctor Rabbi Schem*

Schem Tobh bar Joseph ben Pal-  
 kira (qui differt à R. Schem Tobh  
 Lugdunensi, septem vel octo o-  
 pulculis litterariis claro, & alio  
 Schem Tobh Schprot, scholiastâ A-  
 benEfræ) Inscriptus ille אגרת חזקוני  
*Iggereth Hazvikkuach*, continet di-  
 sputationem inter Philosophiam &  
 Theologiam, evincitque illas inter se  
 non pugnare, ac proinde non prohi-  
 bitum esse philosophorum libros le-  
 gere & addiscere. Idem etiam דעות  
הפילוסופים *sententias philosopho-  
 rum*, seu compilationem librorum  
 Aristotelis ex Arabico vertit.

Agite, DII PATRII, acceptate  
 primitias has eo animo, quo Musas  
 complectimini, easque umbone VE-  
 STRO adversus malevolorum tela  
 clementer protegite. Si quid eas præ-  
 cociores delicatæ aures existimarent,  
 ac eo nomine in foro differrent, spe-  
 ctan

Etate ætatem meam adhuc viridem,  
quâ talia adgressus sum, qualia (præ-  
fiscinè dixerim) ne centesimus alio-  
rum: Addo & in augustissimo littera-  
rum genere, quas hodie vix unus at-  
que alter prosequi audet. Maturiori-  
bus annis maturiora & decoctiora,  
simul ac MAGNITVDINIBVS  
VESTRIS digniora, pleno ore, pro-  
pensâ manu, animoso spiritu promit-  
to: ita studia mea adjuvet DEVS ppp!  
Idem & VOS, MAGNI PATRIAE  
PROCERES, Reip. & optimarum  
artium bono diu seruet, consiliisque  
VESTRIS, quæis pro salute patriæ in-  
vigilatis, sancto sapientiæ spiritu cle-  
menter adsit! Dab. Jenæ è Muséo  
VI Eidûs VIIbris, ∞ 15 0 LIX.  
VV. MAGNIFICENTT.  
Ac STRENVITT.

*devotissimus*

*Civis ac Client*

JOHANNES SAUBERTVS,  
FILIVS.



# LECTORI AMICO

JOHANNES SAVBERTVS, F.

S. D.

**A**ccessivè usque adeò animum, Amice Lector, tanquam Alexandrinæ deliciae, veneranda sanctæ Philologiæ, & auro lauroque dignæ Critices mysteria (in quibus ego jam ab unguiculis initiatus, quædam hinc tibi largior) quarum velut ambrosia dulcissima, ita utilitas, pol! infinita, Earum fana qui ingressus ad adyta ipsa seriò devolvitur, tandemque epoptes evadit; gloriam suam jam à mortalitate adscruit, & olim inter magna nomina nunquam tacebitur. Non hîc cassas glandes, puces, aut curculiunculos minutos extollo, in quibus qui operosè sunt occupati, magnâ studiorum, ingenii, ac temporis jacturâ anthericum metunt, manentes fungi putidi, & inutilium grammaticistarum adpellatione vix digni; de quibus egregiè Henrichmannus: *O stolidi & ignavi homines, adhuc modicum lumen est in vobis, qui cum nullos unquam poëtas aut oratores legistis, inter grammaticos tamen connumerari discipulis, non secus certe quàm equinum ster-*  
cus,

*cus, quod dum in aquis cum pomis fluctuaret,*  
*dixisse fertur: NOS POMA NATAMVS.*

*Qui dum fratris Alexandri versiculos didice-*  
*runt, se Prisciani totum volumen comedis-*  
*se gloriantur; ut sator, qui caprinum stercus*  
*ante Pharmacopola officinam repertum, pro*  
*pillulis devorasse dicitur.* in epist. ad Casp. Hu-  
melium. Ecquid enim delphino & bovi  
commune? Quid vocabularius ad criti-  
cum? Quid pædagogulus ad philologum?

Itaque, ut sagacius, Lector, inter hos  
& istos distinguere discas: Philologiam (so-  
lam illam, quæ famam nostram perire non  
sinit) non quidem *Organicam* indigitare  
nos puta (sic quippe dividitur) i.e. quæ im-  
perat instrumentalibus disciplinis, gram-  
maticæ, rhetoricæ &c. sed veram illam, vi-  
delicet *Realem*, quæ circa omnes discipli-  
nas reales versatur. Definitur aliàs *facul-*  
*tas judicandi* πᾶν τὸ Πισυτόν. Scitum de hac  
acutissimi Heinsii dictærum: *Quemadmo-*  
*dum, inquit, populus una est civitas, ex multis*  
*militibus unus fit exercitus; ita ex disciplinis*  
*omnibus conjunctim una eruditio.* in Aristar-  
cho. Requiritur igitur in philologo sive  
critico *omnis eruditio*, velut Sextus Philoso-  
phus dicebat, teste Vossio de arte Gram-  
mat.

mat. 1, 6. Vel secundum Juvenalem sat. 7.

*Ut legat historias, auctores noverit omnes*

*Tanq. ungues digitosq. suos.*

Vel, ut edisserit vir summæ eruditionis

Ludovicus Vives: *Quid Grammaticus profi-*

*tetur? Non solum litterarum & vocum peri-*

*tiam; quanquam nec hoc omnino parum: Sed*

*intelligentiam verborum & sermonis totius,*

*cognitionem antiquitatis, historiarum, carmi-*

*num; denique vett. omnium scriptorum inter-*

*pretationem. Quid potest hoc majus vel am-*

*plius in studiis dici? Quâ de causâ illis permis-*

*sum est de scriptoribus cujusq. generis judici-*

*um, &c. l. 2. de caus. corrupt. artium. Et Ci-*

*cero: In Grammaticis poetarum pertractatio,*

*historiarum cognitio, verborum interpreta-*

*tio &c. l. 1. de orat.*

De porcino homine, & impurissimo

philosopho, Epicuro, refert Apollodorus

in I. de vitâ ejus ap. Laërtium lib. 10. εἰθεὶν

αὐτὸν ὅτι φιλασφίαι καὶ ἀγνίτῃ τῶν σοφιστῶν

καὶ γεωμετρίων, ὅτι οὐ μὴ ἐδυστήθησαν ἐρμή-

νεύσαι αὐτῷ τὰ περὶ τῆ παρ' Ἡσιόδῳ χάρις.

Similis fere hodie facies rerum. Calcatur

sancta philologia, & ipsius crepidæ, quique

vestigia earum lambunt, conspuuntur: ni-

hilq; minus perpenditur, quàm id ipsum,

):( ):(

quid

**quid Grammatiti mūnera, quid Critici?**  
 Et ex hac potissimum causā, quod philolo-  
 giæ mystæ exesse jubeant sacris suis Philo-  
 sophiam, scientiarum ornamentum & in-  
 crementum. Inde lancinantur ac biblio-  
 thecis novellorum studiosorum à præce-  
 ptoribus ineptis, mangonibus perniciosis-  
 simis, excinduntur philologica doctissi-  
 morum quorumcunque scribta: Inde in-  
 geniis, in quorum fertilitate & culturā  
 non exigua spes, tantum tramitem philo-  
 sophorum percurrere, & ne unico quidem  
 pede in limites philologicos, vel subsecivis  
 horis, egredi præcipitur: Inde tanta ridicu-  
 lorū philosophastrorum (Magna nomina  
 non peto, quorum eruditionem manu ve-  
 neror) turba; qui, si voces *quidditatis, indi-*  
*vidualitatis, hæceitatis*, & nescio quæ ter-  
 minorum monstra, aut quās bullatas nu-  
 gas, eructare nōrunt, summis incedunt un-  
 guibus, aliosque præ se pithœcias existi-  
 mant & spinturnicias. In bardos istos  
 buccones ita invehitur Clariss. Gueintzius:  
*Quantum quantum verò edecumata creba-*  
*tur laude (critica sive philologia) nonnum-*  
*quam tamen hanc acutis naribus & caperata*  
*fronte condemnantes existere: Quamvis hoc*  
*super-*

*superciliosos cerebrum potius in caltaneo, quam  
 in capite positam habere non dubitamus. Ec-  
 quid sciunt, vel fando modo audiunt omnem  
 eruditionis adorem in monumentis antiqui-  
 tatis esse? Quo concesso cur adhuc optime,  
 emendatis, illustratis, censitis quam accuratis-  
 sime eorum livor obstreperit, & nibilo minus  
 maliloquentia earum cessat? Cur adhuc ejus  
 cultores & Philologiae vitiligitant, praposte-  
 rog, suo titivilitii obtentu incessunt? Sanè, si  
 hoc impune? nec sartum tectum limpidiorum  
 doctrinarum quid conservabitur. Merito igitur  
 viri CL<sup>m</sup> BARTHIVS, WEITZIVS,  
 DILHERRVS, SCHEVRL, BOXHOR-  
 NIVS, amuleta sua litteralia in fanis Miner-  
 va, amovendi invidia livoris suspenderunt, &  
 quisque eorum suo in loco eam encomiis conde-  
 coravit. præf. in comm. Crit. Proinde audi-  
 amus Volsium: Quid tandem de tam utili ac  
 necessario studio fieret, si sic omnes saperemus,  
 soli, imparatiores illud tractent, peritiores  
 detrectent? Itaque per me licet puerilia hac ru-  
 dimenta dicant, dum in confesso maneat, sine  
 illis virilem sapientiam nos consequi non posse,  
 in art. gramm. præf. Censendum, inquit e-  
 tiam S. Gregorius, insulos & imperitos illos  
 sic adfici, qui vellent amnes sui similes esse, ut im-*

*communi illo grege laterent, & inscitia reprehensionem effugerent. Insuper tamen nescio quid aliud tangere videtur B. Calixtus*  
 הַנְּצַבֵּר: *Vetus est, ait, illa inter Philologos & Philosophos amulatio; & ne quidem hodie, quando, Dei benignitate utroque studio restaurato & florente, utrique operam dare promtum est, finem habere videtur. Isti alteros per ludibrium & contemptum Grammaticos vocant; Hi vero istos Realistas, Summularios, Formularios, denique barbaros & barbariei patronos. Perperam & pravo more fit ab am-  
 bobus, quum potius operas jungere deberent, & quisq; pro suâ virili veritati suppetias ferre, & Ecclesiæ laboranti succurrere. in adpar. Theol. pag. 48. Recordetur itaque malesuadus seculi nostri genius barbariei istius scholasticorum ævi, foedissimorumque in fidei articulis labsum, qui ex philologiæ inscitia, Erasmi & Capnionis tempore, toti mundo incidere, & ex eo sapere discat. De istis iterum Calixtus: Id magno suo, neque minore Ecclesiæ, malo experti sunt doctores, quos scholasticos vulgo dicimus &c. Illi, quum realium disciplinarum adprime essent periti, quod bonas litteras & linguas ignorarent, sæpe misere, nonnunquam insulse ballucinati sunt. l. c. p.*

47. Itaque Israël Clauderus malè ominatur : *Philologia*, inquit, qui est *Mercurialis* seculi genius, rarum admodum amatorem invenit ; hucq; ferè res hodiè deducta, ut, *Grammatici* nomen obijciatur pro convitio. Indignum sanè facinus ; Et quod posteritatem, si quæ futura est, tanti sibi sceleris consciam expectet, eò meliores litteras devenisse vilitatem, ut tantum non mercenaria opera colantur. Eidem quoque meam pignori dare ausim, *Musas Charitesq;* contemtu istum egregie aliquando ulturas &c. in Proem. ad *philologema* de Sale.

Age ergo, retundamus nos virulentia isthæc tela, *Philologorum* symbolum arcuum esse, mittendam *Philosophiam*, Et ne per transennam quidem adspiciendam ; & offuscias has exhibilemus, simul ac toti litterato orbi blennorum istorum rudicatem ac demerentiam in conspectum ponamus ; quam facile quivis manibus palpabit, qui aures vacivas commodabit Fabio, qui, *Grammaticam*, scribit, nec ut poëtas intelligat, siderum rationem ignorare, nec citra musicam perfectam esse ; nec eloquentiam, nec universam adeò *Philosophiam* nescire posse : sed omnes eidem poëtas legendos, omne scribtorum genus excutiendum. l. l. c. 4. Prodeat ipsa, & nugigerulis

):( ):( 3

istic

Istis os occilet : *Officium meum*, ait, *olim fuerat doctè scribere, legereq;* ; nunc etiam illud accessit, ut meum sit eruditè intelligere, *PROBAREq;* : apud Martianum Capellam l. 2. de nubl. Philologiæ. Aurelius Opilius, Grammaticus, non solum rhetoricam & grammaticam, sed & philosophiam doctuisse; differtè perhibetur à Tranquillo cap. 6. de Inlustr. gramm. Non omittenda hic verba claratissima Theophili Coleri : *Pertinent ad Philologum cognitio dicendi, artium; cognitio linguarum, universæ philosophiæ; historiarum & summiſſorum ſummarum facultatum capitum cognitio.* diff. de philologiâ §. 6<sup>o</sup>; quod §§. seqq. latissimè probat.

Partim ex hoc radices egit spissa peſtorum caligo, judiciiſque subtilitas Arcadicorum pecorum non diſſimilis, *ignorans quid diſtent æra lupinis*; Quid diſcriminis inter Grammaticum & Grammatistam, adeoque conferens

*Fulicas cygnis, & ædonæ parra,*

*Caſtaneis corylos æquans, viburna cupreſſis.*  
 Quo vel ſolo convitio tenerrima ingenia, quæ facile olim in ſublime Philologiæ, i. e. ſolidæ eruditionis faſtigium divinitas inſolis eveheret, ſponte abſterrentur viam hanc



hanc ingredi: Sed quando aliò dilabuntur,  
 vel aliquando post festum resipiscunt, si-  
 mul ac ingemiscunt, cùm vident se non li-  
 tare amplius diis semitalibus, faventiaque  
 larium vialium; ac omnem aditum præ-  
 clusum, eò deveniendi, quò illustres PHI-  
 LOLOGI, h. e. etiam inimicorum judicio,  
 viri in omni eruditionis genere incompa-  
 rabiles, Erasmus Roterod. Lutherus, Giral-  
 dus, Vallæ, Camerarii, Scaligeri, Douzæ,  
 Junii, Popmæ, Puteani, Lipsius, De-Rio,  
 Casaubonus, Buxtorff, Rycquius, Ritters-  
 husius, Gruterus, Heinsius, Vossius, Salma-  
 sius, Seldenus, Pitcartus, Boxhornius, & in-  
 numeri alii, quorum favillas hodie totus  
 orbis exosculatur, & divina scribta in em-  
 blematum censu habenda inficias ire ne-  
 quit; interim eorum orbitam anxio pede  
 premere & ipse contemnit, & juventuti  
 toto impetu vetat, & tantum non frenis ac  
 catenâ prohibet: Vel bonæ spei deco-  
 quunt, oleum studiis impendendum inter  
 vinum ac epulas dividunt, in Venerem pu-  
 tres evadunt, talentumque suum, à celesti  
 Domino sibi commissum, terrâ defodi-  
 unt, qui olim rationem poscet, & his eti-  
 am, quorum culpa & instinctu innocui ju-

7  
venes alio sunt devoluti, digna rependet  
Præmia.

Hæc certè sola causa, cur vix unus  
hodie aut alter Philologus restet, nullo fer-  
mè nisi, ut alii in magna Criticorum no-  
mina excrescant, & ulterius caput augu-  
stum exserant. Suetoni temporibus prætia  
*Grammaticorum tanta, mercedesq; tam ma-*  
*gna; ut constet* LVTATIVM DAPHNI-  
DEM, quem LENAËVS MELISVS per ca-  
pillatorem nominis πᾶντος ἀγῶνα dicit, du-  
centis millibus nummum. Quinto Catula cen-  
sum, ac brevi manu missum: LVCIVM AP-  
PVLEJVM ab Esicio Galvano, equite Romano  
predicte, quadringenis annuis conductum  
multos edocuisse. Vid. c. 3. de inlustr. Gramm.  
Jam verò

*Quis, gremio Enceladi doctiq; Palemonis*  
*adsere,*

*Quantum Grammaticus meruit labor?*  
ait Juvenalis sat. 7. Fecunditatem Philologo-  
rum prioribus ævis & usq; ferè huc osten-  
disse videntur fata, nec ultra forte esse su-  
perit. Neque id quidem satis, quod de eo-  
lo non amplius delabatur divina pecto-  
ra, quoniam alimenta ipsis & locum de-  
negat genius mundi: Verum & qui super-  
sunt

sunt Philologi, iusto DEI iudicio, & con-  
 temtus istius vindictâ, subripiuntur terris,  
 & in cœlum recipiuntur properiter & ma-  
 gno numero; quorum trigam ex ipsis pro-  
 ceribus nobis ilico & uno quasi ictu nuper  
 occavit inclementia factorum, viros su-  
 pra humanas laudes positos, sine encomio  
 summos, sine epitheto clarissimos, GA-  
 SPAREM BARTHIVM, GEORGIUM  
 PHILIPPVM HARSTORFERVM, THE-  
 ODORICVM HACKSPAHNIVM. Ah!  
 exuat mundus ferreum pectus, & sapere  
 audeat, ac crebro pensiusque æstimet illud  
 Basilii Magni: *Επειὶ ὅ καὶ πράξεις σωδαῖαι*  
*τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, ἢ μνήμης ἀνελυθία πρὸς*  
*ἡμᾶς ἀποσώζουσι, ἢ ποιητῶν, ἢ σοφιστῶν φύ-*  
*λαττόμεναι λόγοις, μηδὲ τῆς ἐκτεῦθαι ὠφελείας*  
*ἀποληπώμεθα.* orat. 13. Jamq; incipiat viros  
 magnos tanti, quantum merentur, facere,  
 juventæque calcar addite eorum vestigia  
 manibus pedibusque legendi; ne defiant  
 olim homines piperati pectoris, qui mu-  
 nera subeant posteritati (si quæ futuræ est)  
 ad solidam eruditionem præcurdi. Neve  
 aliquando pigri impendantur colossis,  
 æmicique mysteria portentæ.

Intetum nos blennis istis convitiis agri-

bus

bus veteres avias de pulmone revellamus,  
& infimul Musarum amantibus, tibi que,  
studiose Lector, ostendamus, quinam  
GRAMMATICVS, qui item GRAMMA-  
TISTA? Hos quippe toto cœlo differre,  
velut ex seqq. videre erit; ita insuper con-  
firmat Suetonius de instr. gramm. c. 4.  
Hic itaque erat magister litterarius, seu  
ludi magister & titulo *Professoris* penitus  
arcebatur, cœu manifestum est ex l. 1, §. 6. ff.  
de extraord. cognit. Qui tamen Gramma-  
tico omninò tribuitur init. l. d. ff. eod. ubi  
vocantur *Præceptores studiorum liberalium*;  
& §. 1, expressè *Professores*. Add. l. 6, C. de  
profess. & med. l. un. C. de Stud. lib. urb.  
Rom. & Const. l. un. C. de profess. qui in urb.  
Const. &c. Sic apud Suetonium Orbilius  
Orb. F. nuncupatur *Grammaticus Professor*.  
c. 9. Primum omnium se cognominasse  
PHILOLOGVM Eratosthenem *multiplicis*  
*variæq; doctrine* hominem, quem secutus  
sit Attejus, testatur Idem c. 10. Sanè inte-  
gram fuisse Philologorum sive Gramma-  
ticorum apud Græcos sectam, ex Porphy-  
rio facile elucescit, qui ubi Philosopho-  
rum sectas recensuisset, tandem ad Philo-  
logos descendit; ubi in specie nominatur  
Clo-

Clodius quidam: τῶν τε φιλολόγων σοφῶν,  
καὶ κλωδίου Νεαπολίτης. I. I. περὶ ἀποχῆς.  
§. 3. Eosdem etiam primum habuisse CRI-  
TICOS vox hæc ipsa indicat: Nec obscu-  
rus est *vir bonus & prudens*, Aristarchus,  
Homerici poëmatis censor, cujus memi-  
nit Horat. in art. poet. Quamvis ante hos  
noti sint Ebræorum Maloretæ & Sophe-  
rim, quos LXX vertunt γεγραμμένους,  
γεγραμμένους, & γεγραμματοεισαγωγῆς. Vid.  
Buxtorf. in Tiber. Glassium philol. S. I. tract.  
I. Ostermann. in pentade observ. quæ ad  
Græc. litteratur. spectant. Postea & ad Ro-  
manos devenire, quod ex Jure Civili hinc  
inde pater. Apud quos nobiles sunt Varro,  
Sisenna, Santra, & alii, quos ferè memorat  
Tranquillus libello suo de inlust. Gramm.  
Inscriptio Romæ in viâ Janiculensi extra  
portam S. Paneratii:

C. MINDIO. C. L. AGATHOCLEO.

GRAMMATICO

Ibid. in viâ Nomentanâ:

M. POMPILI. M. L. FORTVNATO

GRAMM. VIX. AN. LXXIX. M. III

Ibid. in ædibus Julii Porcarii ad Minervam:

DĒCIMIÆ. L. L

LIBERALI

TI

TI. CLAVDIVS  
AVGVSTLLIB  
PHILOGVS  
LIBERALIS. VXORI  
IN. HONOREM

Alia:

JVN. LVN  
REG. SACR  
P. VITVLLIVS  
PHILOGVS  
VI. VIR. AVG  
INFERIO

Bergomi in æde D. Agathæ:

PVDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICVS  
PROCVRATOR. ERAM. LEPIDAE. MO  
RESQ. REGEBAM

DVM. VIXI. MANSIT. CAESARIS. ILLA. NVRV  
ATTEJVS. PHILOGVS. DISCIPLVLVS

Apud hos distinguebatur iterum inter  
*Grammaticos Græcos*, puta qui Græcam  
profitebantur linguam, & *Latinos*. I. un. C.  
de profess. qui in urb. Const. Ex illorum  
numero fuit Cornelius quidam Alexan-  
der, quem propter antiquitatis notitiam *Poly-*  
*historum* multi, quidam *historiam* vocabant,  
ut refert Suetonius de illust. gramm. c. 20.

Inscriptio Romæ sub statuâ viri sedentis:

M. MET-

M. METTIVS  
EPAPHRODITVS  
GRAMMATICVS. GRAECVS  
M. METTIVS. GERMANVS. FBC  
Corduba:

D. M. S  
DOMITIVS. ISQVILINVS  
MAGISTER. GRAMM. GRAECVS  
ANNOR. CI  
H. S. E. S. T. T. LEVIS  
Comi in æde S. Fidelis Martyris  
P. ATILII  
P. F. OVFI  
SEPTICIANI  
GRAMMATICI. LATINI  
CVLORDO. COMENS  
ORNAMENTA  
DECVR. DECREVIT

Vid. magni Gruteri opus Atlanticum, f. 652.  
653. Ex his insuper honorum cumulos  
Grammaticis exhibitos; haut difficulter  
videre est: Et in Cordubensi illa notari  
debet epitheton *Magistri*, de quo, ut & ti-  
tulo *Professoris*, Grammaticis olim compe-  
tentibus, consuli possunt Suetonius l. c.  
capp. 23, 24, Goldastus not. ad Hieroclis fa-  
cetias, Wouvyerius in polymath. cap. 4.

Vo-

Vocati sunt etiam *Scholastici & Scholastici*  
*viri*, teste Augustino l. 6. Confess. & in pass.  
 S. Valent. Episc. Interam. In primis Rhetor-  
 res, ac apud Græcos multò ante λογιστὰς  
 καὶ ῥήτορες: Postea & advocati sive Jcti apud  
 Latinos. Gloss. Isidori: *Juraticus, scholasticus,*  
*legisperitus*. Tandem aucupati sunt id no-  
 men philosophiæ doctores, qui & *Magistri*  
 adpellati. Vnde illa nomina: *Theologia scho-*  
*lastica, philosophia scholastica, Doctores scho-*  
*lastici*. Inde & Petrus Comestor historiæ  
 scholasticæ auctor καὶ ἑξοχλὼ *Magister* vo-  
 catur, veluti *Magister sententiarum* Petrus  
 Lombardus. Confer Georg. Erhardi sym-  
 bolas in Petron. Rabbini Grammaticus  
 dicitur מרקדא admodum nervosè & per-  
 eleganter à מרדא subtilitas, subtilis con-  
 sideratio, inquisitio, disputatio, dissertatio;  
 quod est à מרדא considerare, disquirere,  
 excutere, discutere minutim ac subtiliter,  
 accuratè disserere, disputare, accuratè ex-  
 plicare, observare: & hoc derivatur à מר  
 tenue, minutum. Evolve lex. Rabbin. Bux-  
 torf I voc. מרדא. Hinc Elias Levita, gram-  
 maticus Rabbinarum vocatur *Elias Hamme-*  
*dakdek*. Junius מרדא explicat *Grammati-*  
*cam, quasi subtilem discussionem sermonis, &*  
*accu-*



*accuratam acutamq; ejus per legitima prae-*  
*pta explicationem ad 1. Cor. 6, 11. Dicti porro*  
*sunt philologi sive grammatici Litterati;*  
*quod tantū à Litteratore differebat, quan-*  
*tum à Grammatistā Grammaticus, abso-*  
*lutē doctus à mediocriter erudito, ut*  
*splendidē docet Suetonius cap. 4. & ex eo*  
*Muretus in Catull. Carm. 14 Orbilius apud*  
*eundem hoc etiam exemplis confirmat:*  
*Nam apud majores, ait, cum familia alicujus*  
*venalis produceretur, non temere quem LIT-*  
*TERATVM in titulo, sed LITTERATO-*  
*REM inscribi solitum esse; quasi non perfe-*  
*ctum litteris, sed imbutum. Id tamen discrim-*  
*inis non adeo strictē aut perpetuō ob-*  
*servabatur, ut notat Idē l. c. Vnde Interpres*  
*Laërtii illud encomion Timonis Φιλο-*  
*ζήμιματῶ non malē vertit: Litterator in-*  
*lustis lib. 9. Barthius philologum rotundē*  
*ac scitē in hunc modum describit: Qui ex*  
*omni antiquitate circa Poëtam, Rhetorem,*  
*Grammaticum, Philosophum, Philologum, Hi-*  
*storicum, Ictum, Theologum, Medicum versa-*  
*ur. Plures hisce deducere paginas jam su-*  
*persedeo; reservaturus reliqua ad inte-*  
*grum de Philologiā, ejusq; usu, aliumque,*  
*quem Vindicias Critices nominare libet,*  
*tracta-*

tractatum; modò ferèntiori aurà Musis me-  
is fata adspirent. Interim audiat mundus  
sapiens ac prudens contra Philologorum  
scopticos & *νεληνεύστας*, pectorisque  
imis penetralibus clavo trabali adfigat il-  
lud è tripode dictum viri Clariss. Philippi  
Caroli, præf. diss. de Criticis: NISI STA-  
BUNT CRITICI, NON STABIT RES  
LITTERARIA!

Præcerptis talibus, prout necessitas  
poscere videbatur, ad ipsam operis mei  
materiam me converto. De SACRIFICIIS  
quasdam *θυσίας* ad Vertumpi Janique  
fana ac statuas heic facio, quas CONLE-  
CTANEORVM nomine insignivi, non  
quod alios, qui antehac eandem materiam  
pertractârunt, compilaverim, aut è Stu-  
ckio, Giraldo & aliis pleraque harpagatus,  
pro linteo purissimo varium centonem  
obferam: Cùm meo quidem studio nul-  
lus talium auctorum curiosè mihi visus  
fuerit, quando, quicquid hîc publicum ju-  
diciam facio; ante quadriennium à me  
conscribebatur. Verbis opus non est: Sen-  
ties id, Lector candide, & quicunque æc-  
tum in pectore habes. Neque vero id me  
fugit, prius quàm ceceptum tale adgrede-  
rer,

rer, Stuckium in opere isto multorum fo-  
liorum non solum turpiter sæpius labsum-  
sed & parum egisse; cum quia ~~etiam~~ in-  
cedit & fastidiosè luxuriatur, tum quia  
cumpluria è Choulio auctore libri Galli-  
cani *de la religion des anciens Romains*, & Gi-  
raldi synt. XVII, quod tantum agit de sacri-  
ficiis, cum foedissimo furto diripuisse post-  
ea deprehendi, & aliquot locis in præsentî  
opusculo manifestum facio. Itaque singu-  
lorum (addendus hic Gerhardus Johannes  
Vossius de Idololatriâ) aut, ubi latius quid  
ementi sunt, sedulam mentionem facio;  
aut, ubi humani quid egere, & extra viam  
quandoque secesserunt, maculas abstergo.

Neque etiam pauci Græcorum ve-  
rustissimorum scribtorum historiam SA-  
CRIFICIORVM libris integris recensue-  
re, (quamvis eorum vix unum aut alterum  
nancisci potuerim, cæteris, ut credo, vetu-  
state & desidia hominum rudium oppres-  
sis, ut ita vel tineas paverint, vel facti fue-  
rint piperis breves cuculli:) Quos inter A-  
pollontus Tyaneus, Melanthes, Androti-  
us, Philochorus, Lampricus, Proclus, The-  
ognis, Lucianus &c. Extat & Philonis *de*  
*victimis* libellus: Et Porphyri discursus

):( ):( ):(

mea

מה שחזקו quid quæso aliud continent,  
 quam de variis mactationibus & hostiis re-  
 lationem? Ebræorum immolationes nota  
 animus erat, nisi primoribus labris attin-  
 gere, ne liber in volumen exeresceret. Per-  
 tinerent tamen huc è Talmud sive libri  
 Mischnajoth Judæorum primâ parte lib. 3.  
 & מעשרות 8. & 7, תרומות 6, דמאי  
 II. secunda  
 pars integra, quæ est סוּעַר i. e. *festorum, so-*  
*lemnitatum*. III. è tertiâ parte lib. 5. פָּדָרִים  
 & 1. 6. נזיר. IV. è quartâ parte lib. 9. עֲבֻדָּה  
 וְזָרִי. V. quinta pars tota, quæ est קְדֻשִׁים  
*sanctitatum*, & agit de sacrificiis. VI. Pars  
 sexta & ultima, quæ tota est טְהָרָוֹת *de*  
*purificationibus*. Porro in rem hanc face-  
 rent alii Codd. qui non extant in Talmud  
 v. g. מעשרות, qui etiam Germanicè edi-  
 tus Veronæ, סֵפֶר סֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה  
 cuius auctor R. Moses bar Nachman; עֲבוֹדָה  
 cuius auctor Rambam; אֲהָרֹן  
 cuius auctor R. Aharon ben Chajim; עֲוֹלֹת  
 יִצְחָק, item עֲוֹלֹת רִמְיָה  
 & שְׁבַת, & רִמְיָה  
 cuius auctor R. Mos. Albilda; פֶּסֶח  
 liber Ebræo-Germa-  
 nicus, in quem commentatus fuit Don  
 Isaac Abarbanel, quod פֶּסֶח זֵבֶח  
 חֻקֹּת

חוקות הדינים *cujus auctor R. Moses Pi-*  
*sante: יד חזקו* quod quatuor habet  
 partes, & duo commentaria; alterum dici-  
 tur *סגיד מנשה*, alterum *כסף משנה*:  
 commentatus & in quosdam ejus libros  
 R. Levi ben Chabhibh; item R. Abraham  
 filius David. Inprimis etiam *שחיטות*  
*מזבח* duo parvi libelli: necnon *זוהר*  
*de suffitu sacro*, quem composuit R. Schlomo ben Mor-  
 dechai; quamvis alius ejusdem nominis,  
 extet Rabbi Schem Tobh, continens va-  
 rias quaestiones philosophicas & theologi-  
 cas. De precibus vid. quos tract. citaverim  
 eap. XIII, pag. 311. Et adde *סדר תפלות*  
*במהג קהלות בני רומא*, nec non alium  
*סדר תפלות* כמנהג הספרדים;  
 denique *אבודרהם* qui est liber ritualis, &  
 commentarius super preces Judaeo-  
 rum. Caterum citatur & Augustini *de Sa-*  
*cificiis ad Marcellinum* scriptum: Et Try-  
 phonis, qui Origenis fuit discipulus, & ter-  
 tio post Christum seculo vixit, *de Qualitate*  
*sacrificiorum*: Itemque Leandri Episcopi  
 Hispalensis (ad quem S. Gregorius com-  
 mentariorum in Jobum volumina edidit)  
*de Sacrificiorum laude*: Necnon Richardi,

monachi ordinis Canoniorum regula-  
rum S. Augustini, cujus avum incidit in  
Conradi III imperium, *de sacrificio Abraha*.  
Recentior autem, ut diximus, voluminis  
*de Sacrificiis* satis boni ponderis, nec exi-  
guæ quantitatis, auctor est Guilielmus  
Stuckius. Ejus coævi erant Lilius Grego-  
rius Giraldus, cujus itidem synt. XVII. me-  
rè est ejusdem materiæ; atque Guilielmus  
de Choul, illustis vir ut cætera, ita in pri-  
mis egregio illo opere *de religione veterum  
Romanorum*. Secuti sunt hos Petrus Moli-  
næus, qui aliquot saltem pagellas, quas *de  
altaribus & sacrificiis* inscripsit, reliquit: In-  
de Franzius & Cloppenburgius, uterque  
librum in publicum produxit, cujus titu-  
lus: *Schola Sacrificiorum patrum*. Ultimus  
tandem, sed ubi accuratam eruditionem  
& amussitatum judicium spectes, primus  
est Gerhardus Joh. Vossius, cujus libri qua-  
tuor *de Idololatriâ* circumferuntur. In pri-  
oribus, quando id agit vir summus, ut u-  
num gentilitati deum, aut, si plures, tamen  
paucissimos multijugorum nominum ad-  
pellationibus, cerimoniarumque varietate  
esse cultos, ostendat, multa eum de sa-  
crificiis immiscere omnino opus erat:  
Poste-

Posteriores vero tantum plantarum atque animalium naturalem historiam expandunt; unde eos *Noëtes Leidenfes* inscribere se primum animum induxisse, in præfamine horum fatetur.

Perlustra itaque, Lector, singulos hos, & sincerè judica, num ex lacubus & compilatoribus quicquam conraferim; num potius ex ipsis fontibus & antiquitatis medullâ mea hauriens multa dicam, quæ non dicta sint prius? Seriò me tibi in, susurrare puta byssinum illud Rabbino-  
rum dicterium: **אֵל תִּסְתַּכֵּר בְּקִנְקָן מִלֵּךְ בְּמֶרְץ שֵׁשׁ בּוֹ בִּי יֵשׁ קִנְקָן**  
**חֲדָשׁ מִלֵּךְ יֵשׁ** h.e. *Ne respicias cantba-*  
*rum, sed potius id quod in eo continetur: Nam*  
*quandoque est cantbarus novus, repletus vino*  
*veteri.* Picturarum, quas in 4. tabellis capp. V, IX, XVII, & XVIII adfixi, aliquas Choulio, unam Boxhornio, unam Grutero lubens fateor; sed & unam atque alteram venatus mihi vindico. Numos omnes antehac nunquam in publico visos debeo Viro magno JOH. ANDREAE BOSIO, verè incredibili infinitorum auctorum abyssò, omnisque doctrinæ oraculo: Qui certè Criticus perfectissimus, si vivit ac valet,  
Phi-

Philologiae majestatem in venerandam sedem suam reducere, futurisque ævis viros magnanimos prudentes ac solidè eruditos efformare, ac metuendam barbariem excutere poterit; meriturus æternam posterorum gratiam, apud quos, quotquot sunt futuri, famam perennem jam ædepol plenissimè meruit.

Judicā, inquam, amice Lector; sed sincerè: Nec enim Lælium nec Persium recuso judices. Momorum censuræ (quorum hodie adversus Philologiam tanta fuit turba, quanta insectorum multifariorum æstivo tempore adversus arborum fructus, herbas utilissimas floresque cum nitidissimos, tum ob succuum salubritatem pretiosissimos) si candidus es, ne crede; ne aures quidem vacivas commoda:

*Nec, si quid turbida Roma*

*Elevet, accedas; ex amernæ improbum in illa*

*Castiges trutinā.*

Sicubi aliquando aberrasse tibi videbor; humanitati id tribues, in hoc facile proclivi. Zoilorum fremitus, qui foetū meum in ipsā herbā petere non erubuere, jam dudū exhibilavi: Idem & tu, si reviviscant, facito. Quamdiu enim erit mundus, tamdiu erit quo-



quoque Democritus, qui rideat: At verò  
sæpe quem Mopsus ridet, hunc Diogenes  
admiratur. Benè vale, Lector! & sacris me-  
is FAVETO LINGVA; ut me Divinæ glo-  
riæ & quantillo bono publico litasse gau-  
deam: Si quis vero malè ominati quic-  
quam iis infonaverit, tu id in pectore con-  
ditum habe: *Imquissimi scriptionum judi-  
ces, qui nihil ipsi sciunt vel scribere!*

---

*Ad Eximium Dn.*

**JOHANNEM SAVBERTVM,**

Philologiæ ac SS. Theol. Cultorem

maximè strenuum,

*Theologi de Ecclesiâ Christi, cum primis in in-  
clutâ Noribergâ, longè meritissimi*

*Filium amulum,*

Tractatum elaboratissimum de SACRI-  
FICIIS publici juris facientem.

**O**rbis in bocce videns jam nunc TE doctior, in-  
quit:

**S**AVBERTVS nostras hem redivivus adeſſi.

singulari affectui testando scribebam

*Job. Ernestus Gerbardus,  
SS. Th. D. & P. P.*

---

**S**AUBERTE, Aonidum decus immortale so-  
rorum,

**Eusebies corolum, Theisophiæque decus!**  
Casta-

Castalius puerum sacris te proluit undis,  
 ori Mercurius dulcia verba dedit.  
 Græcia te primis etiam nutrit ab annis,  
 ne solis Latii perfruerere bonis.  
 Te modò delectat cognoscere sacrificiôrum  
 antiquos ritûs & genera & species.  
 Ut sol tellurem Phœbæâ lampade lustrans  
 obscuras pulsâ nocte fugat tenebras,  
 Nec non orta fretis Aurora rubescir, & Indû  
 si quis Serrhano murice tingat ebur:  
 Haud secus illustras radiis abstrusa decentes,  
 restituisque suis quælibet apta locis.  
 Concedunt aliis magnas quæ singula laudes,  
 Unum te decorant omnia juncta simul.

SAVBERTO

Magni Theologi, Norici Doctoris & Ductoris,  
 lampadis salvificæ instar, vitæ & morum  
 integritate, micantis & radiantis, filio  
 magnæ spei, erudito scripto sacrificiorum  
 arcana delineanti *et c.* applaudit

*Guernerus Rolfinck Pb. & Me-  
 dic. D. Profess. Publicus.*

DUm de delubris tibi tam lubet esse diserto,  
 Et veterum abstrusos ritus, SAUBERTE, recludis,  
 Ingenii specimen præclari illustre relinquis.  
 Ausonii superest antiqua sciëntia Rostri,  
 In qua si simili priscos tentare Quirites  
 Audebis studio, patriæ telluris ocellus  
 Ecce clues, dignus, qui tandem civica pandat  
 Jura, forum librâ rixosum & pensitet æquâ.

*Eruditissimo Dn. Autori Ami-  
 co dilectissimo f.*

Joh. Frischmuth Sac. Lingg. P.  
 CAP.

## Cap. I.

**E**rronea gentilium aliquorum de sacrificiis opinio: Saniores aliorum de eiusdem sententia. S. Scriptura non contraria. Auctor distichorum Catonis quis nam? De iis iudicium. Propositum Auctoris. Sacrificii etymon. Sacrum & Sanctum quid? differunt: Aliquando conveniunt. (Servii nervus) Sacra via: Sacra vienses. Sacri homonymia. Per si varia lectio explicatur. ieq̃ homonymia: ὁσαῖα ἱερὰ: Agrippa distinctio rejecta. Facere vox solemnis pro sacrificare: explicatur quomodo: cum illa conveniunt ἱερδαν ac ἱεζεῖν: conveniunt Item ἱεζεῖν & ἱεζαν Sacrificii homonymia: Synonymia: חבי & חבין differunt. Vocis Opfer origo. Sacrificii definitio. Exploditur ea quam habet Agrippa. Sacrificii varie descriptiones. Ejusd. accurata divisio. Notatur Petrus Val- la. Bona verba dicere quid? Sacra vota.

A

Omen

*Omen quid? Varia sacrificiorum species recensita. Agrippa divisio inepta: ut & Lud. Coell; ac Suida. Coelianus locus emendatur. Sacrificii Judaici aliquot variorum divisiones.*



**I**n enormen Gentilium  
 & immanes poparum  
 victimationes, quas vix auricu-  
 la tenuis, casta, humana, ad-  
 mittat: facile, cui pectus sapit,  
 exspuet: Tantum abest, ut cal-  
 culum superstitiosorum istorum encomiis ad-  
 dat, quibus spissam caliginem suam extollere  
 fatagunt, aut Ethnicarum blennorum affaniis  
 in sacrificali suffitu deprædicando subscribat.  
 Itane eos injuriâ vadarer, aut falsò arguerem?  
 Age, prodeant Viri, quorum industria nomina  
 magni facias; at si anilia deliramenta & fabu-  
 losas religionis offucias intuearis, Bœotum in  
 crasso jurares aëre natos. Mantuanus ille pri-  
 mas tenebit, à Romanis Poetæ nomine *mar. it. xiv*  
 insignitus qui lib. i. Georg.

*Inprimis venerare Deos, atq; annua magna*

*Sacra refer Cereri latus operatus in herbis.*

*Ad quæ Servius Scholiasta commentatur: Post  
 hac cognita, da præcipuè operam sacrificiis, quibus  
 tempestates & pluvia possint repelli &c. Et benè ait  
 inpri-*

DE SACRIFICIIS CAP. I.

*in primis i.e. præcipue & ante omnia. Idem Floram  
deam eloqui somniat Ovidius:*

*Sæpe deos aliquis pescanda fecit iniquos,  
Et pro delictis hostia blanda fuit.*

*Sæpe Jovem vidi, cum jam sua mittere velles  
fulmina, thure dato sustinuisse manum.*

*At si negligimur, magnis injuria pœnis,  
Solvitur, & justum præterit ira modum &c.*

Vid. l. 5. fast. Horatius l. 3. od. 23.

*Cælo supinas si tuleris manus*

*Nascente lunâ, rustica Phidile,;*

*Sirure placâris, & hornâ*

*fruge Lareis, avidaq; porcâ:*

*Nec pestilentem sentiet Africum*

*fecunda vitis, nec sterilem seges*

*rubiginem, aut dulces alumni*

*pomifero grave tempus anno.*

Tibullus l. 1. el. 1.

*Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,*

*Seu vetus in trivio floridaserta lapis:*

*Et quodcunq; mibi pomum novus educat annus,  
libatum agricola ponitur ante Deo &c.*

Ignosci his forte posset, ut poëtis, queis nihil a-  
deo novi est, fumum aliquando vendere: Sed  
quis plures, ne dicam omnes, tam vecordes  
meis ~~propiis~~ <sup>propiis</sup> crederet, nisi Varro civium suo-  
rum proverbium: *DI facientes adjuvant*, lau-  
daret. Egregie sc: philosophatus est Heraclitus,  
Philosophus cœtera non incelebris, quando

ereberrimam istam & execrandam sæpe ma-  
 ctationem, *Medicamentum* nuncupare solebat,  
 quoniam præpotentis pharmaci vice à morbis  
 animam expurgaret, in hac generatione con-  
 cretis.

Quantò oculatiùs & acutius acutissimus Pe-  
 ripateticorum oculus cernit, qui *ἐκ εἰκός*, ait,  
*τὰς θεὰς χαίρειν ταῖς δαπάναις τῶν θυμένων,*  
*ἀλλὰ ταῖς εὐαθείαις τῶν θυόντων.* 1. 3. Rhet.  
 Quod sapientissimus quoque Annæus confir-  
 mat l. 1. de ben. c. 6. *Sicut nec in victimis, licet o-*  
*pima sint, altroq; præfulgeant, Deorum est honos,*  
*sed piâ ac rectâ voluntate venerantium.* Itaq; boni  
 etiam farrê ac fitillâ religiosi sunt, mali rursus nō ef-  
 fugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo  
 cruentaverint. Et alibi: *Quomodo sint Dii colen-*  
*di, solet præcipi: Accendere aliquem lucernam Sab-*  
*batis prohibeamus; quoniam nec lumine Dii egent,*  
*Et ne homines quidem delectantur fuligine.* Vete-  
 mus salutationibus matutinis fungi, Et foribus ad-  
 fidere templorum: humana ambitio istis officiis  
 capitur. Deum colit, qui novit. Vetemus lintea Et  
 strigiles Jovi ferre, Et speculum tenere Junoni:  
 Non querit ministros Deus; quidni? ipse humano  
 generi ministrat, ubiq; Et omnibus præsto est. Au-  
 diat licet, quemadmodum se gerere in sacrificiis  
 debeat, quàm procul resiliare a molestiis Et super-  
 stitionibus: nunquam satis profectum erit, nisi,  
 qua-

qualē debeat, Deum mente conceperit, omnia habē-  
rē, omnia tribuentē, beneficia gratis dantem &c. Et  
paulò pōst: Primus est Deorū cultus, Deos credere:  
deinde reddere illis Majestatem suam, reddere boni-  
tatem, sine quā nulla majestas est. Scire, illos es-  
se, qui præsident mundo, qui universa vi suā tem-  
perant, qui humani generis tutelam gerunt &c.  
Vis Deos propitiare? bonus esto. Satis illos coluit,  
quisquis imitatus est. ep. 95. Idem. Quid enim in-  
telligis fatum? Existimo necessitatem rerum actio-  
numq̃, quā nulla vis rumpat. Hanc, si sacrificiis  
& capite nivea agna exorari judicas, divina non  
nōsti. quæst. Nat. 2. 36. Plinius, strenuus cœte-  
roquin victimator, de hymnis & precibus  
ἱεροποιῶν: Animadverto etiam Deos ipsos, non  
tam accuratis adorantium precibus, quā inno-  
centiā & sanctitate letari, gratioremq̃, existimari,  
qui delubris eorum puram castamq̃ mentem,  
quā qui meditatū carmen intulerit. in paneg.  
c. 3. Varro quoque mentis tandem suæ compos  
resipuit, si fidem habere velimus Arnobio,  
quando Gentes ita suo jugulat gladio: Quid er-  
go (dixerit quispiam) sacrificia censetis nullā esse  
omniñō faciendā? Ut vobis non nostrā, sed Var-  
ronis vestri sententiā respondeamus: Nulla. Quid  
im? quia (inquit) dii veri neq̃ desiderant ea, neq̃  
deposcunt: ex are autem facti, testā, gypso, vel  
marmore, multò minus hæc curant. l. 7. advert.  
Gent. Vid. Geverhardum Elmenhorst in not.

Ita Melissa: ἔ τιμᾶται θεὸς ὑπ' ἀνδρώπῃ Φάυ-  
λα, ἐδὲ θραπέυεται δαπάναις ἕτε τραγω-  
δίας τῶν ἀλικομένων ἀλλ' ἀγαθῇ προαιρέσει  
τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων. l. i. Orat. 55. Au-  
diamus & Poëtas saniores; inter quos accura-  
tus morum Censor, severusque vitiorum  
castigator Persius sat. 2.

*Dicite, Pontifices, in sacro quid facit aurum?*  
*Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine pupæ*  
*quin damus id superis, de magnâ quod dare læce*  
*Non possit magni Messale lippa propago:*  
*Compositum jus, fasque animi, sanctosque recessus*  
*Mentis, & incoctum generoso pectus honesto;*  
*Hæc cedò, ut admoveam templis, & farre litabo.*  
Lucretius l. 5. de rerum Naturâ:

*Nec pietas ulla est velatum sæpe videri,*  
*Vertier ad lapidē, atque omneis accedere ad aras;*  
*Nec procumbere humi prostratum, & pandere*  
*palmas*

*Ante Deum delubra, nec aras sanguine multo*  
*spargere quadrupèdum, nec votisnectere vota:*  
*Sed mage pacatâ posse omnia mente tueri.*

Poëta ille qui disticha conscripsit, & sub Cato-  
nis nomine vulgo circumfertur; in Codd. ta-  
men & Gloss. aliquando citatur nomine Tulli  
ad fidem conversi, sed non ausi se Christianum  
fateri: aliquando Octaviani; aliquando Joh.  
Clothomii. A Baptistâ Pio in epistimè Ausonio  
attri-



attribuuntur. Scribunt certè, Boxhorni judicio quæst. Rom. 14. genuinum hominis Christiani, vel ad minimum semichristiani, idque, foedissimis tautologiis plenissimum, meritoque ut hodie extat, ad infima ferè barbarorum subsellia detrudendum; in cujus sententiis præliminaribus mera confusio, merum chaos, nihil magnificum, nihil erectum: Nisi forte verum sit illud, olim uno libello disticha illa fuisse comprehensa, cujus Sulpicia meminerit: *Quos inter prisca sententia dicit Catonis*; quem postmodum ita insaniis suis ac inanitatibus (veluti aliis quoque libris evenit) rudes ac stolidi homines lacinârint, tantum ei *Βέβηλος Βαββαίον*, ut hodie conspicitur, adlinendo. Quoniam autem auctor ille Ethnico Catonis nomine se obvelavit, audiamus & illum l. 4. dist. 15.

*Quum sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?*

*Stultitia est morte alterius sperare salutem.*

Et dist. 39.

*Tute deum placa: Vitulum sine crescat aratro;*

*Ne credas placare deum cum cæde litatur.*

Ubi Boxhornius legit: *Tute Deum placa &c. l.c.*

Neque Ebræi tam densæ barbæ aut adeò lusciosi fuere ut non eadem docerent. Vid. Philon. l. de Vict.

Dignæ voces vel Christiano homine, & quas

A 4

è sacri

è sacri meditullio fontis haustas jurares. Attende, quæ à Prophetâ *Ἰωλαμω* immorigeratus Israëlitarum Rex audire coactus fuit: Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quàm victima, & auscultare magis, quàm obferre adipem arietum. 1. Sam. 15. 22. Pluribus idem locis adseritur. v. g. Eccles. 4. 17. Custodi pedem tuum, quando ibis ad domum Dei, & propinquas ad audiendum; quod prestat stultorum sacrificio, quia nesciunt ipsi se facere malum. Osee 6. 6. Misericordiam volui, & non sacrificium; & scientiam Dei, præ adscensionibus. Psal. 69. v. 31. 32. Laudabo nomen Dei in cantico, & magnificabo eum in confessione: Et acceptius erit Domino, quàm hos vitulus cornificans & unguificans. Matth. 9. 13. *ἐλεον θελω, καὶ ἡ ἡυσία*: quod repetitur Matth. 12. 7. Ebr. 11. 4. Abet per fidem sacrificium majoris pretii obtulisse perhibetur quàm Cain. Adde his Psal. 50. v. 8. & seqq. Psal. 51. v. 18. 19.

Neque verò animus est Ethnicorum sacra pipulo hîc differre, sed duobus potius pedibus eorum delubra intrare, ac quicquid de Gentilibus *Immolationibus* antiquitas promit, non lævo saltem oculo, verum attentius cum Philologorum filiis perlustrare: apud quos facile veniam impetrabimus, si quando occasione invitati, in *Φιλολογίας* viridario longiusculè aliquan-

quantum exspatiantes, varios hinc inde flores conlegerimus, & lumecta ac scādulacas runcando, topiarum, quantum in nobis est, fecerimus.

Subsistendum in limine ad Nomen SACRIFICII, ortū suū fatens τὸ *Sacrificare*, quod est sacrum facere; ita ut Sacrificium sit sacrum factum. Ibid. Etym. 6. 19. *Sacrum* est omne, quod Deorum habetur; vel, quod publicā auctoritate Deo ritē consecratum est; ut sacri luci, templa, ornamenta, & omnia, quæ publico civitatis instituto, aut permissu Principis, Deo, sive in agro, sive in civitate, dedicata fuerunt: (undē *consecrare, obsecrare, resecrare*, & similia. Coel. Rhod. A. L. l. 12. c. 11. 12.) Differt à *Sancto*, quod hoc sit id, quod ab injuriā hominum defensum atque munitum est, dictum à Sagminibus; quæ erant herbæ, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret; sicut legati Græcorum ferebant ea, quæ vocantur *ἄγρωνα*; vel à sanctiando, quoniam capitis pœna in eos, qui contra deliquissent, constituta erat. §. 8. & 10. Inst. de R. Div. l. 6. §. 3. l. 8. & 9. ff. eod. in Auth. ut nul. fabric. Orat. dom. col. 5. & in Auth. de Ecclesiâ. §. si quis autem voluerit & §. Si quis ædificationem. col. 9. Ulpianus ad edict. 68. Vossius l. 5. c. 6. sect. 1. l. Or. Alciatus parerg. 2. 4. Aggenus comm. in Jul.

Jul. Front. Gebhard. Crep. 3. 27. Frigidiusculè igitur ut aliquando solet in Etymis, Servius : *Sancire propriè est sanctum aliquid i.e. consecratum facere fuso sanguine hostiæ, & dictum sanctum quasi sanguine consecratum* ad l. 12. Aen. Sed *sacrum & sanctum* aliquando indifferenter lumuntur, argumento l. 2. ff. Ne quid in loco Sacro fiat. Joh. Maria Catanæus schol. ad Plin. ep. 10. l. 1. Manianellus in sat. 3. Juv. Quo etiam sensu viam quandam ap. Rom. *Sacrum* dictam autumo, in qua vendebantur poma, flabella, tesseræ, tali; & incolas ejus *Sacravienses*: nisi ab eo potius derivâris, quod rectâ in capitoli-um, Diis dedicatum locum, deduxerit. Interdum *Sacrum* ponitur pro templo. Paulus Ictus: *Sant*, inquit, *sacrilegi, qui publica Sacra compilârint; at qui privata sacra vel ediculas tentaverint, amplius, quàm fures*. Persius sat. 2. *Dicite Pontifices, in Sacro quid facit aurum?* Quidam Codd. legunt *in sacris*, & forte ipsa donaria Diis oblata, aut vasa, quorum in sacrificiis usus, indigitant. Vid. Foquelinum præf. in satt. Persi. Græca quoque vox *ισρά*, teste Ammonio de similibus & diff. voc. *τῆς περιβόλης τῶν ναῶν, καὶ τὰ σφάγια, καὶ τὰ ὅσα τῶν αἱθρῶπων, ὡς ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρχιτεκτονικῆς καὶ τὰ ξόανα ὡς Θεόπυμπῳ ἐν εἰκοστῇ ἑκτῇ* significat. Sed cùm *ἵσα* dicuntur *ισρά*, idem

idem *ιερόν* est cum *τῷ* Magno, quod uberius illustrant Magnus Heinſius crep. ad Sil. Ital. p. m. 84. & Scapula Lex. Græco voc. *ιερός*. *Sacer* etiā est Devotus. Vid. Lipſium A. L. 58. Quandoq; *Sacrum*, aut *Sacer* pro execrando accipiuntur; cujus rei nobis cauſam reddit Servius ad l. 1. Aen. Virg. quia nempe ſacræ res de bonis execrandorum fiebant. Hinc *ſacrare caput*, pro diris devovere. Cœlius l. c. Ap. Plautum leno *vir ſacerrimi* nomine inſignitur i. e. maximè deteſtabilis. Rud. 1. 2. Vid. Macrobi. 3. 7. Feſt. voc. *Sacer*. Catull. cum comm. Mureti, Serv. in l. 3. Aen. Ridicula eſt ſacerrimi Agrippæ diſtinctio, quā ſacra adpellari perhibet, vel, quæ ab iſſis Diis aut Dæmonibus adſiſtētiis ſuis ſunt ſacrata, tãquam à Diis iſſis nobis dedicata; quo modo dæmones, myſteria, & preces quædam *ſacræ* nuncupentur; vel quæ ab hominibus Deo dedicata & conſecrata ſunt; quemadmodum vota, & ſacrificia, ſimulacra, delubra, idola, ſtatuæ, imagines &c. ritus, obſervationes, geſtus devoti &c. Sacerdotes &c. tempora. l. 3. de Occult. Philoſ. c. 63.

*Facere* autem ſimpliciter hoc loco ſignificat *ποιεῖν* ſive *πράττειν*; agere, peragere: Quanquam ap. veteres nuda hæc vox ſæpe etiam pro ſacrificare ſumatur. Plautus in Rud. 3. 4. *Tun', legirupionem hinc nobiſcum Dis facere poſtulas*. Stro-  
bilus

bilus ap. Eundem: *Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliā, Id adco tibi faciam* Aul. 4. 2. Leonidas ap. eund. *Jam nunc secunda mihi facis.* Aſin. 2. 4. Varro 1. de R. R. proverbium adducit: *Di facientes adjuvant* Laberius: *Bidentes propter viam facere.* Agellius VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. 1. 12. Virg. *Cum faciam vitula pro frugibus.* ecl. 3. Juv. *Pro populo faciens.* sat. 9. Ovidius: *Nos faciamus ad annum Paſtorum domina grandia tibi dea.* 4. fast. Atque ita facere vel idem erit quod reddere, siue quæ Deus postulavit, siue *χαερεω* i. e. pro benefactis gratū animū, siue pro peccatis piaculares, quo sensu exstat l. faciendi 175. ff. de V. S. vel idem quod dare, aut solvere. Vid. l. 218. ff. eod. Confer insuper Alciatum Lex. Plaut. voc. Facere, & Brissonium in form. Inde quidam Pontificis nomen deducere laborant à *posse & facere* i. e. sacrificare. Apud Græcos similia verba sunt *εργειν* ac *εζεν* i. e. & facere & sacrificare. Homer. odyss. 6. Theocr. idyll. 25. & 28. Scholiasta Theocriti doctissimus Zacharias Calliergus ad Idyll. β, quod inscribitur *Φαρμακείτρια τὸ ἐργειν καὶ τὸ εζεν ἔλεγον ὅτι τῶν σφαγίων. λέγεται δὲ καὶ αὐτὶ τὰ καίεν ἀπλῶς, καὶ ἐν πυρὶ τιθέναι τι, καθὼς λέγεται ἐσταῦθα.* Eod. intellectu tam ap. sac. quàm profanos

nos auctores aliquando reperiri voces *μυστήριον* & *ἁγία* aliquot exemplis evincit magnus BOSIUS Præceptor atque Patronus meus exerc. i. de Pontif. Max. c. i.

Hoc *Sacrificii* nomen multa sub se & varia continet: Aliquando sumitur I Pro omni actione invisibili & spiritali: II. Pro ministerio & divulgatione Evangelii: III. Pro gentium ad Deum conversione: IV. Pro ardentibus precibus: V. Pro gratiarum actione: VI. Pro beneficentiâ erga pauperes, seu Eleemosynâ: VII. Pro toto homine Deo consecrato: IIX. Pro *μαρτυρίαις*, seu supliciis Sanctorum: IX. Pro commemoratione passionis Christi in cruce oblatis: X. Pro hodiernâ rei divinæ in Christianis Ecclesiis administratione: XI. Pro externâ externæ rei oblatione Deo factâ. Fusius hæc pertractata habes partim ap. Beatum Meisnerum part. 2. Sect. i. partim ap. insignem Eruditionis Atlantem Casaubonum exerc. 16. discurs. 51. & 56. in Baronium, quibus adde const. 3. & 4. Leonis. Ising. coll. hist. quæst. 19. §. 2.

De ultimâ illâ significatione inpræsentiarum agimus: ea vocabatur Ebraeis קרבן oblatio, admotio; item טבח, & זבח quasi mactatio; & חטאת, item עבודה ac שירות Chaldaïs

dæis רבח & פרחנא Rabbinis זבח, Syris  
 ܕܒܚܐ five ܕܒܚܐ &c. quamvis  
 primum illud, si probè attendas, tantum de sa-  
 crificiis in genere, posteriora verò omnia de  
 cruentis potissimè intelligi queant; Patet id ex  
 Etymo: קרב est à קרב, quod in Hiphil habet  
 קרר & significat *oblulit*; at זבח est *macltare*.  
 Testatur insuper doctissimus Abravanel h. v.  
*Nomē Dsebbach & nomē Korbhan nō sunt Synonyma.*  
*Omne enim Dsebbach est Korbhan, sed non vicever-*  
*sa.* Græcis adpellatur θυσία, θυμα, θυτή, τέ-  
 λος, ἱερὸν ἱερουργία, λειτουργία, θυηπόλιον, ἀ-  
 γαστήρ, δῶρον, εὐσέβεια, εὐσέβημα, δαλεία,  
 ἱεραπεία, θρησκεία, ἵστα, φόβος, προσκύνημα,  
 ἀνάρρυσσις, σφαγή &c. quæ duo ultima itidem  
 de animalium maximè oblatione enunciari  
 debent. Latinis est *Sacrificium, immolatio, lita-*  
*tio, victima, hostia, maclatio, honor, sacrum, do-*  
*num, cultura, cultus, oblatio, supplicium, suppli-*  
*catio, initia, res divina, religio, pietas, sanctitas,*  
*veneratio, adoratio, cerimonia, ubi iterum in ple-*  
*risque differentia perspicua est.* Germani mei  
 reddunt ein Opfer, ab obferendo, ut quidam  
 tradunt; nec veritati id dissimile.

Talibus prælibatis ita ferè insisto, & defi-  
 nio Sacrificium, sacram & externam actionem,  
 quâ res quæpiam externa à certis Personis loco  
 ritibusque certis, ad finem certum Diis aut De-  
 orum



orum loco habitis consecratur, & obferebatur. Angustiore hinc adparet & mutilam esse Henr. Corn. Agrippæ definitionem, dum sacrificium ait esse *oblationem, quæ & sacra sit obferendo, & sacret seu sanctificet obferentem; nisi illum aut irreverentia aut aliud quoddam impediatur peccatum*: l. 3. de Occ. Phil. c. 59. τὸ θύειν, ait Plato, ὁ δὲ θεὸς ἐστὶ τοῖς θεοῖς. in Euthyphrone *Sacrificium*, inquit Isidorus *est victima & quæcunque in arâ cremantur seu ponuntur*. Giraldus: *Sacrificium erat quodcunque, erga deos officium quod ritè rei divine faciendæ causâ impendebatur*. Synt. 17. pag. 462.

Fuere autem Sacrificia veterum triplicia: Ἀπὸ τῆς μαντείας, χάρισματα, εὐχταῖα. Quo præcipuè divisionis modulo ἱσθῶς metiemur, quia singulis ap. us, Virisque piperati iudicii ad palatum; ut Meursio comm. in Lycoph. Cass. Scaligero indicibus inscribt. antiq. Gruteri, Taubmanno in Plaut. Amphr. 33. Giraldus: *Tribus de causis deis sacrificandum censuræ theologorum gentium: Ut veneremur, ut gratias referamus, ut ab ipsis necessaria petamus & mala propellamus*. Synt. 17. pag. 488. Sed valde impingit Petrus Valla comm. in Plaut. adferendo, *Bona verba dicere*, de iis ap. vett. pronunciaum fuisse, qui propter votum sacrificarint, ut *Sacra vota* (quo

(quomodo ap. Ovidium 9. Metam. *εὐχαιαὶ & χαεσίηρα* nominantur) exhibuerint; cum generaliter quicumque vel in sacris, vel in diebus festis quibuscunq; bene vovebant, bene precabantur, *Bona omina* habuerint, vel *Bona verba* dixerint. *Omen* n. h. l. votum est teste Nonio, mentis & vocis. Phrasin hanc uberius explicat Ovidius 3. trist. el. 13. *Concipiamq; bonas ore favente preces*. Id. 1. fact.

*Prospera lux oritur, linguis animisq; favete;  
nunc dicenda bono sunt bona verba die:*

*Lites valent aures, insanaq; protinus absint  
Jurgia ---*

loquitur de Calendis Januariis, quo die Romani se invicem salutabant, bonisque verbis utebantur; male ominatis, litibus, jurgiis abstinabant. Idem: *In tantis Gibeunt nec bona verba malis*. l. c. trist. Tibullus: *Dicamus bona verba, venit natalis ad aras*. l. 2. el. 2. Martialis l. 10. epigr. 87.

*Linguis omnibus & favete votis,  
Natale colimus; tacete lites.*

Certe *κατεύγματα* ista in Lindiensi sacrificio neutiquam *bonorum verborum* adpellationem merentur, & tamen *εἶπος* illud inter sacra vota numerandum, & ad *χαεσίηρα* pertinet, quia in memoriam Herculis celebrabatur.

Populi


Populi inter sapientes sapientissimi, & superstitiosos superstitiosissimi, Ægyptiorum, sexcenta sexaginta sex sacrificiorum genera recensentur. Romanorum pleraq; & Græcorum *Σύματα* seqq. Corn. Agrippa conlegit: *Agonalia, Dapsa, Farreationes, Hecatomba, Hostia, Hiacynthia, Armilustria, Janualia, Lucalia, Lupercalia, Munychia, Novendinalia, Nyctiluca, Palatialia, Pastillaria, Popularia, Protervia, Scenopegia, Solitaurilia, Stata, Rubigalia, Fontanalia, Ormia, Parentalia, Inferia, Consualia, Lampteria, Amburbia, Ambarvalia, Vivalia, Thyia, Holocaustomata, Orgia, Latialia, Dianetaurica, Bacchanalia, Trieterica, Liberalia, Cocytia, Cerealia, Thesmophoria, Adonia, Teonia, Laurentalia, Opalia, Palilia, Quirinalia, Vertumnalia, Gynacia, Pannathenea, Quinquatria, Diapalia, Diasia, Horma, Hormea, Nemea, Mytriaca, Palogygia. l. 3. de Occ. Phil. c. 59. Invenies, cum hæc omnia *εὐράκτως* congesta, & explicata, tum plura insuper adjecta ap. Ravisium in theat. Hist. Poët. l. 21. Idem Agrippa, quæ commodè tribus illis classibus nostris inferi possunt, variè permiscet & conturbat: *Sacrificia*, inquit, *alia sunt salutaria, quæ sunt pro salute obtinendâ; quadam pacifica, pro pace; quadam laudes pro liberatione à malis, vel largitione bonorum quadam; Gratulatoria, pro veneratione divinâ, & gratiarum actione;**

B

*quadam*

quædam etiam fiunt nec propter honorem Dei, nec ex bonâ voluntate, quale erat ap. Ebreos *Sacrificium Zelotypia*, quod solùm fiebat causa detegendi occultum adulterium: Eratq; olim ap. Gentes *Sacrificium expiationis*, quo expurgabantur civitates fame aut pestilentia, aut aliâ quavis horrendâ calamitate laborantes. l. c. Effusior etiam est, ac immoderatus excurrere, quam Cœlius adfert, differentia; quâ dispescuntur Sacrificia in Dorophorica, Apolytrotica, Dialectica, Apoplestica, & Athyta l. 12. L. A. c. i. edit. Frob. Basil. Anno 1542. Hæsi, meherc'le, aliquantisper, & ubinam de Dialecticis legerim, cogitationibus non incidit. Deprehendi tandem novum, credo typosetarum. Explosio itaq; illo substituo *Diallactica*, facem mihi præcunte. Suida, qui *ἱυσίας* constituit *δωροφορικὰς*, munerum oblatorias; *ἀπολυτρωτικὰς*, redemptorias, exsolutorias; *ἀλλακτικὰς*, transmutatorias, expiatorias, à *ἀλγὸς* & *ἀλλάσσω*; denique *ἀποπληστικὰς*, expletorias. Ex Ebreorum aris longè aliter sacrificiorum procedunt species: Ap. quos primò erat holocaustum, sub quo Mincha, Sabbatum, Neomenia. 2. Sacrificium pro peccato, *᾿Συνδopfer*, 3. Sacrificium pro delicto, *᾿Σχuldopfer* 4. Sacrificium consecrationis, 5. Sacrificium purgationis 6. Expiationis. 7. Pacificum, *᾿Δανct-oder Gelûbdopfer*. 8. Sacrificia

crificia ex thure, myrrhâ, aromatibus, farinâ, similâ &c. Item Libationes, Speiß- und Tranß-opfer. Vid. Iſing. coll. hiſt. quaſt. 59. §. 2. qui & quaſt. 60. §. 18. aliter dividit. Sigonius 6. ſacrificiorum genera ap. Ebraeos recenſet. de R. E. 4, 2. tredecim (facit R. Bechai comm. in Pentateuch. Cloppenburg. & Stuckius duas tantum ſtruūt ſeries; alteri ἱλαſκὰ, alteri εὐχαριſτὰ adſignant. B. Calixtus, magnus ille & Παυμάσιον, Sacrificium propriè acceptum in V. T. triplex fuiſſe dicit: I. Holocaustum, id quod vel quotidianum, vel ſolemne. II. Sacrificium expiationis ſive propitiatorium. III. Sacrificium precum, idque vel gratiarum actionis pro beneficiis acceptis, vel totum aut ſpontaneum pro beneficiis impetrandis. Adpendix autem ſacrificiorum propriè dictorum erat Πηρο. in comp. Th. p. m. 219. At nos ad Gentium in genere oblationes, Judaica illa primoribus tantum digitis, velut olim ſal ac thus ſuum ἱερευτῆρ, attingere cogitamus; lectorem interim eorū etiā Πάριθοντα, ad Cloppenburgi Schol. ſacriſ. Patrum, πολυωνύμω Dilherri, Patroni, ut Muſarum communis, ita meæ, ſummi t. 2. diſp. 9. Et Cl. Friſchmuthi Præceptoris mei exoptatiſſimi diſſert. de Sacrif. dimittentes.



## CAP. II.

**S**acrificii ὑπὸ μαντείας descriptio: *Inlustratur exemplis. Proverb: Embarus es, explicatur. Μολπίδου πίτρα ap. Lycophronē. Jupiter ὕψις ὑέλ, ὄμβρος, Pluvius. Quæst: Sintne naturâ nota, an à Deo præcepta sacrificia? (Inanis Bellarmini aliorumq; labor in propugnandâ Missâ: Auctores quidam de Sacrificio Missæ) Pontificii quidam cum Ebrais adfirm: Auctor à negativâ parte stare mavult. Χρηστέα quid? Eorum divisio: Adduntur multiplicia exempla. Peregrinantium religio. *Fortuna Redux. Hercules Defensor, Inviectus. Aliquot peregrinantium Dii. Supparum. Lectio quadam in Virgilio probata. Neptunus Redux. Natalis Comes flagellatur. Victima animalis & consultatoria: Dii animales. Labco leviter tentatur. προχαρυστέα. Bacchus πρόβλας. Floriferium: ἁλῶα. Varii plantarum & agrorum dii præsides. Conjugium cur ἡρατίλεια? Juno dea puerperarum: Eadem**

*Eadem cum Lucina. Ἀμφιδρόμια: Circumferre verbum in ἀμφιδρόμοις solenne. Infantes recens nati loti. Rheni etymon. Infantes octavo vel nono à partu die denuò loti. Dies lustricus ὀνομασθεῖα. Nundina. Infantibus quo die nomina imposita? Fata advocare, scribere; occupare. Fabulinus Deus. Jupiter unde Triumphator dictus; Epitbeto primum veri Dei: Feretrius: Redux: Alia Jovis quatenus in Bello praeerat cognomina Herculis militantium praesidis epitbeta: Item Martis: Minerva. Hecatomphonia. Ἰουῖα ἱππᾶδες. Hormisdates, Arimanes. Χαεσθεῖων adpellationes varia. Suscipere, nuncupare vota quid? Victimavota; votita: votiva. Votum solvere: (Significatio & solvere) Reddere. Justilapis tentatur. Monumentis sacrificia post immolationem inscripta. V. S. L. M. Lapidess aliquot coacervati. Quando dii hominibus servierint?*



**E**xplanationem uberio-rem

Divisio nostra, quam supra proposuimus, requirit. Adornabimus e-


B 3

am

am exemplis plurimis, ut videas facile omnia in illâ locum invenire; nec dari ullum, quod non in tribus illis sedibus requiescat: Ἀπὸ τῆς μαστείας erant sacrificia, quæ ob certas causas, voluntate & jussu Oraculi cujusdam, peragebantur; quale præceptum DEI veri ad credentium Patrem extat Gen. 22. 2. Apollo Pythius impietatis auctorem Cyanippum immolari jubet. Plutarch. in Parall. Pluto exorto hiatu illo pestrifero in foro Romano nobilissimam petit victimam. Id. Ibid. Oracula pro occiso cervo Agamemnonio sanguine immolandum Dianæ suadent. Eurip. in Iphig. Ovid. 3. Metam. & 3. de Pont. Serv. ad 2. Aen. Virg. Eadem eidem ob ursam in Piræo confectam, filiam in victimam ferri mandant; cui obsecutus fuit Embarus, Suidas voc. ἐμβαρ. Qui tamen filiam comitâ in adyto abscondidit, & capram ejus ornamentis indutam illius loco immolavit; unde de callido in proverbium exiit: *Embarus es*. Vid. Hadr. Junium cent. 2. adag. 40. ubi Erasmus aliter hoc explicantem refellit. Jupiter in templo ap. Elidem generosum Juvenem, deficientibus invocatus pluviis, poscit: obferebat autem se sponte Molpis. Ovid. in Ib. consequebaturque Incisa notis marmora publicis, quæ Lycophron μολπιδ. πείρα vocat in Cass. Jupiter postea, cum quod pluviis omnia inun-



inundantibus, tum iisdem deficientibus sacra caperet, ὕψ, item ὕψ, & ὕψ, Latini Pluvius est adpellatus. Tibull. l. 7. *Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.*

Quæritur hic annon latè omnia Sacrificia dici possint ἀπὸ μαρτυρίας? Sive ut dilucidius edisseramus: Innotuerintne lumine, id est præceptis LUMINIS πλυπαμφάσ, an Naturæ, hominibus sacrificia? Auratis hic cornibus victimam magno suo  cadere, & penitus perlitare laborat, immanis beluæ Romanæ delictum bellissimum, Bellarminus; qui scribit, *Sacrificia non esse in lege Moysis instituta, sed ex lege Naturæ ortum habere; ceu id pateat ex Sacrificiis Abelis, Job, & aliorum.* l. 1. de Miss. c. 20. Ibid. Hinc colligitur id (ιεροουργίας in Ecclesiâ ιεροουργείας) esse primum quoddam principium à Deo nobis ingenitum. Quibus non refragatur Thomas, quando part. 3. sum. q. 60. art. 3. ad. 5. colligit: *Sicut in statu legis natura homines nullâ lege exterius datâ, sed solo instinctu movebantur ad DEUM colendum: ita & interiori instinctu determinabatur eis, quibus sensibilibus ad cultum DEI uterentur.* Adstipulatur his Didacus Nungo Cabezudo in p. 3. Thom. q. 83. Multò, inquit, probabilibus, quàm oppositum est, quod sit naturale præceptum, obferendi Deo sacrificium, propriissimè dictum. Et Greg. de Valentiâ, ex relictâ

Natura

*Natura inclinatione compulsos cum Patriarchas, tum Gentiles sacrificasse contendit l. i. de Miss. sacrif. c. 4. De Papicolis non miror, eos talia manibus, pedibusque propugnare, ob Missæ, ut ajunt, sacrificium, de quo tam opima eis cedit portio. Inde circumferuntur libri: Job. Cochlei Normbergensis Sacerdotis ac Sacrificii defensio, Ambr. Petargi dicti Storck, Gasparis. Sasgeri alias Schatzgeri, Job Eccl Suevi, Job. Hoffmeisteri & aliorum De Sacrificio Missæ: Quibus addendus Wernerus Rolfinck de Valore Missarum &c. Ebræos tamen splendidissimum Belgi eruditi fidus H. Grotius in eadem versari tradit semitâ. Nec fallit vir candidissimus. Abravanel enim eâ de causâ sacrificia in cultu divino DEUM præcepisse adserit, quòd cum plerique mortales sacrificiis advevissent, difficile fuerit, illis prorsus valedicere. comm. in Pentateu.*

Contrariam sententiam tuetur Suarez. patr. 3. sum. Thom. art. i. dist. 71. Sect. 8. h. v. *Nullum est naturale præceptum, ex quo sufficienter colligi possit, determinationem illius, ad talem modum, cultus sc. per sacrificium, esse omnino necessariam ad morum honestatem.* Idem Ethnicorum quosdam sensisse, historia Numæ òµνῆα & sacrarum ap. Romanos religionum restauratoris (unde, & etiam quòd ipse sacrificaverit, à Pacato Drepanio, velut ab Ovidio An-  
eus

cus, *Sacrificus* dicitur c. 20. in paneg) fidem facit, qui non nisi Egeriæ monitu Deæ, cujus assiduis congressibus utebatur, sacra se instituisse finxit. Val. Max. l. 3. quemq; enixo studio Jovē in sacrificiis faciendis informasse credebant, quod prolixè ex Antiatis l. 2. recenset Arnobius l. 5. advers. gent. Pertinent huc Platonis verba:

τάτων πάντων νομοθέτης, ὅστις νῦν κέκνηται καὶ τὸν βραχύτατον, ἔπτε μὴ τολμήσῃ καυνοτομεῖν, ἵππ' ἱεροσέβειαν, ἥλις μὴ σαφὲς ἔχῃ τῆς τρέψαι πόλιν ἑαυτῷ. καὶ μὴν ἐδ' ὧν ὁ πάτερ. νόμος εἶρηκε περὶ θυσιῶν δοτικωλύσει, μηδὲν τοπαράπαν εἰδώς· ὥππερ ἐδ' ὃν δυνατὸν εἰδέναι τῇ θιητῇ τῶν τοιούτων περ.

in Epinom. Hinc mundi Miraculum Ph. Melanchthon, in Exam. Sacrificia nominari ait. *opera à Deo Præcepta*. Regerenti, quī Ethnici ex Dei mandatis de sacrificiis instituendis erudiri potuerint? prodit & respondet Rivetus: *Partim ex κακοζηλία, quā mundus in quibusdam solet imitari Ecclesiam, partim instigante Diabolo, varia sacrificia & varii ritus etiam ap Ethnicos observabantur.* exerc. 42. in Gen. Videantur Vir de Ecclesiā orthodoxā meritissimus D. Dorscheus in mysariā Missæ contra Herberum c. 1. Joh. Fabritius, Theologus eximius, & Philologus excellentissimus, Patronus meus optimus in

eacozel. Gent. part. 2. c. 1. Et Cl. Frischmuth, Præceptor meus, laudatissimus, diss. de Sacrific. c. 2. qui Bellarmini nodos, Missam strenuè inde defensantis, acutè rescindit.

*Xαριστέρα* erant, quibus pro certis beneficiis; puta aut Malo averso, aut Bono accepto, animum pium & gratum ostendere studere. Ubi imbrès quievisser, diluviumque DEUS terris arcuisset, Noah pro sui & suorum conservatione, sacrificio suaveolenti grates Deo refert. Gen. 8. Ap. Gentiles sanæ menti restituti Laribus præcipuè sacrificabant. Lil Greg. synt. 1. hist. Deorum. Taubmannus in Plaut. Men. 2. 2. Pro periculis in itinere repulsis, molestiisque peregrinationis feliciter exanclatis, hostiæ cæduntur à Philocomasio ap. Plaut. M. G. 2. 3. ab Agamemnone ap. Sen. Agam. 3. 1. Cydippe ap. Ovidium ep. heroid. 21.

*Procinus egressa, superis quibus insula sacra est  
flava salutatis thura merumq; domus.*

Moris enim erat etiam locum, in quem revertebantur, aut commigrabant, vel potius genium loci, religiosè salutare. Vid. Muretum in Catull. carm. ad Sirm. Lapis Budæ Hungariæ in suburbio: DIS. MILITARIBUS. ET. GENIO. LOCI. PRO. SALUTE. ET. REDITU. IMP. CÆS. Sacrificabant autē in primis Fortunæ Reduci. Claudianus: *Aurca Fortuna Redu-*  
ci, *sa*

*ei, sittempla priores Ob reditum vouere ducum.*  
 Vid. de eâ Gruteri inscribto f. 8, 77. 78. Ejus ef-  
 figies extat Romæ in vineâ Card. Carpêsis in arâ  
 quadratâ. Vid. eund. f. 72. Sacrificabant item  
 Laribus Vialibus. Inscriptio:

• FORTVNAE  
 REDVCI. L. A R I  
 VIALI. ROMAE  
 AETERNAE

Herculi, qui & inde *Defensor & Inuictus* audi-  
 vit. Romæ: HERCVLI. INVICTO. QVOD.  
 PROFICISCENTES. EXPEDITIONIBVS.  
 SACRIS. VOVERANT. REGRESSI. CVM.  
 COMMANIPVLIS. LIBENTES. VOTVM.  
 SOLVERVNT. Mercurio: Ap. Isaram fl. in  
 Bojariâ: DEO. MERCVRIO. FORTVNAE.  
 REDVCI. SACRVM. Silvano: Romæ inter  
 marmora quæ secantur ad Fabricam D. Petri in  
 Vaticano: SILVANO. AVG. SACR. PRO.  
 SALVTE. ITVS. AC. REDITVS. IMP.  
 CAES. DIVI. F. AVGVSTI. DINDVME-  
 NVS. FVRNESIVS. PRAEGVST. AVGV-  
 STI. V. S. L. M. Neptuno. Romæ:

D. M. PROPI --- OLENT ----  
 NEPTVNO. SACR

PRO. FELICI. ITV. AC. REDITV

Castori & Polluci: Ibid. CASTORI. ET. POL-  
 LVCI. SACRVM. OB. FELICEM. IN. PA-  
 TRIAM. REDITVM. TOT. SVPERATIS.  
 NAV-

NAVFRAGII. PERICVLIS. Diis Magnis :  
Inscriptio: MAGNIS. DIS. SACRVM. F. VA-  
LERIVS. RVFVS. VOTVM. QVOD. ABI-  
ENS. FEC. POST. REDITVM. DE. SVO.

I. S. L. M. Diis omnibus. Romæ in Julii III.  
vineâ: PRO. SALVTE. ITV. AC. REDITV.  
BVTRAE. N. SILVANO. ET. DIIS. OMNI-  
BVS. Cæterum qui è mari salvi domum redi-  
sent, vestes suas Diis pro incolumitate suspen-  
debant; quæ vestes, Neptuno sacræ, *supparum*  
antiquis dictæ sunt. Heinsius Crep. p. 17. Ho-  
rat. *Uvida Suspendisse potenti Vestimenta maris*  
*Deo.* l. 1. od. 5. Virg. l. 12. Aen.

*Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris  
Hic steterat, olim nautis venerabile lignum;  
Servati ex undis ubi figere dona solebant  
Laurenti Divo, & notas suspendere vestes.*

Ubi, Cod. Oblongus, Mediceus, & alii, quos  
adducit. Alex Vellutellus Venetus, optimè pro  
*notas* legunt *votas*, quæ lectio etiam Th. Pul-  
manno, Farnabio & aliis placet. Exinde Ne-  
ptunus *Reducis* nomine cultus fuit. Vid. Meur-  
sium auctuar. Philol. c. 2. Pro averso interitu &  
morte Horatius immolat l. 3. Od. 8. Mæcenæ  
Saluti Publicæ ap. eundem. Quales victimas  
*animales* dici Natalis Comes perhibet; sed fal-  
litur, quicumque ei habet fidem. Victima *A-*  
*nimalis* haruspibus erat hostia, cujus anima  
tantummodo sine Extorum inspectione Diis  
obte.

obferebatur; eam opponebant hostiæ *consultatoria* in quâ extra consulebantur. Heins. Crep. p. 11. Servius ad Virg. 3. Aen: *Sunt autem hæ animales hostiæ, quæ tantum immolantur.* Fuerunt etiâ Dii quidam, *animales* dicti, quod ex Labeone iterum docet Servius: *Labeo in lib. de animalibus ait esse quadam sacra, quibus humana animæ vertuntur in Deos, qui dicuntur animales quod de animalibus fiant, & sunt dii penates, & vitales.* l. c. Sed veritati propius accessisse videretur Labeo, si (velut Servius hostias animales) ab animabus Deos istos deduxisset. Pertinet huc inscriptio, quæ est Anagninæ in Latio in D. Angeli æde in tabulâ marmoreâ;

EXEMPLVM. PERIIT. CASTAE. LVGETE. PVELLAE  
OPPIA. IAM. NON. EST. EREPTA. EST. OPPIA.

FIRMO

ACCIPITE. HANC. ANIMAM. NUMEROQVE. AV-  
GETE. SACRORVM

Inter Bonâ, ob quæ grates & *χερστῆρια* ad Deos redundabant, erat *Voti consecutio*; quam ob causam Aurelianus sacrificat ap. Vopiscum c. 33. *Frugum germinatio*; quale sacrificium in honorem Minervæ hirco ab omni Magistratu fiebat, dictum *προχερστῆρια*. Suidas. Bacchus inde *πρόβλας* ☉, teste Cœlio Rhodi dictus, quia egerminantibus vitium palmitibus res diuina illi facta. Ap. Romanos Floriferium festum

festum erat dictum, *quod eo die spica ad sacrificium ferrentur*. Festus. Sicut contra ἀλῶα post fruges comportatas ab Atheniensibus agitabantur. Præfuere autem plantis, agris & hortis: Maja, Bona dea, Fauna sive Fatua, Flora, Ceres, Pales, Pomona, Sera, Segesta vel Segetia, Tutulina, Nodinus vel Nodotus, Priapus, Pan, Silvanus, Lactucina, Deus Lactens, Patalena, Hostilina, Volutrina, Runcana, Deverrona, Deus Spinenfis, Robigus, Stercutius. Vid. Vossium de Idol. 2, 61. Porro *υχορ* pudica, nobilis, dives. Juv. sat. 6. *Auratam Junoni cade juvencam*, | *Si tibi contigerit capitis matrona pudici*. Unde conjugium olim ἡγάτελεια dictum. Pollux. 3. 3. quod Junoni in nuptiis sacra fierent. Veneri, puellæ amoris sui compotes factæ, coronas; Juvenes camisiarum suarum Zonas suspendebant. Meursius exerc. Crit. *Infans* natus: quale χαρῆς ἡριον conspicitur Amphitruonis ap. Plaut. 5. 1. Octavi ap. Sueton. in Aug. c. 94. A puerperis Junoni sacra facta monet Philologiæ Oraculum θεοειδὲς Meursius exerc. Crit. part. 2. l. 2. c. 10 Et indicat Arnobius: *Puerperis Juno preposita est & auxiliatur genitricibus fætis*. l. 3. advers. gent. Ap. Plautum Phronesium Lucinam invocat: *Gravida quasi puerperio cubem: Date mihi huc statam atque ignem in aram, ut venerẽ Lucinam meam* Truc. 2, 5. Ovidius l. 2. amor. cl. 13. Le-



*Lenis ades, precibusq; fave Lucina puella;*

*Digna est, quam jubeas muneris esse tui.*

*Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris &c.*

Vetus inscriptio in sepulcro puerperæ: LV-  
CILLA. HIRFIDIA. XVII. NATA. AN-  
NVM. GEMELLAM. PRIMO. PARTV.  
PROLEM ENIXA. HOC. TEGITVR. SA-  
XO. FAVIT. LVCINA. NASCITVRIS. LV-  
CILLÆ. LVCEM. NON. PEPERIT. Juno  
enim cognominata fuit Lucina, quod ex Ca-  
tullo cognoscas: *Tu Lucina dolentibus Juno di-  
cta puerperis.* carm. sec. Illa v. Genitorum pro-  
pter sobolem sacrificia quinto demum post  
partum die fiebant. Plaut. *quin Diis sacrificare  
volo pronato infante, quinto die, quod fieri oportet.* in Truc. Eo sc., quo infans recens natus  
manus abluebatur, & Laribus circa focum cur-  
sim circumferebatur; quæ festivitas Græcis  
*ἀμφοδρόμια* dicta. In his *ἀμφοδρόμιοις* cir-  
cumferre verbū solemne erat, pro lustrare. Serv.  
ad 6. Aen. Turneb. advers. 13, 21. Lavabantur e-  
nim etiam infantes statim post partum. Plaut.  
Amphitr. 5. 1. Euripides in Herc. Salmuth. ad  
Pancirollum 2, 10. Meursius ad Lycoph. Cass.  
Ita ap. Germanos priscos Rheno, ut puritas  
thori comprobaretur, imponebantur: unde  
fluvio nomen impositum *Rein*. Conf. Cluve-  
rium germ. antiq. 1, 21. Vossium de vitiis ferm.  
1, 9. Ste-

1, 9. Stegerum de lotionibus vet. Rom. c. 1. Lavabantur & nono vel octavo die post partum. Adi Parrhasium in epistolis: | Meursium Græc. feriat. l. 1. in ἀμφιδρόμια. De infantum die lustrico vid. Girald. synt. 17. p. 471. Casaubonum ad sat. 2. Persl. Ita Ebraei περτομένη suam VIII. celebrârunt die. Septimo post partum die, Græci; Decimo, Athenienses: Octavo Romani fœmellis (qui dies *lustricus* & ὄνομασθηεῖα vocatus) Nono (â quo *Nundina* Romanorum Dea nomen retulit) maribus nomina imponebant, cujus causam vid. ap. Plutarchum probl. 99. quod neutiquam ap. Athenienses sine sacrificio factum. Vid. Varr. l. 7. de L. L. J. G. Scalig. de Causis L. L. 4. 92. Jos. Scal. Auson. lect. l. 2. c. 22. Casaub. ad sat. 2. Persl. Franc. Junium in not. ad Tertull. Alex. ab Alex. gen. dierum 2. 25. Meursium de puerp. c. 6. & 8. & exerc. Crit. 3. 33. Alex. Sardum Ferrariens. de Mor. & Rit. Gent. 1. 8. Dorischeum diss. Th. pentadecade disp. 4. Eod. die etiam Mathematici advocati, qui inspecto themate Genethliaco fausta infausta que prædicerent; quod erat *fata advocare & scribere*. Adripiebant & quæcunque omnia in bonam scævam ad impositionem nominum, quod dicebat ut *fata occupare*. Rubenius Elect. 1. 5. Ubi infantes jam loqui cœpissent, *Fabulino* Deo immolabant hostias Nonius. Erat

Erat inter bona etiam *Victoria* ac palma ex hostibus reportata; velut Augusti ap. Hor. l. 3. Od. 16. Cumanorum ap. Dionys. Halic. l. 7. Amphitruonis ap. Plaut. 3. 2. Alexander Severus ap. Lampridium Senatum ad sacrificia pro tot victoriis admonet. cap. 56. Cydonius: *Θύσαι γὰρ ἀπένδυσον θανίχια*. orat. de contemn. mort. Beninenses hodiernum ex captivis hostibus nonnullos Idolo suo immolare sueverunt. Itin. Ind. p. m. 504. Ap. Romanos in Capitolium deductus triumphans, peractis ibi precibus, obtulit taurum candidum, coronam triumphalem, & aliquot pretiosas manubias Jovi, cui inde *Triumfatoris* nomen competiit quod *ὑπεροπύτης* æternæ Majestatis simia, à proprio Dei attributo furata, servis suis suppeditavit. Legitur illud 1. Reg. 15. 19. *Triumfator in Israël non parcat, & penitudine non flectetur*. Vid. De-Rio adag. V. T. 124. Immolabant etiam Jovi *Feretro*, (quod feriret hostes; vel, quod pacem ferret) cui opima spolia dabantur, & Jovi *Reduci* Martialis l. 8. epigr. 14.

*Dum nova Pannonici numeratur gloria belli,*

*Omnis & ad Reducem dum litat ara Jovem.*

Sed alii non male h. l. per *Reducem Jovem* intelligunt Cæsarem. Jovi item *Statori* & *Herculi Victori*. Utrumque in inscriptione videmus; quæ est Albæ Julæ in Daciâ: IOVI STATO-

G

RL

RI. HERCVLI. VICTORI. M. VLP. NER-  
 VA. TRAIANVS. CÆSAR. VICTO. DE-  
 CEBALO. DOMITA. DACIA. VOTVM.  
 SOLVIT. ASPICE. ROMVLE. PATER.  
 GAUDETE. QVIRITES. VESTRA. ISTA.  
 EST. GLORIA. Vid. Joh. Livineji not. ad. pa-  
 neg. 1. Mamert. Audiebat insuper Jupiter, am-  
 bitiosè satis & cumulatis, pol! encomiis, à victo-  
 ribus: *Victor* (cujus imaginem vid. ap. Chou-  
 lium pag. 58. 59.) *Inuictus*, *Imperator*, *Custos*, *Pi-*  
*stor*, (quod Romanos in quiete locasset, ut ex  
 frumento haberent quod vellent) *Prædator*, *O-*  
*pitulus* vel *Opitulator*, *Impulsor*, *Stabilitor*, *Cen-*  
*tumpeda*, *Supinalis*, *Tigillus*, *Vltor*, *Sthenius*, *Strat-*  
*tius*, *Nicophorius*, *Araus*, *Palestes*, *Tropeuchus*,  
*Atabyrius*, *Labradeus* vel *Labradenus*, *Phyxius*,  
*Oetus*, *Eleutherius*, *Soter*, *Conservator*, *Sosipolis*,  
*Vrius*, *Errhus* &c. Hercules verò: *Inuictus*, *Tri-*  
*umfalis*, *Pacifer*, *Defensor*, *Magnus Custos*, *Pa-*  
*tens*, *Pollens*, καλὸνικϞ, πρῶμαχϞ, κατρερό-  
 λειρ, ἀδάμαςϞ παντοδυνάτης: Vid. Box-  
 horn. quæst. Rom. 1. Inscriptio Interamnæ Na-  
 hartium in Vmbriâ:

LOCVS  
 SEPVLTVRAE  
 CVLTORVM  
 HERCVLIS  
 DEFENSORIS  
 POLLENTIS  
 INVICTI

Re-

Redeūtes ex bello Marti quoq; *χαριστήρια* ob-  
tulere: Unde dictus putabatur quod *maribus* in  
bello præflet; exindeq; laudabatur, *Bellipotēs*,  
*Odrysus*, *Geticus*, *Thracius*, *κίμοχαρης*, *Βερίτο-*  
*λαιγος*, *μιαφόνος*, *Vltor*, *Tyrannus* &c. Item  
Minervæ, quam cognominârunt *Auxiliarem*,  
*Armipotentem*, *armisonam*, *εργαῖαν*, *ἀρεια*,  
*χρειαδα*, *χαλινίτιδα*, *ληστρίδα* &c. Messenii  
immolabant *Hecatompheia*, tanquam ex  
hostibus centum interemissent, quod sacrum  
Aristomenes Jovi *ἱθωμάτα* obiit. Lud. Coel.  
A. L. 20. 5. Confer Sardum de Mor. & Rit.  
Gent. l. 3. c. 12. & 13. Hoc *χαριστήριον* Ebræis  
peculiariter *קורבן* dici vult Corn. à Lap. comm.  
in Lev. 7. 13. Huc quoque pertinere videntur  
*θυσίαι ἱππῶδες* i. e. Equestria sacra, in festivi-  
tātibus & pompis Atheniensium à MCC. equi-  
tibus facta, de quibus Suidas voc. *ἱππῶδες* &  
Coel. l. 12. L. A. c. 1. Magi sacrificabant *Hor-*  
*misdati*, quem bonorum omnium auctorem  
credidēre; ut *Arimanem* malorum, referente  
Alex. Sardo, l. 3. c. 15. Sed Laërtius *Ὀρσμάσδης*  
& *Ἀρεμάνιον* vocat. procem, vitt. Vid. Plutarch.  
& Agathiam. l. 2. Potest de his omnibus videri  
Turneb. advers. 20. 27. Talium quorūdam sacrifi-  
ciorum mentionem facit Rabbam Ægyptius:  
*יו שמתכנסין בו הגוים להעמיר לחן מלך*  
*ומקריבין*

וּמִקְרִיבִין וּמִקְלָטִין לֵאלֹהֵיהֶם יוֹם אֶדְם  
 הוּא וְחָרִי הוּא כְּשֶׁאֵר אִידֹלָהִם אֲכָלָה  
 צוּי שְׁעוֹשֵׂה הוּא אִידֹל לַעֲצֻמוֹ וּמִוֹדָה  
 לְכֹחַ שְׁלוֹ וּמִקְלָטִין בְּיוֹם שְׁנוֹלָר בּוֹ  
 יוֹם תְּגַלַּחַת זָקְנוֹ אוֹ בְּלוֹרִיתוֹ וְיוֹם שֶׁ  
 שְׁעָלָה בּוֹ מִן הַיָּם אוֹ שִׁיצָה מִבֵּית  
 הָאֲסוּרִים וְיוֹם שֶׁעָשָׂה בּוֹ מִשְׁתָּה  
 i. e. Illa quoque dies;

quâ idololatra ad regem constituendum conveni-  
 unt, sacrificant, ac Deos suos laudant, cæteris fe-  
 storum accensetur: Quòd si idololatra sibi ipsi fe-  
 stum diem indixerit, ut veneretur idolum suum, ac  
 laudet illud natali suo, aut quo die barbam tondet,  
 vel comam, aut quo advenit è mari, vel è carcera  
 egressus, quo item convivium instituit filii causâ, &  
 si qui id genus alii sunt. lib. Akom. c. 9. §. 4.

Vocantur Ebræis **שלמים** *χαριστήρια*  
 a **שלם** pace frui; propriè compleri, per-  
 fici; quorum mentionem factam sentias Exod.  
 20. v. 24. & 24. v. 5. Amos. 5. 22. & alibi. Sed  
 Corn. à Lapidè ad *ευχαῖα* protrudere laborat  
 Græcis adpellantur *ευχαριστὰ, χαριστήρια,*  
*ευαγγελία, ἐκβατήρια, ἑθνηκία, εἰρηνικὰ σωτή-*  
*ρια* (quorum posteriorum singula, singulis  
 ferè adplicari possunt speciebus) *ἱπλάς;* victimæ  
*χαριστήρια.*

Hæc

Hæc sæpissimè prius vovebant, quod erat *fuscipere & nuncupare vota*. Vid. Lips. not. ad Tac. Unde victimæ ex nuncupabantur *vota* Ovid. l. 2. amor. el. 11: *Præreditu victima vota cadet*. necnon *Votita; & votiva*. Horat. l. 1. Ep. 3: *Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca*. Postquam si victimas votas immolarent, *votum se Solvere* dicebant, sumto sc. solvendi verbo eâ significatione, quâ quis id facit, quod facere promisit, vel pollicito satisfacit. l. 176. ff. de V. S. l. solutionis verbum. 54. ff. de solut. & liberat. Item *votum reddere*. Lapis Priscus Romæ ad Basilicam Petri: EX VOTO. SVSCEPTO. QVOD. DIV. ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM. Ita hunc lapidem citat Lipsius ad l. 15 ann. Sed aliter longè Georg. Fabricius . 1. antiquitat. interd. 4. Præterquam enim quod inscribat: *Mutilatum*, pluribusq; continet, ac Lipsius; etiam aliter legit h. m. EX VOTO. SVSCEPTO. QVOD. DIRVERAT. NEGLECTVM. &c. p. m. 38.

Solutis votis lapides ac monumenta, quibus tempus, similesque sacrificiorum aut votorum circumstantiæ adnotabantur, erecta fuisse, non difficulter affirmari posse autumo: Idque ne V. quidem F. Patribus peregrinum. Jacob enim saxa coacervat, & monumentum erigit, & testis loco statuit, & immolat. Gen. 31. De Gentilibus res non videtur obscura. Lapis Romanus.

JOHANNIS SAUBERTI, F.  
 DEO. SANCTO. APOLLINI.  
 PACIFERO. EX. VOTO.  
 LIBENS. SOLVIT. MIL. COHORT.  
 X. PRÆTORIÆ.

Alius.

VOTVM. SOLVERVNT. L. M.  
 L. VERGINIO. RVFO.  
 C. MEMMIO. REGVLO. COSS.

Alius Romanus :

J. Q. M. ET. GENIO.  
 VENALIC

P. ACILIVS. CERDO  
 VOTVM. SOLVIT  
 NERONE. CÆSARE

AVG. IIII

COSSO. LENTVLO. COSSI. F. COS.

Pertinent huc litteræ antiquæ in inscriptionum monumentis creberrimæ V, S. & V. S. L. M. quæ significant *Votum Solvit*; & *Votum Solvit Libens Merito* Lapisin Convenis Novem populi-  
 oniz: DEO. ABELLIONI. MINICIA. IV-  
 STA. V. S. L. M. Eas in sexcentis aliis antiqui-  
 tatis reliquiis invenies. Vid. Choul. p. 277. &  
 seqq. Grut. p. 3. & seqq. Pleræq; autem in-  
 scriptiones aut ex voto natæ post rem benè ge-  
 stam; aut ante eam factæ magnâ & prægnanti  
 spe: & tunc *Servire hominibus Dii* dicebantur.  
 Vid. Boxborn. quæst. Rom. 1.

Nec solum vota, sed & alia quandoque  
 Sacri-



●

sacrificia eodem modo signata reperimus. Exemplo sit illa Fratrum Arvalium inscriptio vetus, quam ostentat Fulvius Ursinus not. 18. in l. 3. Cic. de N. D.

III. ID. DEC. FRATRES. ARVAL. IN. LVCO.

DEAE. DIAE. VIA. CAMPANA. APUD LAP.

**V. CONVENER.**

PER. C PORC. PRISCVM. MAG. ET. IBI.

IMMOLAV. QVOD. AB. ICTV. FVLMI-

NIS ARBORES LVCI.

SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT. & C.


**Et alia in basi CERERI. AVGVST. MATRI. AGR.**

LVCIVS. BENNIVS. PRIMVS. MAG. PAGI. BENNIA.

**PRIMIGENIA. MAGISTRA. FECER. GERMANICO.**

CAESARE. II. L. SEIO. TVBERONE. COSS. DIES.

SACRIFICI. XIII. K. MAI.



### C A P. III.

**E**υκταῖα triplīcia: Adducuntur plurima exempla. In nuptiis qui à Parentibus, qui à sponsis dii invocati? Juno τέλεια. Pilemnus: Picumnus. Larum officium; vestitus. ποτέλεια. Veneris cognomina. Alex. Sardus notatur: Ejusd. defectus suppleantur. Dii quidam conjugales. Dii in puerperio & post partum invocati. Compitalia: περρηόσια.

Hercules Sancus : Sacrificium propter  
 viam. Lares permarini. Viatorum religio.  
 Sacrificia pro immortalitate animarum.  
 καθαγίζαν, ἐναγίζαν, ἐναγίσματα, καθα-  
 γισμοί. In pecude vett. opes. Mercurius  
 lucri antistes. Wodan quis & unde? Li-  
 psio absentitur. Mercurius Deus furum : &  
 Mercatorum : Ejus hinc epitheta ac ety-  
 mon : ἑμμενόν : Proverb. ἐμῆς κείνος. Coli-  
 tur inter lares viales : ἑμῶν forma & cul-  
 tus. De Goliathi ossibus mira. Proverb. E-  
 braicum. Loci cujusd. Scr. S. verus sensus  
 proponitur, circa quem aliquot interpretes  
 palpârunt. Irmenseul quid & unde? Gal-  
 li vigilantia : ἀλεκτορ & etymon. Galli cur  
 templorum apicibus superpositi? Albrici  
 locus confirmatur : Animalia quae Mercurio  
 sacra? Gallus quibus deorum sacer?  
 Cur Mercurio? Cl. Vossius notatur. Mer-  
 curius somniorum praeses. ἑμῶν. Stulta vett.  
 in meritis erga deos opinio. Ara Ignoti dei.  
 Ignotus deus quis? Jehova nomen genti-  
 libus & multis Ebraeorum clâm fuit : Neq̃  
 ab eo cui cognitum erat facile enunciari po-  
 terat. Aquilices. Dapsa. Donnerstag un-  
 de?

de? Hercules Ἡρακλῆς. Herculis sacrificium proverb. כַּעַל — זָבוּב; Samaël. Jupiter Prodigious; Dii averrunci. Comprecari quid? Tibulli locus restituitur. Guil. Canteri μνημονικὰ ἀμαρτήματα. Vetus Virgilii lectio contra Canterum & Vossium defenditur. Labrus ἐκθύσιαι. Piacula. Piacularia sacrificia. Postulio. Arnobi locus mendosus sanatur. Varie piacularium adpellationes. Porta piacularis. Ebraeorum sacra piacularia: Eorundem inter peccata distinctiones. Victimæ expiatoria quales? μετ' ἑνός. Vossius leviter tangitur. Hotomanni & Manutii V. L. in Pediano laudata. Homines sacri. Februorum varia significatio: Natalis Comes denuò castigatur. Victimæ expiatoriæ synonyma. Differentia inter καὶ δάσκαλ' & καὶ δάσκαλα. Conjectura in locum Ammonii. Piatrices muliercule. Hostiæ Consultatoria, injuges. Diffarreatio. Hostia jurantium execranda. Fœderis etymon. Varia Virg. lectio, Vossius modestè carpitur. Inter sacrum & saxum proverb. unde? Aliud fœderis etymon. Fœdus ferire &c. Ritus in Judæorum

*orum fœderibus. Litare quid? differt à  
sacrificare. Cataneus acriter reprehenditur. τὸ litare etymon. Ab Auf. Popmâ  
absceditur. Αἰται.*

**E**ΥΚΤΑΙΟΙΣ Veteres vel bona ad-  
precabantur, vel mala deprecaban-  
tur, vel Deos testes vocabant. Sin-  
gula ordine perspicimus. Et primò  
quidem Bona: veluti Parentes felices filiarum  
nubrias sacrificiis expetebant à Jove, Juhone  
(quæ inde τέλεια dicta) Venere, Gratiis, Lari-  
bus, & Diis conjugalibus, Pilumno, qui cum  
Romulo Quirino; Picumno, qui cum Marte  
Silvano idem, Larumque præses habebatur.  
Euclio ap. Plaut. *Vascula intus purè propera atq;  
elue, Filiam despondi ego.* Aul. 2. 3. Dæmones ap.  
Eund. *Adorna, ut rem divinam faciam, cùm in-  
trò advenero, Laribus familiaribus; cùm auxerunt  
nostram familiam.* Rud. 4. 6. Erat enim Larium  
officium duplex; I, ut preces & vota mortalium  
ad Deos, Deorum ad homines deferrent: II.  
rem vel publicam vel privatam familiæ tuèri,  
unde propter vigilantiam sagis caninis statuæ  
eorum vestitæ. Plut. probl. 51. Boxhorn. quæst.  
Rom. 6. Dies ille, prodente Suida, περότεια  
dictus. Vid. Joh. Meursium, qui cedro digna  
locutus

locutus Os populi docti meruit; comm. in Lycop. Cass. *Sponsi* prosperum conjugium in Græciâ quidem à Junone, Dianâ, & Parcîs, teste Alex. Sardo de Mor. & rit. gent. 1. 3. *Ceterum etiam* (verba sunt ejusd. auctoris, quibus Deos quos in nubtiis venerabantur enumerat) *quinque faces erant propter Deos qui invocabantur in nubtiis; Jovem adultum, Junonem, Venerem, Suadam, Dianam: invocabatur etiam Hymeneus, & ominis gratiâ Thalassius, qui fuerat præclarissimus dux Romuli tempore, pulchramq; virginem recepit. Mercurius quoque ex disciplinâ Egyptiorum propter caduceum, in quo dracones duo erant, mas & femina. l. 1. c. 7. Vid. Plutarch. probl. 2. cum notis Boxhorn. Veneri enim nubturæ virgines pupas consecrabant. Vid. Pers. sat. 2. & Joh. Vatelli comm. in Musæi Leandrum. Unde ipsa cognominata *Migonitis* quasi conjugalis, & *Babia*, de quo Photius in Myriobibl. cod. 242. necnon *Mylitta* quod Scaliger genitricem denotare notat; item *Melenis* quod noctu maximè liberis opera daretur. Pausan. in Lacon. & Corinth. & Arcad. nisi potius sentiendum sit, eo sensu ita dictam, quo audiuit Ilythia, quod est ab Arabico Halilath id est noctiluca, quia interdum eadem cum Lucinâ. Non autem elimatè bonus ille Sardus procedit, verùm non paucos antesignanos Deos præterit.*

terit. Neque vero mentionem fecit Cinxia; quod nomen in nubtiis sanctum habitum est, eoque respiciebatur, ad Cingulum, seu Zonam, ex lanâ ovīs, Herculano nodo vinctam, quam Sponsæ Sponsus in lecto solvebat: Exinde virgines Venerem expertas *Λυσιζώνες* dixere, Muretus comm. in Catull. carm. 2. Omisit item ~~Cerere~~, Bacchum, Phoebum. Virg. 4. Aen.

*Principio delubra adeunt, pacemq; per aras  
Exquirunt, maclant lectas de more bidentes  
Frugifera Cereri, Phœboq; , patriq; , Lyao;  
Junoni ante omnes cui vinc' la jugalia cura.*

Servius ap. singulos causas addit, easque duplices, vel Cereri, quæ in ventrici Logum; Phœbo, qui præses auspiciorum, quibus urbes reguntur; Baccho, quia urbibus apta libertatis est Deus; vel ut nubtura placet Cererem, quæ propter raptum filia nubtias execratur; Apollinem, qui expers est uxoris; Liberum, qui nisi raptam conjugem habere non potuit. Omisit Maritorum genium, & Fortunam virginalem. Utriusque meminit Arnobius: Cum in matrimonia convenitis, togâ sternitis lectulos, & Maritorum Genios advocatis? nubentium crinem cœlibari hastâ mulcetis? puellarum togulas fortunam deferreis ad virginalem l. 2. advers. gent. Univiræ verò Fortunam muliebrem coronabant, quod non licebat bis nubtis, de quo infra c. 8. pluribus. Vid. Philosophum

&amp;

& Philologum acutissimum Piccartum peric. Crit. c. 27. Turpissimo etiam Mutini vel Futini simulacro novæ nubtæ infidebant, cui mulieres velatæ togis prætextatis solitæ sunt sacrificare teste Festo. Illud adhuc hodie in quibusdam Indiæ partibus moris esse constat. Quibus addendi: Cupido, Tellumon, Rufona, Subigus pater, Prema, Jugatinus deus, Domitius, Volumnus, Volumna, Pilumnus, Picumnus, Amor, Mania, Genii, Penates, Lares familiares, & tutelares, & præstites, & hostilii, Libentina, Jupiter γαμήλιος & τέλειος, Juno γαμηλία, & ζυγία, & Juga, & Jugatina, & Cinxia, & Unxia, & Soeigena, & interduca, & domiduca, & Manturna: Virginensis dea, cum Zona solveretur; Perfica, quæ voluptates perficeret inoffensa dulcedine; Pertunda, cum virginalem scrobem effoderet maritus: Anaitis ap. Lydos, ap. Etruscos Rasenna &c. Vid. de his Hotomannum de vet. nubt. rit. & Brissonium lib. sing. de ritu nubt. *Mariti* sobolis procreationem. Tacitus quosdam suscipiendorum liberorum causâ convenisse ait, atque audisse aruspicum verba, subisse, sacrificasse. l. II. ann. Lucretius l. 4.

— — — — *Multo sanguine mæsti*  
*Conspergunt aras, adolentq; altaria donis,*  
*Ut gravidæ reddant uxores semine largo.*  
 Etiam in adoptione id factum, indicat Cedrenus:

ἀσβα-

λιβανωτὸν Ἰπιδύσας μεγάλα βοῶν ἔφη. Α-  
 γασθῇ τύχῃ Νέρουας Τραϊανον υἱοποιῆσαι.  
 In puerperio invocabantur apud Græcos dii  
 ζῳγονοί: Ap. Latinos Vitunus, Sennius, Sen-  
 ta, Partunda, Nascio sive Natio, Dii Nixii, Ju-  
 piter Lucetius, Juno Lucina, Nundina, Menā  
 menstruorum dea; Fluonia, ut sanguinis flu-  
 men rerineret; Opigena præcipua dea nativi-  
 tatis; Mana Geneta partus præses; Prosa vel  
 Prorsa, ob eas, quæ rectum & legitimum partum  
 nactæ erant; Postverta, cū præposterè partus  
 ederetur; Egeria, quæ partum egerebat: In-  
 primis Diana sive Proserpina, quæ parturienti-  
 bus credebatur adsidere, manus iis admovent,  
 veluti exceptura foetum; unde χειρογονία,  
*Manugenua & adfestrrix* dicta. Adpellata etiam  
 λυσζώνη; quoniam velut ap. Romanos nuptæ,  
 ita ap. Græcos parientes Zonam solvere dice-  
 bantur, teste Apoll. Rhodio l. 1. Argon. Vid.  
 Stuck. de sacrif. f. 30. Vossium de Idolol. l. 2. c. 25.  
 & 28. Post partum εὐκταῖα capiebant Vagita-  
 nus, Fabulinus, Cunina, Fascinus, Ossilago,  
 Levana, Statilinus, Statanus, Rumina sive Ru-  
 mia, Edusa, Potina, Pavéria &c. Vid. Cujacium  
 observ. 11, 30. Forcatul. 23. Cupid. in fin. Pinedā  
 comm. in Joh. c. 1; n. 2. Turnebum advers. 4. 15.  
 D. Dorscheum diff. Theol. pentadec. disp. 4.  
 Lorinum in Sap. 7, 3. *Patres familiās* non modò  
 domus



domus novæ commoda: Plaut. *Uxor! venerare, ut nobis hæc habitatio Bona, fausta, felix, fortunæq; eveniat.* Sed & familiæ totius incolumitatem. Cato: *Jano farre & vino sacrificatum est, ut esset propitius liberis, domui, familia.* c. 133. de R. R. Juv. sat. 6.

*Cum farre & vino Janū Vestamq; rogabat &c.*

— — — — *Quid faceret plus*

*agrotante viro, medicis quid tristibus erga  
Filiolum.*

Ovid. l. 7. Metam.

— — — — *Quis non altaribus illis*

*Irrita thura dedit? quotiens pro conjuge conjux,*

*Pro nato genitor, dum verba precantia dicit &c:*

Et paulò post:

*Ipse ego sacra Jovi prome, patriæq; tribusq;*

*Cum facerem vatis. — — — —*

Eo fine Lares & penates culti coronas accipiebant, Maniæque mater Larium capitibus alliæ & papaveris placabatur, aut effigie suspensâ. In Compitalibus verò Larium festo pilas & effigies viriles ac muliebres ex lanâ in compitis suspendebant Laribus; ita, ut tot pilæ, quot capita lervorum, tot effigies, quot essent liberi, iis ponerentur; cum voto: *ut vivis parcerent, & essent his pilæ & simulacris contenti.* Heinſius Crep. p. 33.

Agricolæ felicem frugum ante arationem germinationem petebant, quæ sacrificia

πρὸς

περηρόσια dicta. Suidas. Romanæ Suadæ flos  
 fragrantissimus Tibullus prolixè tale recenset  
 l. 2. el. 1. *Imp. Duces, milites* dextrum ancipitis  
 Martiæ fortunæ exitum; de quo Justinius l. 20.  
 c. 2. & 3. & alii. Proficiscentes, iter secundum  
 Arrianus: Ἄλλ' ἀπολιπόμεν & μὴ ἐδὲς ἀνά-  
 γεται μὴ θύσαστοῖς θεοῖς, καὶ παρακαλέσας  
 αὐτὰς βοηθῆς. in Epist. l. 3. c. 21. A Laribus  
 quidem vialibus, qui in Græciâ erant Mercu-  
 rius, dictus ἐνὸδι & Hecate ἐνὸδια; Romæ  
 verò Hercules *Sancus*, cujus sacrificium *Propter-*  
*viam* vocatum, ipseque aliàs etiam *Sanctus*, *San-*  
*gus*, *Semo pater*, & *Dius Fidius* dicebatur, Vid.  
 de eo Xylandrum adnot. ad Plut. quæst. 36.  
 Vossium de Idol. l. 12. Lares permarini θεοὶ  
 Ναιπώνιοι, fuere Neptunus, Thetis, Glaucus:  
 illi per mare peregrinantes immolabant Taur-  
 rum; isti, Juvencam; huic, bovem. Vid.  
 Taubm. comm. in Plaut. Sacrificabant autē tum  
 anteq. se viâ darent, tum sæpe etiam in viâ. Ni-  
 mirum oblato loco quopiam sancto, solebant  
 viatores I. veniam postulare, II. Votum adpo-  
 nere, sive preces fundere, aut etiam Deorum  
 genua incerare; III. paulisper adfidere. Apul.  
 l. 1. flor. Scioppius Symb. crit. p. 109. Rubenius  
 Elect. 2. 34. id quod hodiernum Indiæ quidam  
 faciunt populi, qui ad omnes montes, petras,  
 & speluncas Idola sue formæ diabolicæ excisa  
 habent,

habent,

habent, juxta & lintrem aquâ refertum; ubi viatores transeuntés ablutis pedibus Deastro supplicant, & nonnunquam sacrificii aliquid obferunt, referente id Hugone Lindschottano itin. Ind. p. m. 69. Quædam *ἑρσείαι* pro immortalitate animarum ac divinitate fiebant. Arnobius: *Non quod Etruria libris in Acheronticis pollicetur, certorum animalium sanguine numinibus certis dato divinas animas fieri, & ab legibus mortalitatis educi* l. 2. advers. gent. Tales præcipuè erant *τελεταὶ* & *μυστήρια*, de quibus prolixè Magnus Casaub. exerc. 16. disc. 43. Item funereæ illæ inferiæ: quas, qui faciebant, *καθαγίζον* & *ἱναγίζον*, sicut ipsa sacrificia *ἱναγίσματα* dicebantur & *καθαγισμοί*. Adde quæ supra ex Servio de Diis animalibus retulimus.

Minuebantur pecora ob auctiōnem pecoris, i. e. totius substantiæ. In illo enim omnes veterum opes, deditque id peculio & pecuniæ nomen. Serv. ad Ecl. 1. Virg. Persius: *Rem struere exoptas casu bœve, Mercariumq; Accersis fibrâ?* sat. 2. Ille omnis lucri Præses. Plaut. Amph. prol. Stich. 3. 1. Unde sic eum adloquitur Ovidius. l. 5. fast:

*Te, quicumq; suas proflentur vendere mercês,  
ibure dato, tribuas ut sibi lucra, rogant.*  
Germanos eum vocasse *Wodan*, sive *Guodan*,

D

non-

nōnulli referūt inter quos Lipsius, qui legit *Wōsa*, & ita cum dici adserit, quod sit lucri præsēs; cum Belgis adhuc *Winst* vel *Wonst* lucrum significet. Verū enim verò Vossius de Idol. 1, 37. veluti hoc nomen neq; Mercurio verè neq; Marti competere ostendit; ita Guodan eund. demonstrat esse cum *Gode* vel *Gott* Deus; derivatque acutè à Theut, Thoth, Thoyt, Thout sive Thuot (de quo Cicero de N. D. l. 3. Euseb. præpar. Evang. l. 1. c. 9.) unde Wodan, à quo & Codanus sinus, & Gedanum sive Dantiscum denominata. Illo autem nomine Mercurius non solū Deus furum, furtorumque auctor ac repertor. Inscriptio vetus urnulæ, quæ in aliâ urnâ Patavi in monumento reperta fuit:

ABITE. HINC. PESSIMI. FVRES  
VOS. QVID. VOLTIS. VOSTRIS.  
CVM. OCVLIS. EMISSICIIS  
ABITE. HINC. VESTRO. CVM. MERCVRIO  
PETASATO. CADUCEATOQ;  
MAXIMVS. MAXIMI. DONVM  
PLOTONI. HOC. SACRVM. FECIT

Sed & Mercatorum; aliàs exinde dictus *ἐμπόριος*, vel *ἐμπόριος*, *σώρως*, *ἐμπορῆς*, *κερδῶν*, Forensis, Trivius &c. & Mercurius quidem, à *ἑρμῆς* vendidit: Nec malè Budæus *ἐρμῆας* in *esperatum* interpretatur *lucrum*. Ab eo, si quis in itinere quid invenisset, commune id præfari *Mercuri-*

Mercurio moris erat; ortumque Græcis proverbium ἐρμῆς κοινός, de re, quam in viâ forte invenissent, quasi dicerent: Et mihi pars est. In quo eleganter lusit vetus Epigrammatista, ejus versus in Anthologiâ videri possunt, quorum initium: Πάρεθεν Αλκίπωην &c. Dignus qui videatur Phornutus de N. D. c. 15. Cui junge Corn. à Lapide in Aët. Ap. 14, 11, Erasmum in Chill. Heraldum advers. 4, 1. Hinc & in viis dux conlocatus, àc inter Lares viales habitus, quod mercatores cum lucro reduceret, ceterosque feliciter duceret; quales in viâ statuae, ἐρμῶν nomine insignitæ, formâ fangebantur capitis humani impositâ lapidi quadrato (à quo ille τετραγών dictus) cui inscriptum foret, quò via duceret. Hermæ illæ ponebantur in biviiis, triviiis, & quadriviiis: Viator vero quisque transiens in acervum mittebat lapidem; quod quidam ad orationem referunt, quæ ex minimis particulis constat; alii dicunt, ut cresceret, & facilius viam monstraret; alii, ut viam purgarent, ne cæteri viatores offenderent; alii, ut deum honorarent eâ re, quæ in præsens maximè sit in promptu, utque ita statua dei notior fieret. Indicat hoc R. Maimonides: מרקולים שעבודתו שזרק לו אבנים או יסקר i. e. Mercurius, cujus in eo cultus erat, quod lapides in eum conjecerent, vel coram

eo *spargerent.* de Idol. c. 3, §. 2. In contemptum  
 contra simile quid etiam hodie Goliathi offi-  
 bus evenire narrat Beatus Antoninus Martyr:  
*De Hierusalem venimus in montem Gelboë, ubi occi-*  
*dit David Goliath, & ibi mortuus est Saul, & filius*  
*eius Jonathas. Jacet ibi Goliath in medio via, ligno-*  
*rum, ad caput habens acervum, & super eum conge-*  
*riem petrarum, ita ut à XX. millibus non possis inve-*  
*nire lapidem, quem movere possis, quia consuetudo*  
*talis est, quotiescunq; quis ibi transit, ternos secum*  
*deferre lapides, & projicit ibi; sic & nos similiter fe-*  
*cimus: In ipsis autem montibus nec ros, nec pluvia de-*  
*scendit, postquam eos David maledixit, & nocturnis*  
*horis secretò ibi videntur immundi spiritus volvi, tan-*  
*quam vellera lana, aut unde mari.* in itiner. p. 23.  
 ex edit. Cl. Menardi. Ab Hermis istis prover-  
 bium ap. Ebræos ortum: *Lapidum in מרקוליס*  
*Merkolis* five מרגמה Margemah *spargere:*  
 de quo Drüsius in adagg. Ebr. Meminit ejus  
 Salomo Proverb. 26, 8. id in versione Germa-  
 nicâ alienius redditur: *Als wann einer ein Edel-*  
*gestein auff den Rabenstein wirfft.* Ubi B.  
 Lutherus secutus est Aben Esram, qui vertit:  
*Ut ligamen lapidis pretiosi in acervo lapidem vulga-*  
*rium.* Et R. Levi: *Ut ligatio lapidis vilis in re pre-*  
*tiosa.* Et miror viro in hac litteraturâ sine pari  
 Buxtorfio proverbii illius Ebraici non venisse  
 in mentem, quando locum illum כצור  
 אבן

בַּמִּלִּיכָה נֶחֱבֵט בְּכֶסֶף רֶדֶדִית: *Secundum ligare lapidem in balista* i. e. *Sicut aliquis lapidem adligat vel applicat balistæ, ut eam ejaculetur.* in Lex. voc. מִלִּיכָה Vid. de his R. Nathan in Baal-Aruch, Eliam in Thisbi. Joh. Sarisberiensem de nugis curialium 5, 7. Seldonum de D. S. 2, 15. Ideò aut tales statuæ Mercurio erant sacræ, quia in viâ indicandâ præstarent vicem lingvæ; ipseque ex eo ὁδοῦχος, ἐνοδοῦχος (al. ἐνοδοῦχος) ἡγεµόνιος, μυριεύς &c. & Hermes à ὁδοῦ calcavit, iter fecit, dicebatur. Quidam hinc Germanorum idolum Irminsul vel Ermenseus interpretantur Hermetis statuam; alii quasi Idermannseus/ alii Martis asy-tum, alii Domini Luni simulacrum Herrmans seu &c. Adi Gesnerum in Mithrid. Vossium de idol. 2, 32. & Meibomium pecul. tract. cap. 5. Verùm ab Harminio oportere derivari, cujus erat effigies, post Spalatinum, Reineccium, Albinum Dresserum, Spangenbergium, aliosque, rectè judicat Schedius de D. G. 3, 3. Idolum hoc in Westphalia cultum, Herosburgi, seu in castro Hermopoli quidam contendunt: Ditmarus v. l. 2. Mersburgi ad Salam locatum fuisse adserit, cum inscriptione: DVX. EGO. GENTIS. SAXONVM. VICTORIAM. CERTAM. POLLICEOR. ME. VENERANTIBVS. Vid. plura ap. Meibom tract. cit. Albrius Mercurio Galum adpictum & consecratum ideò adserit,

*quod lucto intenti plerumq; sint vigiles.* lib. de deor. imagg. c. 6. Commendatur enim præprimis à vigilantia Gallus, & aliqui ἀλέκτορας quasi ἀπὸ λέκτορας i. e. à lectis mane advocantes dictos autumant; ob quam etiam causam imaginem ejus veteribus sapientissimis templorum turribus vel turrium sacrarum verticibus imponere placuit, ut Ecclesiæ ministros submonerēt, imitaretur proprietates quasdam avis hujus, quas egregie confert. D. Franzius hist. anim. p. 2. c. 10. interim de consecratione illā altum ferē ap. ceteros auctores silentium. Ab Athenæo l. 7. Mercurio nullum animal, nisi Boax & Larus attribuuntur; In eorum autem Deorum numero, queis Gallus communis fuit, Mercurius non occurrit, cum hi tantum extent: Sol, Mars, Minerva, Æsculapius, ap. Vossium inst. Or. l. 1. c. 5. lect. 33. quibus adde Jovem, Cybelem, Mensē, Isidem, Anubin, Lares, Cererem, Noctem, quos Vir summus & accuratē eruditus ne mentione quidem attingit. Subveniunt verò Albrico, & dictis ejus robur addunt monumenta quædam & antiquitatis reliquæ. Choulius enim de la relig. des anc. Rom. p. 171. Carniolum antiquum adducit, cui insculptus est Mercurius nudus, pallium super dextram portans, quā caduceum tenet, petasatus & talaribus indutus: pedibus ejus adstat caper,  
ex



ex alterâ parte scorpïo; ad brachium volat musca: Sinistrâ verò manu turgidum ostendit marsupium, cui gallus insidet. Ad hanc Gemmam ita commentatur: *Le Gal anciennement estoit mis en la tu telle de Mercure, qui signifioit, que les marchans doibuent estre vigilans, et qu'ils se doivent leuer au chant du Gal, pour negocier et donner ordre à leurs affaires* pag. 169. Et Velserus Augustæ Vind. Mercurium esse ait in ædibus Peutingerorum, nudum, pallium in lævum brachium rejectum gerentem; sinistrâ manu caduceum, dextrâ marsupium portantem: Hic ad pedes jacere caprum, illic pervigilem gallum, quam picturam ex eo habet Gruterus in Inscript. f. 51. Similem planè se in libro antiquitatum vidisse adseverat Giraldus Synt. 9. pag. 286. & seq. Causam ejus reddit, quod litteratos & negotiatores oporteat vigilare: A quo neque dissentit Fulgentius. Sed nos huic etiam aliam picturæ illius supperaddemus causam: Quia nempe cubitum ituri Mercurio lingvis faciebant, ultimamque à mensâ discessuri portionem libabant, ut se dormientibus, vigilaret, & fausta jucundaque somnia largiretur. Philologus perfectissimus Heinſius crep. p. 41. Veteresque lecti pedem *ἐγπύρια* vocabant,

II. Malum deprecabantur *ἰντραίσις*. Simul ac enim in res turbidas incidissent læsisse se Deos credebant. Turneb. advers. 3. 13.

Boxhorn. quæst. 3. Et piacularibus proinde opus habebant: Si salvæ eorum res essent, *Officio vinxisse Deū*, ut Manilius loquitur l. i. Astron. vel ut πολυμάρτυρα Scaliger adnotat, θεοπροσολόκας se existimabāt, ac proinde præmia pietatis suæ à Diis expostulabant. Catullus: *O Dii! reddite mihi hoc pro pietate meâ.* In extructionibus templorum Diis pro malis averrendis hostiæ cadebant. Tacitus: *Undecimo Cal. Julias, serenâ luce spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisq;.* Ingressi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis: dein Virgines Vestales cum pueris puellisq; patrimis matrimisq;, aquâ rivis & fontibus amnibusq; haustâ perluere. Tum Helvidius Priscus prætor, præeunte Claudio Eliano pontifice, lustratâ bove taurisq; aræ, & super cespitem redditis extis, Jovem, Junonem, Minervam, præsidesq; imperii deos precatus, uti cæpta prosperarent, sedesq; suas pietate hominum inchoatas divinâ ope attollerent, vittas, quibus ligatus lapis innexiq; funes erant, contigit & c. l. 4. hist. Contagii Tempore, cum Atheniensium Dii vocati eos non adjuvarent, Deo Ignoto arâ edificârunt, immolârunt, liberati sunt; cujus mentio fit Act. 17. 23. Inferibitio, si Oecumenio fides habenda, talis erat: Θεαῖς Ἀσίας, καὶ εὐρώπης, καὶ λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξενῷ. *Ignotum Deum* quidam explicant deum omnium

um principem, qui omnibus præest, cum aliàs singula singulis adscriberentur, ita ut illa ara (ait Cl. Boxhornius quæst. Rom. 13.) eadem dixerit, quæ hæc in Transsylvania:

DEO. QVI. EST. MAXIMVS  
AVREL. SEPTIMIVS  
ROMANVS.

Bertramus suspicatur eos intellexisse Deum verum, quod ex Judæorum scribitis didicerint, Deum Israël esse Deum ἀόρατον, ἀαχρηστον, ineffabilem, incomprehensibilem. Aliud quid subindicare videtur Tertulianus: *Inveni, plene ignotis Deis aras prostitutas: Sed Attica idolatria est; Item incertis Deis, sed superstitio Romana est.* advers. Marc. Min. Felix: *Aras extruunt etiam ignotis Numinibus.* Vid. Epiph. l. 1. contra hæc. August. de C. D. l. 5. capp. 12. 14. 19. Paus. in Att. Vossius & alii intelligunt Ἰδὸν προσήκοντα, quando nesciebant in casibus dubiis, cui potissimam deorum sacra obferrent: v. g. Contagii tempore, cum terra moveretur &c. cum nempe dei illius nomen nondum perdidicissent, illum ipsum tamen aliquomodo scirent. Ita in h. l. Act. Athenienses nondum de Jehovah nomine erant eruditi, neque illud efferre poterant, quod τετραχάμπυτον Judæi non enunciabant, ne ludibrio gentium exponeretur, quæ exinde nesciebant, utrum

Saturnus an Jupiter, vel Bacchus, vel Mars foret? Ita Voss. de idol. l. 2. Adde Isidorum Pelusiotam l. 4. ep. 69. Seldenum de D. S. proleg. c. 3. Credo tamen ego, in genere tam ap. Græcos quàm Romanos Judæorum Deum *ignotum Deum* audivisse. Perspicuè Lucanus l. 2. Phars.

*Dedita sacris*

*Ignoti Judæa dei.*

Non solum, quod ipsi Gentiles, sed & multi Judæorum nomen ejus ignorârint. R. Simeon ex Medrasch Tillim: *Quare Israëlita orant in seculo hoc, & non exaudiuntur? Propterea quia non nôrunt Schembamphorasch. In seculo futuro Messia deus notum illud ipsis faciet, & tunc exaudientur.* in Jalkut, in Psal. 91. Cod. Eruvin in gloss: *Nomen Schembamphorasch non est datum omni homini, sed tantum sacerdotibus.* Possunt alibi legi Rabbiorum deliria & somnia quâ astutiâ Christus Schemhamphorasch è templo abstulerit, & per illud tanta miracula, velut etiam Simon Magus, ediderit. Sed sapientes, qui noverant, semel tantum in septimnâ illud discipulis suis tradebant. Cæteroquin extra sanctuarium non licuit enunciare, nisi per Adonai, Cod. Kidduschin: *Respondit Deus; non sicut scribor, ita pronuncior. Scribor per Jothb He Vau He, nempe יהוה, sed pronuncior per Aleph Daleth i. e. יהי* c. 4. Cod. Pesachim: *Dixit Rabb*

Na-

*Nachman, filius Jitzchak: Non sicut mundus hic, ita mundus futurus erit: In mundo hoc scribitur nomen ejus per Jotb He, nempe יהוה, & legitur per Aleph Daleth nempe יהוה in mundo futuro erit unum idemq; scriptum & pronunciatum יהוה c. 3. Si quis verò enuntiasset aliter, scilicet ipsis quibus scribitur litteris, comburebatur, quod evenit R. Chāninan, filio Teradjon, cujus etiam uxor ad necem, filia ad lupanar propterea protrudebantur. Cod. Abhoda Sarah c. 1. quin & in futuro seculo condemnatus credebatur, decreto Abba Schaul: quicumq; protulerit nomen Tetragrammaton per litteras suas, vel secundum Scribaturam suam, non est ipsi pars in futuro seculo. ibid. Adde Schevuoth & Sanhedrin c. 11. Buxtorfium in Lex voc. יהוה.*

Sacrificabant ingruentibus tempestatibus. Marcellinus: *Dum Tertullus ap. Ostiam in eade sacrificat Castorum, tranquillitas mare molliuit.* 19. 2. Virg. 3. Aen. *Nigram hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.* Horat. 10. Epod. *Libidinosus immolabitur caper, Et agna tempestatibus.* Vid. Cic. 3. de N. D. Aristoph. in Ran. ejusq; Schol. Pro siccitate avertendā Judæi aquam libabant. R. Levi Ben Gersom 2. Sam. 23, 16. Ap. Ethnicos tales sacerdotes, qui à Jove aquam in siccitate petebant, *aquilices* dicti teste Tertull. advers. Martianum. *Dapsa*, *Juicias* ap. vett. genus, hieme

hieme faviente aut vere factum à Græcis *Θαψ*  
 dicitur|Cōf. quæ exPausaniâ refertHenr. Corn.  
 Agrippa de Occ. Ph. 1. 6. Germani Deo Thor  
 singulis hebdomadis quintâ feriâ, ut à tempe-  
 statibus, tonitru, fulmine, & grandine servaret  
 eos, sacrificabant referente Erico Olao hist.  
 Succ. 1. 1. unde dies ille Thorstag adpellatus est,  
 quem jam Donnerstag vocitant. Venerem  
 virgines venerabantur, ut ab eis furorem suum  
 averteret, teste Joh. Vatello. Facile inde intelli-  
 gitur Musæus in Leandro:

Αλλ' αἰεὶ κυδέσθαι ἱλασκομένη Ἀφροδίτην  
 Πολλάκι καὶ τ' ἔρωτα παρηγορέσκε θυλαῖς  
 Μητρὶ σὺν ἑραίνῃ Φλογερὴν τρομέεσσα Φαρέττην  
 Ἀλλ' ἔδλ' ὥς ἀλείνε περιπνέοντας οἰσῦς.

Hercules aliquando pro abigendis locustis in-  
 vocatus, indeque *κορονόπιος* dictus, notante  
 Casaubono. Sed *Herculis* aliàs *Sacrificium* prop-  
 verbialiter dicitur, cum quis munus, cui non  
 oportebat, sacrificat; de quo Hadr. Junius  
 cent. 2. ad 53. Achor pro fugandis muscis. Plin.  
 H. N. 18. 128. Hercules muscarum infestatus  
 multitudine Jovi immolavit *δοτμήω* quod e-  
 tiam Eleqs fecisse perhibet Cœlius. L. A.  
 22. 2. propterea ap. Judæos idolo cupiam  
 עֵל זָבֹוֹב nomen juxta quorundam sen-  
 tentiam est inditum. Vid. Vossii inst. gr. 1. 5. c. 5.  
 sect.

fect. 1. & de Idol. 4, 1. Gregori Gregori Franci  
 L.S. v. 166. Scaliger זכור — בער per contem-  
 tum factum putat ex זכור — בער dominus  
 sacrificiorum vel victimarum: quomodo ex  
*Bethel* domus dei, *Bethaven* domus vanitatis.  
 Ebraeorum monumenta Asmodæum esse vo-  
 lunt; ידוֹשֵׁן ap. Chaldaeos est אֲדַמְּסָא perdi-  
 dit; ut sit quasi Abaddo, quem Elias in Thisbē  
*Samaëlem* vocat, nomine proprio ejus diaboli,  
 qui primos parentes specie colubri cameli ma-  
 gnitudine decepit, de quo Rambam in More,  
 Neboch. 2, 31. Vid. Seld. de D. S. 2. 6. Refer huc  
 μύα γρον cuius meminit Girald synt. 1. pag. 45.  
 Et Herculem ἱερκτόγον, Apollinem μυοκτόνον  
 &c. de quibus Eustath. II. 4. Ubi terram se mo-  
 visse senserant, sacrificabāt, sed nulli certo Deo.  
 Agellius l. 2. c. 28. Somniorum minas à Prodigii-  
 ali Jove Diisq; *averruncis* i. e. malorum depul-  
 soribus deprecabantur qui alias ἀποτροπαῖοι,  
 ἀποτροπαῖοι, ἀλεξίκακοι, λύσοι, φύξιοι  
*Depellentes & depulsores* dicti. Et hoc proprie  
 erat *comprecari* i. e. molâ falsâ aut thure somni-  
 orum portenta expiare, veniamque exambire:  
 Evolv. Douz. Cent. 3. 9. Herald. advers. 2. 6.  
 Taubm. Plaut. M. G. 2. 4. Item Sueton. in  
 Galb. c. 18. Seneca Oct. 2. 1.

*Delubra & aras petere constitui sacras,*

*Casis*

*Cæsis litare victimâ Numen Deum.*

*Ut expientur noctû & somni mina.*

Lepidissime festivissimus Epigrammatista l. 7.

(ep. 54.

*Semper mane mihi de me mera somnia narras,*

*Qua moveant, animum sollicitentq; meum &c.*

*Consumsi salsaq; molas & thuri acervos,*

*decrevere greges, dum cadit agna frequens.*

*Non porcus, non corti aves, non ova supersunt :*

*Aut vigila aut dormi, Nasidæne, Tibi.*

Tibullus l. 5.

*Ipse procuravi, ne possent sava nocere*

*Somnia, ter salsa deveneranda mola.*

Idem 3. 4.

*At natum in curas hominum genus omnia noctû*

*farre pio placant & saliente sale.*

Ubi cum jam legissem omina, vidi idem ante me  
sensisse Guil. Canterum N. L. i. 8. quo in loco

Vir doctissimus farraginem exemplorum con-  
legit, quibus id clarare vult; læpius ap. aucto-

res typographorum inscitâ ac incuriâ *omina* in  
*omnia* inversum, quod in Virgilio ii, qui poste-

rioribus præfuerint exemplis, correxerint: Sed  
in quibusdam Spectatissimus ille Criticus in-

cautius incurrit. Prætereo enim quod exem-  
plaria aliqua ante seculum & quod excedit ex-

cusa in singulis illis (exceptis duobus *omnia nâ*  
*repetant* &c. & *digerit omnia Calchas*, 2. Aen. ubi

sensus planior est, quàm cum voce *omina*) quæ  
addu-



adducit, *omina* legant: etiam planè de viâ decedit, quando vers. Virg. Ecl. 8. ita restituere nititur: *Credimus? an qui amant ipsi sibi omnia fingunt.* Certè quotquot exemplariorum evolvi, cuncta ostendunt *somnia*, ut non faciat ad rem, si illic loci in *omina* transmutare velit, quia tantùm de voc. *omnia* ei sermo est. Deinde positior est sensus, & aptius *somnia* ad amantes quadrat, qui, ut loquitur Terentius, *etiam vigilantes somniant*: neque consentaneum est veritati Poëtam nobilissimum uno versu duos committere hiatus. Profectò Cantero illi multa Græcorū filii debent: sed in Latinis interpolandis imperiosior aliquantò videtur & adrogantior. Miror tamen lectionem hanc Canteri, etiam Cl. Vossio probari & placere l. 4. inst. or. c. 2. sect. 9 & ex hac quidem ratione, quia in Mss. ille repeterit. At enim vefò ad unum quidem Cod. scriptum Canterus provocat, qui tamen potior mihi non erit, quàm sensus sanior: Præterea unico illi oppono ego Romanum, Mediceum ac Oblongum Vellutelli (reticebo jam alios) qui omnes à nostrâ stant parte.

Ostenta autem non tam ipsa aut mala & incommoda *Ἐκδύσιμα* putârunt; (Symmachus, attentus Victimarius, & curiosus *βωμολάτης*: Impendiò, inquit, *angor animi,*  
*quòd*

quod sacrificiū multiplicibus nec dum Spoletinum piatur ostentum: Nam & Jovem vix propitiavit octava mactatio. l. i. ep. 49.) quā lapsus, noxas & reatus, ob quos crebrò illa sibi imminebant; quorum aliquos Arnobius profert: *Piaculi dicitur contracta esse commissio, si per imprudentia lapsum aut in verbo quispiam aut symphino deerravit; aut si cursu in solennibus ludis, curriculūq; divini: commissum omnes statim in religionē clamatis sacras, si ludius constitit aut tibi cen repente conticuit; aut si patrimus ille, qui vocitatur Puer, omisit per ignorantiam lorum aut terram tenere non potuit.* l. 4. advers. Gent. Jehova pro variis variorum peccatis hostias requirit. Lev. 4. 6. 7. Livius: Itaq; ut cades (quam nempe ἀγέῳ θυμῷ & victor Horatius in sororem commisit) manifesta, aliquot tamen piaculo lueretur, imperatum Patri, ut filium expiaret pecuniā publicā: is quibusdam piacularibus sacrificiū factū &c. Duo hīc præprimis nomina observanda, quibus Auctor Romanarum rerum plenissimus expiatoria sacra & eorum hostias signat. Alterum est *Piacula*, quæ Servius duo significare tradidit: Contaminationem, & Purgationem. Hoc sensu Horatius: *Teg; piacula nulla resolvens.* l. i. od. 28. Juv. *Tragica furtiva piacula cerva*, sat. 12. Inscriptio Romana: EX PERMISSV. COLLEGI. PONTIFIC. PIACVLO. FACTO. Plinius in paneg. *Non secus ac piaculum tractatur*

bebatur. Vid. Criticorum, si religionem excipias, acutissimus J. Lipsius in h. I. Spiegelius not. in Ll. XII. Tabb. Deinde *Piacularia* nuncupatur, ad quem modum victimæ *piaculares* vocantur. Plinius: *Vilissimo quoque quasi piaculare dato.* Adeatur Joh. Maria Catanaus in schol. l. 2. ep. 9. Idem: *Piaculares publice sollicitudinis victima.* In paneg. Confer Lipsium in h. I. Plauti Men. *piacularem fieri oportet.* Epid. 4. 3. Vid. Taubm. in not. & Gutherium de Jur. Pont. l. 4. t. 20. Planè etiam facio cum admirando infinitæ lectionis Polypo Lud. Cælio, qui *Postulationem* piaculare interpretatur sacrum ad Deorum iram averruncandam prodigio facto ostensam L. A. 10. 19. Quod nos oppido juvat ad Arnobii locum restituendum, qui est l. 4. advers. gent. *In carmonibus vestris rebusque divinis postulationibus, locus est & piaculi dicitur contractæ commissio, &c.* Non intelligo, quid hîc sit *postulationibus* nisi ad aliquem sensum detorqueas. Clarius Rom. Cod. *pollutionibus*, quod probat Elmenhorst. in not. Quid si hos ac rem tangeremus, & elisis illis infigeremus *postulationibus*? Quæ lectio est manifestissima. Græcis *piaculum* dicitur *καθαρὰς, καθάρσις, ἀγισμός, ἄγος, ὁσία, ἀφοσίωμα, φαρμακόν, τελετή, ἐξίλασμος, ἐξίλασις, ἱερὸν ἐναγες & ἐναγικόν;* Ebraeis *שׁוֹטֵף*, Chaldæis *ܫܘܬܝܦܐ*, Syris *ܫܘܬܝܦܐ*. Alias Ebraei distinguunt inter *שׁוֹטֵף* quod

quod LXX. ἀμαρτίαν vertunt, sacrificium pro peccato; & חטאת, juxta LXX. ὁλοκαυτωμένη, pro delicto: Differentiæ hujus explicationes multivarias constituunt, de quibus Bonfèrius in c. 4. Lev. Torniellus sub A.M. 2545. num. 22. Commodissima forte hæc, quando חטאת dicitur error per ignorantiam commissus; חטאת vero malitia ex electione & volenter patrata: quam laudat Ising coll. hist. quæst. 59. §. 4. Aliam alii divisionem faciunt inter חטאת iniquitates, i.e. peccata scienter & persulanter commissa: חטאת prævaricationes, i.e. defectiones à Deo; & חטאת peccata per ignorantiam commissa. Vid. eund. quæst. 60. §. 7. & Cod. Joma c. 3, §. 8. c. 4. §. 2. c. 6, §. 2. Erant etiam apud Ebræos ob idem peccatum diversa sacrificia, pro diversâ hominum sorte, קרבן עולה ויורד i.e. sacrificium adscendens & descendens i.e. majus & minus. Vid. Keretot. c. 2. Ab his sacrificiis olim porta quædam Romæ *piaculari* dicta. Fabric. Rom. c. 4. Et Jupiter ipse *Expiatorum, expiatorum* & *Catharsius* audivit.

Victimæ piaculares, si pro totâ obferrentur urbe, homines erant. Disquirebant enim, quem in eâ civitate reperire poterant turpissimum, illumque correptum ad locum constitutum

rum deducebant, caseum cum placentâ & ficus  
 siccos manibus gestantem, atque septies virgulis  
 agrestibus, vel, ut alii volunt, caprifico &  
 scillâ agresti, pudendis verberatum, lignis sil-  
 vestribus comburebant, cineremque in mare  
 projiciebant, his verbis: *Περίψημα ἡμῶν γενέσθαι*.  
 Unde homo is *περίψημα* dictus. Agrippa. 3. 59.  
 O. P. Sardus 3. 19. Suidas *semper publicis eo sine*  
*sumtibus nutritos perhibet, ut interitu suo urbes ex-*  
*piarent.* voc. *Φαρμακοί*. Serv. Massilienses cum  
 peste laborarent, unus se ex pauperibus obsecrat a-  
 lendum anno integro publicis & purioribus cibis, po-  
 stea verbenis vestibusque sacris ornatus circumduceba-  
 tur per urbem, cum execrationibus, ut in eum incide-  
 rent mala civitatis, & sic projiciebatur, ad l. 3. Aen.  
 Virg. Quem Scholiaſtam h. l. immeritò velli-  
 cat, Cl. Voſſius l. 5. c. 6. ſect. 1. inſt. Or. de quo  
 forte alibi. Fortean etiam ad talia certi Sacer-  
 dotes conſtituti? Q. Aſconius Pedianus, Ovi-  
 di cœvus, in orat. Cic. pro Mil. *Licinium quen-*  
*dam de plebe ſacriſicorum, qui ſolitus eſſet familias*  
*expurgare.* Ubi Fr. Hotomannus & Manutius  
 optimè legunt & diſtinguunt: *Licinium quen-*  
*dam de plebe, ſacriſiculum &c.* Piacula illa aliàs  
 Latinis erant *Sacri* i. e. diris devoti homines, in  
 quos omnium rejicerentur peccata. Diceban-  
 tur & *Februa*, quâ voce, teſte Plinio, indigita-  
 bantur omnia, quæ purgamenti cauſâ in ſacri-

ficiis adhibebantur: Ejus varias significationes Ovidius exponit 2. fast:

*Februa Romani dixerunt piacmina patres,*

*nunc quoq; dant verbo plurima signa fidem:*

*Pontifices à Rege petunt & Flamine Janas,*

*Quæ veterum lingvâ Februa nomen erat.*

*Quæq; capit licitor domibus purgamina certis*

*Turbida cum micâ farra, vocantur idem.*

*Nomen idem ramo; qui casus ab arbore pura*

*Castâ Sacerdotum tempora fronde tegit.*

*Ipse ego Flaminiam poscentem Februa vidi:*

*Februa poscenti pinea virga data est.*

*Deniq; quodcunq; est, quo corpora nostra piantur,*

*Hoc apud intonsos nomen habebat avos.*

Cavendum hîc denuò, ne cum inanissîmo Co-

mite in errorem trahamur, qui *animalem victi-*

*mam* (de quâ supra) interpretatur *piaculavem*.

myth. 1. 17. Græcis fuere *ῥαῖοι*, *Φαρμακοὶ*

*καθάρματα*, *περὶ ψήματα*, *ἀποτρύχαιοι*, *μυ-*

*αροὶ*, *ἐπάρατοι*, *ἀναθήματα*: de quibus fufus

Sol noster, cujus calori Musa mea vitam se de-

bere, pol! fatebitur, magnus DILHERRVS,

t. 1. disp. 22. §. 1. & t. 2. disp 15. pos. 7. *καθάρσα*,

sic Ammonius, *καὶ καθάρματα διγφίρει*, *κα-*

*θάρσα μὲν ὃ λέγονται* (forte λέγεται) *τὰ*

*ιερά καὶ τὰ ἄλλα, οἷς καθαίρονται* *καθάρ-*

*ματα ὃ, τὰ μὲν ὃ καθαρθῆναι ἀπὸ ῥιπόμενα.*

lib.

ἱβ. περί ὁμοίων καὶ ἀσφόρων λέξεων. VOC. καθάρσια. At Piatrices mulierculæ erant Sacerdotissæ, quæ infantes die lustrico expiare solebant. Vid. insignis litterator Calaubonus ad sat. 2. Persi, & ad Theophr. charact. Taubmannus in Pl. M. G. 3. 1.

III. denique præsentiam testimoniumque Deorum ἐκταίσις poscebant, Consulturi eos de futuris. Plinius *Aruspices consulam, quem sum frequenter expertus: Nec mora, sacrificium facie.* l. 2. ep. ult. Adde ejusd. paneg. & ibid. Lipsi notas. Aut Oracula per Vates. Vid. Virg. l. 3. & 6. Aen. Sibyll. l. 6. quæ hostiæ etiam *consultatoriæ & injuges* nuncupatæ sunt. Ubi dissolvebatur matrimonium inter virum & uxorem, sacrificium *diffarreatio* dictum fiebat. Festus. Antequam juramentum præstaretur, victimæ cæssæ, quæ, si minores erant, in mare abjiciebantur; si majores, ab eâ Dii hominesque arcebantur, habebanturque extæ earum execranda, ut ne ipsis καλακρέταις, ac per consequens Sacerdotibus, comedenda illa adponerentur. Heinf. erp. p. 9. Maximè tamen in fœderibus pangendis testes Dii invocabantur. Tacitus: *Simul in lucum propinquum trahit, provisum illuc sacrificium imperatum dicitans, ut Diis testibus pax firmaretur.* l. 12. ann. Mactabatur ibi porca, animal fœdum, quod fœderi nomen indidisse vi-

detur. In denario quodam, cujus inscribitur  
ITALIA, est in medio militum foedus ferientium  
Vir incisus, qui porcam sustinet: Ejus meminit  
F. Ursinus in l. 2. Cic. de inv. Virgilius de  
foederis pactione l. 12. Aen.

— — — *Puraq; in veste Sacerdos*

*Setigeri foetum sauianton samq; bidentem*

*Attulit; admovitq; pecus flagrantibus aru.*

Alii his Codd. melius *Setigera*, quam lectionem non rejicit doctissimus Pulmannus. Idem  
8. Aen. *Stabant, & casâ jungebant foedera porcâ.*  
ServI scholias in h. l. Inclutus Orator & Philologus Vossius optime proscindit; quod nescio unde seductus contra Virgilium Porcum adhibitum statuat, non Porcam l. 1. inst. rhet. cap. 9. sect. 11. sed injuriâ eum simul maculat summâ, quando addit, ex quam id fecerit causâ: Non inquit, meminit, *campse Porci vocem etiam dici de foeminâ; unde & ap. Tullium l. 2. de LL. est Porco foeminâ piaculum dare.* Imò v. omnino illo ipso loco meminit h. v. *Ergo aut usurpavit genus pro genere, ut: Timidi venient ad potula dama; cum has damas dicamus: Item supra lupam, cum artu sit hic & haec lupus.* Pater patratus illam cum dicto: ut, sicut ille porcam lapide, ita Jupiter foedifragum feriret, saxo percutiebat, ansam interim proverbio præbens: *Inter sacrum & saxum stare:* nomenque ut alii volunt, foederis indens, quod porca *foetis* & crudeliter occideretur. Servius



I. e. Ex eo planè manifestatur ratio phrasium: *ferire, icere, percutere fœdus*, τὰ μὲν ὄρατα, item כרת ברית; à percussione nempe porcæ ad sacrificium fœderis. Vid. Castro ad Jerem. 31. 31. Nonnulli hinc haut malè Ebraicam vocem כרת quæ fœdus significat, à כרת i. e. cadendo deducunt: Nam & in populo Sancto fœdera sacrificio stabilita; quod ex V. T. historiâ passim perspicere est: Transibantq; fœdus facientes inter divisiones hostiæ, quasi dicerent: Ita secemur, si pactum violabimus. Em. Sâ ad Gen. 17. 17.

Quod si ritè sacrificassent, & quæ petiissent, dextro Hercule adquisivissent, *litare* se & *impetrare* dicebant. Vnde illud Martialis intelligitur: *Non quacunq; manu victima casa litat.* l. 10. e. pigr. 73. Hadr. Jun. *Litare est propriè propitiato Numine voti sui compotem fieri.* cent. 1. adag. 51. cùm *sacrificare* tantum quavis de causâ victimam fuerit exhibere, teste Sulpitio: & à Vallâ rectè *litatio impetrabile sacrificium* exponitur. Conferantur Chytræus not. ad Buchan. Psal. 4. & Vir, si quisquâ, de re litterariâ benè meritus, Auf. Popma l. 3. de diff. diœt. item Stuckius p. 152. 153. Eat igitur, & à Nonio deceptum se conqueratur Catanæus, qui scholiis suis hæc illius verba infarcit: *Sacrificare est veniam petere; litare, propitiare, votum impetrare.* in paneg. Plin.

Manifestè adsignaretur hoc modo. veniam petentibus solis tanquam proprium τὸ *Sacrificare*, quod tamen generale sacrificiarum verbum est, nec solum illis, sed & omnibus ἱερωσὶ competit. Limandus ergo Nonius ex Popma, qui *Sacrificare* describit esse *obferre sacrum & veniam poscere*. Vid. Macrobi. saturn. 3. 5. Turneb. 18. 20. advers. Idem Popma τὸ *Licare* à *luo* deducere nititur l. c. de diff. verb. quod alii verisimilius ἀπὸ *λατῶν*, quæ vox significat preces; & ap. Homerum 1. *Iliad.* Deas supplicationum præfides, quas h. v. Poëta depingit:

καὶ γὰρ τε λῖται εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο  
χολαῖτε ῥυσαῖτε, παρὰ βλάπτειτ' ὄφθαλμοι.

#### CAP. IV.

**S**acrificia Stata: Omnia ad superiorem divisionem pertinent: Diffexunt à fortuitis: Eorum varia nomina. Feriarum etymon. Ferie à quo, ubi, & quomodo indictæ? Sacerdotum curie: Festis statis feriabantur omnia: Illa sunt multiplicia. Solemnia sacrificia quid? Solitaurilia (suo vitaurilia) per Censores agitata: Illorum etyma. Asc. Peditanus vetustissimus scribe. Βῆς πενδά-  
οι. Ebraeorum sacrificia solemnia. Αἱ  
νηορῶν

*modorum sacrificiorum synonyma & descri-  
 tio. Dies יום יום פ' quis? Omnia totius  
 anni festa per singulos menses congesta,  
 ubi hinc inde varia variorum Calendaria  
 Romana sibi opponuntur; aut alia ex aliis  
 emendantur. Januarius I nomen unde? Ca-  
 lendarius Mazoch I ab antiquitate com-  
 mendatur. Singuli menses Dies certis sacri-  
 Idulis. Februarius I nominis ratio. Februarius  
 inferis attributus, cur? Matronalia cur  
 Junoni? Calende Martie anni ap. vete-  
 res initium. Mundus in signo ♀ creatus.  
 Beroaldi & aliorum errores. Ritus cu-  
 jusdam bodiorni origo aperitur. Majum  
 quid? Ab eo bodiornus quidā ritus durat.  
 Junius ex αἰὼν βαίων dictus, quare? Junio  
 anni ap. Athenienses initium. Sol Hecatomb-  
 ens. Aedium mutationes ap. vett. quan-  
 do? Pauli Manii I interpretatio repudiata.  
 פסח. Ebraeorum festa omnia recensita:  
 Eorum jejunia: Luna sacrificia quando?  
 בֵּסֵס בִּדְעֻמָּה. Natalibus diebus sacrificia-  
 tum, & cui? ac quomodo? Versus Virgi-  
 lianus explanatur. Casanboni, Censorini,  
 Alexandri ab Alex. & aliorum plurimo-  
 rum*

*rum lapsus notabiles. Lambinus leviter tangitur. Die natali aliquando victima immolata. Diei tempus superum sacrificiis aptum matutinum; & quare? Inferum vespertinum. Manis sive Manus: Manes. Nocturna quedam sacra lege vetita. Mysteria cur noctu? Noctis vocabulum in sacrificiis male ominatum.*

**H**Æc, quæ in superioribus capitibus, ut nervum divisioni darent, adducta sunt *Stata*, pleraq; omnia incertorum dierum, privatarum familiarum, & fortuita fuere. Judicabis jam facile, quò singula Stata conlocanda sint, utpote ob malum averruncandum & bonum consequendum, vel in gratam DEI cujusdam memoriam, aut facti laudabilis, aut boni accepti, aut aversi mali celebrata. In his ritus faciendi invenimus certos, generales, & passim communes: at in illis familia quælibet propriis aliquibus utebatur, ut docet Oldendorp. in Ll. XII. Tab. l. ult. cap. de templis & lucis, tit. de Religione. Illa ex accidenti veniebant, nec constituto anni tempore: horum autem dies erant certi, *Stati*, ac *Statuti*; dicti aliàs *dies sacri, consecrati, sancti, religiosi, festi, feriat*; item *Festa*

*Festa, ac Ferie, quod nomen à ferendis epulis, vel à victimis feriendis. Festus. Græcè ἐορταὶ & ἐορτασμοί: Ebr. חַג & מוֹעֵד.*

Proclamabantur Ferie & Sacrificia Publica, denunciabanturque una cum mensium initiis, ac progressibus, convocato populo à Rege Sacrorum sive etiam Pontifice ininori, & prætoribus, in Curia Calabrâ in Palatino monte (conveniebant enim Sacerdotes in tribus Curiis; Calabrâ, Romuli seu Vetere, & Saliorum, quæ Auguribus dicata fuit. Confer Fabric. Rom. c. 13.) tali formulâ, qualis est ap. Arnobium: *Lavatio Deum matris est hodie, Jovis epulum cras est; Aesculapi geritur celebraturq; vindemia; Lectisterium Cereris est Idibus &c.* Talibusque festis omnia feriata erant, de quo Tibullus l. 2. el. 1.

*Luce sacrâ requiescat humus, requiescat arator;*

*Et grave suspensio vomere cesset opus.*

*Solvite vincla jugis: nunc ad præsepia debent*

*Plena coronato stare boves capite;*

*Omnia sint operata Deo: non audeat ulla*

*Lanificam pensis imposuisse manum.*

Neq; omnia unius diei, sed quædam plurium; neque universis hominibus fuere communia, sed mulieribus ac Viris, pueris ac senibus, servis & liberis, stultis, pastoribus &c. singulis alia atque alia adsignata: quæ uberri-  
mè pertractat Stuck. f. 10. 11. 12. & Giraldus  
syn.

synt. 17. Nostrarum. hic loci partium erit; intentâ diribitione *solennia* sacrificia ab annis sedulo fecerere.

Sacrificia Stata *solennia* certis anni atque temporibus fiebant, teste Festo; veluti *Solita aurilia* completo lustro i.e. Quinquennali tempore; ubi omnes Centuriæ & Equites, in campum Martium convocati, sue, ove, tauro, lustrabantur. Clarat hæc nobis Dionys. Halicarn. Tunc Tullius, inquit, *censu perfecto, cum jussisset omnes cives cum armis adesse in campo, omnium, qui sunt ante urbem, maximo, & equites in turmas digessisset, & pedites in acie conlocasset, & milites levi armatura in suis quosq. ordinibus, illos lustravit tauro, ariete, & birco.* l. 4. antiquit. Rom. Idem prodit Livius, nisi quod addat: *Exercitum omnem suovitautilibus lustravit, idq. conditum lustrum adpellatum.* dec. 1. l. 1. Duo hic notari velim: Alterum, *suovitautilia*, nomen Sacrificii; alterum, quod à Censoribus factum. Utrumque comprehendit antiquissimus (vixit enim, & claruit ante Josephum; Tacitum, Plinium, Florum, Suetonium, Plutarchum, Justinum, Laërtium, Gellium, & alios. vid. Voss. de hist. Lat. 1. 27. ed. post.) Ciceronis Commentator Q. Asconius Pedianus Patavinus: *Censores completo quinquennio urbem lustrabant, & Solita aurilia (al. Suovitautilia) sacrificia de sue, ove, tauro, faciebant, comm.* in l. de divinat. Festus hanc nominis rationem reddit:

redditi: Solitaurilia hostiarum trium diversæ generis immolationem significant, tauri, arietis, verris; quod omnes ea solidi integriq; sint corporis: quia solum vel solum Osee totum significant. Cl. Vossius vocem *Solitaurilia* rejicit: (quæ tamen & in fragmentis inscriptionum fratrum Arvalium extat apud Gruterum, p. 121. 1.) recipiens *solitaurilia*, ut veri similiorem; l. 4. l. Or. c. 1. sect. 8. Hujusmodi Sacrificii imaginē adhuc hodie Romæ in columnâ Trajani marmoreâ medio foro erectâ conspici perhibet Stuck. f. 44. Et depinxit Choullius lib. de la religion des anciens Romains p. 326. Pertinet etiâ huc *βῆς προσάσθ*, de quo Homerus. Ebræorum duo erant festa solemnia, quibus sacrificabant: Alterum, *שבת* i. e. Sabbaticum, singulis septem annis: Alterum *שנה ה' ה' ה'* Jobelæorum, singulis septies septem annis.

Annua siue anniverfaria sacrificia ἀμφιεργείdes, vel *ἑτήσια ἐργασια*, omnibus & singulis annis peragebantur: Erantque alia verna, alia æstiva, alia autumnalia, quædam hiemalia; Iterum alia menstrua &c. In Abhoda Sarah commemorantur hæc Ethnicorum festa: *קלנדא וסטורנליא וקרטוים ויום גנוסיא ש' מלכים ויום ה' ה' ה' סטורא* i. e. *Calenda, Saturnalia, inaug-*  
augu-

*inauguralis Kartisim dies, natalis regum, magister a-*  
*zum natalis, & dies emortuali.* Ambigitur, quis ille  
 קרטיסִים dies? Gemara ait esse **ינד** diem **בר**  
**מלכור** **רומי** **סדעטו** *quâ Roma regnum*  
*accepit*: quod ibidem Rabb Joseph bis accidisse  
 ait, Cleopatraz & Augusti temporibus. Dionys.  
 Vossius cum *enriati comitiis* congruere ait, vel  
 conijcis esse *ἀπαρ* **נולד** *græ-*  
*co γενεή* i. e. natalitiôrum dies. Longius  
 hæc excurrerent, & disturbato agmine lecto-  
 rem tædio mactarent. Producemus ergo singu-  
 lorum totius anni mensium *ieqà* ordine, *ὁδῶν*  
*yois* Calendariis Romanis, quotquot à nobis  
 conquiri potuerunt.

JANVARI *Calendū* Jani festum, Jovis, Ju-  
 nonis, Aesculapi. De Jano etiam Prudentius  
 l. i. contra Symm. Vopisc. in Tac. c. 9. Ovid. l. i.  
 fast. Martial. l. 8. epigr. 7. Ille totius Anni præ-  
 fes mensi huic nomen dedit. Cur autem Janu-  
 ario anni novi initium? vid. Plut. quæst. 19.  
 Jovi & Junoni singuli Menses fuere sacri, do-  
 cente Plutarcho probl. 76. Adde notas Boxhor-  
 ni. Fiebant autem Junoni in Samo, ubi illa fra-  
 tri nubsit, sacra anniversaria nubtiarum ritu.  
 Donatus in Andr. Ter. Luculentam ejus men-  
 tionem facit Calendarium Mazochi; sed an ad  
 Calendas pertineat, ex seqq. mensibus colli-  
 gere nequeo; ubi in singulis hoc ordine pergit,  
 ut



ut primo loco dierum mensis colligat summam  
dein numerum Non. ponat, inde horarum  
cum diei tum noctis, mox Δωδεκατημόριον  
recenseat; Postea DEI cujuspiam denoret tu-  
selam. Exempli gr.



*MENSIS*

*Januar.*

*Dies XXXI.*

*Non. Quint.*

*Dies horarum*

*VIIIIS.*

*Nox horarum*

*XIIIIS.*

*Sol Capricorno*

*Tutela Junonis &c.*

Assignat, ut vides, Capricornum Januario,  
præter reliquorum opinionem, & sic in cæte-  
ris pergit: ubi etiam observandæ Signorum  
formæ & picturæ, ab iis, quas nostri tradunt A-  
strologi, alienissimæ; præsertim Aquari, Can-  
cri, Virginis, Lebræ, & Sagittari. Verbo: Pe-  
nitissimam Calendaria illa redolent antiquita-  
tem;

tem; & extant Romæ duobus in locis: In domo Vallarum, quæ est in Circo Flaminio; & in hortulo Angeli Colatii, qui est domui ipsius contiguus in Campo Martio. Adimit tandem nobis omnem scrupulum inscriptio vetustissima, quæ neutrquam hic omittenda, cum singulos deos recenscat, quibus singuli menses erant sacрати:

## TVTELA MENSIVM

JANVARI.

FEBRVARI.

MARTII.

APRILIS.

MAI.

JUNI.

JULI.

AVGVSTI.

SEPTEMBRIS.

OCTOBRIS.

NOVEMBRIS.

DECEMBRIS.

JVNO

NEPTVNVS.

MINERVA

VENVS.

APOLLO.

MERCVRIVS.

JVPITER.

CERES.

VOLCANVS

MARS.

DIANA.

VESTA.

Stuckius Laribus quoq; Calendis, Idibus, Nōnis, cūm festus dies erat, sacrificatum ait. f. 54. *III. Non.* Tertia mensis cujusq; Minervæ sacra. Votum item pro salute Principis. *Nonas* omnes Jovi sacras Stuck. refert. f. 13. *VIII. Idus.* Octavus cujusq; mensis dies Neptuno sacer erat apud

apud Athenienses. VII Id. De eo nihil reperio in Calendariis, verum in Lapide aliquo Narbonensi: VII. QVOQVE. IDVS. JANVARIAS. QVA. DIE. PRIMVM. IMPERIVM. ORBIS. TERRARUM. AVSPICATUS. EST. THVRE. VINO. SVPLICENT. VI Id. Sacrificium Jani. V Id. Agonalia. III Id. Carmentalia i. e. Festum Carmentis; itemque Juturnæ. Prid. Id. Compitalia. Idus, Jovi: Macrobius scribit Idibus singulis à Flamine ovem mactatam, quæ Idulis dicta. l. i. Sat. Eod. die tibicines habitu muliebri urbem lustrabant. XVIII Cal. Febr. Camentalia relata; necnon festum Porrimæ ac Postvertæ. XVII, Festum Concordiæ. IX, Sementinæ feriæ. VI, Festum Castoris & Pollucis. IV, Equiria. III, Festum Pacis. Prid. Cal. Sacr. Deis Penatibus, qui *Patrii* & *Urbani* dicuntur. Januario etiam Baccho torcularium præsidii sacrificium edocet Casaubonus exerc. 13. sect. 21.

FEBRUARI *Calenda.* (Non est autem opus, in singulis mensibus addere, quæ supra de omnibus Mensibus, Calendis, III Non, Nonis, & VIII Id. denotata sunt; Lectorem meum, ubiq; illa ipse repetat, seriò submoneo) Circa eas Heinſius ex Giraldo in hunc modum: *Sospita templi dic. Lucaria ab Asyli loco. Item Jovi Sacra de bidente. Diana sacra fiebant, à cervis elaphobolia nuncupata.* Nescio tamen an impegerrint Philologi exquisitissimi, & unico die aberraverint, cum illis obgerere possimus fragmen-

tum Calendarii, inventi Romæ sub Capitolii  
 ruinis à Thamyrâ, quod expresse: *III No. Fe-*  
*stum Janonis & Sospitæ, Sacrificium Cap. Jovi. Lu-*  
*cus Avernus celebratur. Idibus Festum Jovis &*  
*Fauni. XV Cal. Mart. Lupercalia, sive festum*  
*Fauni Luperci. XII, Quirinalia* (quæ tamen Car.  
 SigonI Calendarium in XIII. rejicit) Festum  
 Stultorum, Fornacalium indictio, Feralia Deo-  
 rum Manium (quæ ap. Sigonium IX Calend.  
 leguntur) sive Parentalia, quibus Februo Ditis  
 Patri sacrificabant, à quo Mensis nominatur.  
 Vid. Ovid. 2. fast. et Serv. ad 1. Georg. Exin-  
 de Parrhasius in epistolis ostendit, inferis Fe-  
 bruarium, Januarium superis attributum: Et  
 vellem demonstraret Vir quidam percelebris,  
 Januario Parentalia celebrata fuisse. Quare  
 autem Parentalia Februario mense celebrata?  
 vide causam ap. Plutarchum probl. 19, & 34.  
 XI, Deæ mutæ. X, Charistia. quod tamen fe-  
 stum in fragmêto cit. Rom. d. XI extat. IX, Ter-  
 minalia. Sigon. VI, Fragm. Rom. X. III, Equiria.

MARTIIS *Calendii Martis festum: Sacra*  
*Deæ Munychiæ: Salii ancilia circumferebant:*  
*Ignes aris Vestalibus accensi. Solinus c. 2. Na-*  
*talis Junonis Lucinæ, in cujus honorem tum*  
*Matronalia transacta, ut nempe annus ab ex-*  
*ordio totus felix faustusque eveniret, & in par-*  
*tu, & amore conjugali. Tibull. el. 1. l. 3. el. 2,*  
*l. 4. C rucquius ad Hor. od. 8. l. 3. Servius ad 8.*  
 Aen.

**Æp.** Veteres enim Calend. Mart. annum auspiciati sunt; Beroaldus schol. in Suet. Tib. plurimiq; mundum in signo V creatum credidere. Vid. Coel. Rhod. 1. 8. Hermannum dec. 1. quæst. inlustr. 1. *Prid. Non.* Festum Vestæ. *Non.* Festum Junonis. *Prid. Id.* Equiria altera apud Tiberim, vel, si aquis increverit, in Cœlio monte. *Id.* Annæ Perennæ festum. *XVI Calend. April.* Liberalia & Agonia. *XIV.* Quinquatria Minervæ natalis. *XIII.* Alter. *Quinquatrium* dies. *XII.* Quinquatr. *XI.* Quinquatr. *X.* Quinquatr. *Tubilustrum.* *IX.* Festum Deæ fortis. i.e. Vestæ. *Hilaria,* matris Deûm festa; quæ Beroaldus, Giraldus, & Heinsius ad VIII. Cal. April. referunt: alij, ut, Interpretes Suetoni, ad d. VI. Calend. Utrumque falsum: & hos quidem Ammianus sedaxit, velut Lipsius Magnus autumat, quem omnino ad cent. misc. epist. 75. Hilaribus hisce (quæ per aliquot traducta dies) Beroaldus etiam Dei Risus festum immiscet, tanquam hilaritatis præsidis, quod variis ludicris deceptiunculis ad risum excitandum peragebatur. Vid. omnino Apul. 1. 2. & 3. A. A. tanquam tunc cuncta hilaritate mulceantur, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. Unde consuetudinem illam profluxisse penitus suspicor, quâ ap. nos Calend. Aprilibus quisque, quem joculari astutiâ supplantare potest, supplantat. Germani mei dicunt

cunt: Es ist der erste April/ da man einen jeden Narren hinschafft wohin man will. VIII, Sacrificium Jani & Concordiæ, Salutis & Pacis. Ita fragm. Calend. Rom. Sed Heinſius & Giraldus ad d. III Cal. April. trahunt; forte non malè. V, Megaleſia. Prid. Feſtum Lunæ & Dianæ in Aventino.

APRILIBUS *Calend.* Sacrum Veneris & Fortunæ virilis. Aprilis quare Veneri ſacer? quærit atq; edocet Boethius ad Plut. probl. 85. Tergelia ſacra Apollinis & Dianæ. Non. Megaleſia Cybeli Matri Deûm. VIII Id. Pub. Fortunæ feſtum in colle Quirinali. V Id. Cerealia, quæ tamen in Sigonl Calendario prid. Id. viſuntur. Idus, Jovi victori & Libertati. XVII Cal. Maji, Fordicidia. XIV, Equiria, quæ iterum ap. Sigonium ad d. XIII. XIII, Cerealia. XII. Natalis urbis Romæ. XI, Agonalia altera. Palilia, quæ ſunt in fragm. Cal. cit. d. XII. IX, Vinalia priora Jovi & Veneri. Fragm. Cal. Rom: X. K. Vinalia. *Translatio Veneri.* Facit tamen cum priori Cal. Sigonl, in quo cùm antea legeretur VIN. ita ego corri-  
go: A. VEN. NP. VINALIA. & expono: *Veneri, Neſaſtus Primò. Vinalia.* A autem eſt inter litteras quibus dies denotantur. VII, Robigalia: ubi iterum Sigonl Calend. corruptum ſuſpico. Fragm. Rom. Cal. ponit ad d. III Feſtum Rubiginis. VI, Latinæ feriæ. IV, Floralia. Diſſentit fragm. cit. quod Prid. Cal. Feſtum Floræ, Phœ-  
bi

bi. *Prid. Cal.* Vestæ Palatinæ, Laurentalia. Agebantur etiam hoc mense Veneri ἀπατέρια: Quorum 1. dies δόρπια dicta, 2. ἀνάρρυσκ, 3. κερειῶνις, 4. Ἰπίβδα. Alii in Julium, quidam in Octobr. locant.

MAJI *Calendū*, festum Larium, Bonæ Deæ; Umbraculorum, dictum σκίρα. VI Non. Tacent Heinſius & Giralduſ; Sigoniuſ: *Compitalia*. *Fragm. Rom. Sacrificia ſunt de ariſtū VII Idm.* Lemuria: Luminaria V Id. Lemuria. IV Id. Martiſ Ultoriſ. III Id. Lemuria. *Prid. Id.* Marti Inviſto. Id. Feretrio Jovi, Mercurio. Sed Sigoni *Calend.* habent die ſequenti: MER. MAJÆ. Heinſiuſ XV Cal. Jun. Mercatorum dieſ feſtuſ, Mercuri nataliſ; Jovi Fer. XII Cal. Jun. Agonalia Jani. In *Fragm. Rom.* viſuntur die præced. Vejovi. X, (*fragm. cit. XI*) Vulcanalia. Vulcanaliſ flamen Majæ facit. Tubiluſtrium. VII (al. IX) Sacrificiuſ pro fugâ Regiſ Tarq. Superbi. VI, (al. VIII) Feſtuſ pub. Fortunæ. Hoc quoque Menſe, Majumæ ſolemnitas conſecta, ab εὐκταίῳ ortum habentiſ. De eo feſto clare præ coæſcripſit Suidas: Πανήγυριſ ἐγένετο ἐν τῇ ρώμῃ κατὰ τὸν Μαΐον μῆνα, τὴν παράλιον καταλαμβάνοντεſ πόλιν τὴν λεγομένην Οΐαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆſ πόλεωſ τελόντεſ ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο ἐν τοῖſ θαλαττοῖſ ὕδαſιν ἀλλήλεſ

ἐμβάλλοντες. Vid. Lipf. ad. l. ii. ann. Tac. De-  
 miror ritum hunc adhuc nobis servatum; id  
 quod ante me, ut video, adnotârunt Philologiæ  
 miracula, Alciatus parerg. 5. 5. Pancirollus V. L.  
 2. 253. Meursius gloss. Græco-barb. voc. *Μαῦ-  
 μάς*. Si quis ultimo conventui Principium in  
 florentissimâ Noribergâ adfuit, vidit procul  
 dubio mensem circiter Majum certamen tale  
 navale ludicrum, inter turbas piscatorias, ante-  
 hac hoc anni tempore frequenter ibi agitarum.  
 Populares das *Fischerstechen* adpellitant. Va-  
 riant tamen mirum in modum de ratione festi  
 Majumæ. Tu sententias omnes collectas inve-  
 nies ap. Magnum Dilherrum, Virum, ædepol!  
 incomparabilem, t. 2. disp. 6. ex. i. & Andr.  
 Rivinum in dissert. peculiari. Extat & in Cod.  
 Jur. Civ. integer de hoc festo titulus, quem in-  
 venies lib. XI, tit. XLV. Adde Giraldum synt.  
 17. pag. 477.

Junl *Calenda*, Junoni Monetæ, Carnæ Dez,  
 Marti. Hæc altero die ap. Sigonium legere est.  
 III Non. (Fragm. Cal. Rom. prid.) Bellonæ. Prid.  
 Non. Dio Fidio *Semipatri* (An. leg. *Semo patri*?)  
 Alii hoc sacrum Nonis ponunt. Non, Sponsori  
 Jovi. Fidei. VII Id. Menti. Sigonius VI Id.  
 Multi hoc die Piscatorios constituunt ludos. VI,  
 Vestæ. Alii plerique d. V. IV, Matralia. Ma-  
 tris Matutæ: Festum Fortis fortunæ & Con-  
 cordiæ



cordia. *Id.* Jovis invicti. Quinquatria Minervæ. XIII *Cal. Jul.*, (al. XIV) Minervæ in Aventino. XII (al. XIII,) Summani sacrum ad Circum Max. VIII, Forti fortunæ. V, Jovi Statuari & Laribus. *Prid.* Herculis & Musarum. Quirinalia, quæ alii in præcedent. d. rescribunt. Atheniensibus Junus sive *Ἥρα* dicebatur *ἑκατομβάων*, quod plurima eo fierent Hecatombæ. Suid. *Cœl. Rhod. A. L.* 20. 5. vel quod Annus Junio initium ceperit ap. Athenienses, quibus Sol Hecatombæus nominatur. Hein- sius.

*Jul. Calend.* migrationes ex ædibus in alienas ædes fiebant, ut hoc tempore festo D. Michaëlis: sed supra hoc non sine sacrificiis factum memoravimus, quæ tamen non ad Stata, sed fortuita pertinent. Non. Ancillarum festum. Junon. Caprotinæ; unde hæ Nonæ Caprotinæ dictæ. *Prid.* Id. Fortunæ Muliebri. Idus, Castori & Polluci. XIV *Cal. Aug.* Lucaria. XIII, Victoriæ Cæsaris. XII, Lucaria. X, (al. V) Neptunalia. VIII, Furinalia. Rutilæ canes caniculæ sacrificabantur.

AUGUSTI *Cal.* Spei ad forum holitorium. Boëdromia celebritas. IV. Non. Sigon. I *Calend.* FER. HOC DIE C. CÆSAR HISP. VICIT. Paulus Manutius exponit: *Feralia hoc die. Cæsar Hispaniam vicit.* Malum interpretem h. l. e-

git Vir Optimus; nos forte probiorem efficiet  
 fragmentum lapidis, quod in domo viri nobi-  
 lis Lælii Vallæ extitit, III N. Ferie, quod hoc die  
 Imp. Caesar Hiss. cit. vicit. Non. Saluti in colle  
 Quirin. VI Id. Solis indigetis in colle Quirin.  
 IV Id. Aræ, Opis, & Cereris in vico Jugario.  
 III Id. (fragm. Vallæ: prid. Id.) Herculi magnæ  
 Custodi in Circ. Flam. Id. Dianæ in Avent.  
 Vertumno in Loreto majore. Dies festus ser-  
 vorum & ancillarum. XVI Cal. Sept. Portuna-  
 lia ad pontem Aemyl. Jano ad theat. Marcelli.  
 XIV, Vinalia. Veneri ad Circum Max. XIII, Vi-  
 nalia secunda. XII, Mysteria magna. Conso in  
 Aventino sacrif. quod Heins. & Girald. in XV,  
 transtulêre. X, Vulcano in circ. Flam. Hunc  
 diem ex fragmento lapidis Romæ reperto, in-  
 ciso mensi Aug. Catanæus ostēdit: C. X. VOL-  
 CAN. NP. VOLCANO. IN. CIRCO. FLAM.  
 Dilucidum quoq; Fabrici fragm: ET. UT,  
 PRÆTOR. CUI. HÆC. REGIO. SORTI.  
 OBVENERIT. LITATVRVM. SE. SCIAT.  
 ALIVSVE. QVIS. MAGISTRATVS. VOL-  
 CANALIB. X. K. SEPT. OMNIBVS. AN-  
 NIS. VITRVLOROBIO. (An leg. VITV-  
 LO RVBEO?) ET. VERRE. IIX, Opicon-  
 siva in Capitolio. VI, Vulturinalia, Vertu-  
 mnalia. V, Harpocratis festum. Hoc die ara Vi-  
 ctoriz in Curia dedicata est. IV, Vulcanalia.  
 Sigonius d. VI.

SEP.

**SEPTEMBRIS** *Cal.* Mæmactes Jupiter. Feriæ Neptuni. *Prid. Non.* Ludi Romani per totum ferè mensem. *XVI Cal. Octobr.* Parentatio eorum, qui contra Persas pugnando occubuerunt. *XIII,* Thoth i. e. Mercurio Aegyptii sacrificant. *VII, Veneri. prid. Cal. Octobr.* Epulum Minervæ. Meditrinalia, quo die primum mustum bibebant.

**OCTOBRIS** *Cal.* Marti. Pyanepsia. *VIII Id.* Panopsia Apollini. *VI.* Osciophoria i. e. Ramalia. *V.* Hoc demum die in Sigon *I Cal.* Meditrinalia contra Heinsum & Giraldum reperiuntur. *IV,* Augustalia. *III,* Fontanalia. *Idibus,* Mercurio Mercatores. October equus Marti immolatur. *XIV, Cal. Novembr.* Armilustrum. *XI,* Chalcea Minervæ, vel juxta alios, Vulcani. *V,* Mysteria minora. *IV,* Sacrum Liberi. Feriæ Vertumni.

**NOVEMBRIS** *Cal.* Jovis epulum. *IV Idus,* Limna Baccho. Hoc etiam mense Anthesteria sive Bacchanalia Celebrata. *Prid. Id.* Choës *Id.* Pirhœgia. *XVIII. Cal. Decembr.* Chytra. *VIII,* Brumalia. Fiebant hoc mense inferiæ Gallis defossis, & Græcis in foro boario.

**DECEMBRIS** *Cal.* Fortunæ Muliebri. *Non.* Faunalia. *III Id.* Agonalia. *XIX Cal. Jan.* Brumalia, Ambrosia. *XVIII,* Consualia. *XVI,* Saturnalia. Sigillaria. *XIV.* Opalia *XII,* Angeronalia Plinius H. N. 3. 5. Divalia. Herculi & Cereri de

mulso). XI, Feriæ Laribus dicatæ. Compitalia.  
X, Feriæ Jovis. Larentinalia. IX, Juvenalis  
dies. Erat autem December etiam Neptuno  
sacer.

Habes hîc, Lector, velut in brevi tabellâ,  
singula festa & sacrificia Stata anniversaria,  
præcipuè Romanorum. Ebraei quotidie mane  
& vesperi sacrificabant, quod dicebatur  
קרבן מנחה, sacrificium jurgæ; aliàs  
עלת המיר, LXX. Interpretibus ἱστορία ἐν-  
δελεχισμῶν, *adfiduitatū*: Josepho antiq. 3, 10.  
καθημερινή; Philoni de victt. ἐνδελέχεια.  
Vid. Suidas, voc. ἐνδελεχισμός. Et vir in sci-  
entiarum genere paulò eruditior & φιλοκατέργω  
(Philologiam & linguarum cognitionem pu-  
ro) fulgentissimus atque primi nominis, Joh.  
Frischmuth, cujus firmissimam in me benevo-  
lentiam sanctè adoro, diss. de Sacrif. c. 1. §. 8.  
Add. Ising. coll. hist. quæst. 59. §. 3. Immola-  
bant & septimo cujusque hebdomadis die, qui  
Sabbatum; & primo singulorum mensium die,  
qui *Neomenia* dicebatur. Cæterum annua eo-  
rum sacrificia dividuntur in ea, quæ ante capti-  
vitatem Babylonicam; & ea, quæ post illam  
coepere. Illorum I erat פסח Pascha, die 14.  
Mensis Nisan. II, שבועות Pentecoste, d. 6.  
mens. Sivan. III, כפורים, Expiationis,  
d. 17. mens. Tisri, IV, Clangoris, זכרון תרועה  
i. e. me-

i. e. memoriale vociferationis, d. i. mens. Tifri. V, חג המצות, tabernaculorum, d. 15. mens. ejusd. VI, Encaniorum d. 26. mens. ejusd. At horum septem numerantur. I est festum חג המצות sive sortium, alias festum Mardochai, adhuc hodie Juvæis in usu, quo in Synagogis pulpita & scamna, quoties Hamanis mentionem faciunt, magno impetu percutiunt, tanquam percuterent caput Hamanis, de quo peculiari tract. With. Schickardus. II, Festa Encaniorum seu templi dedicationum, secundæ quidem d. 3. mensis Adar, tertiæ d. 25. mens. Casleu; & quartæ, de quâ Josephus A. I. 15, 14. III. Festum repurgatæ arcis, d. 25. mens. Sivan, vel Jiar. IV, Festum victoriæ Judith, d. 25. m. Casleu. V, Ignis, d. eod. VI. ob eadem Nicænoris, d. 23. m. Adar. VII, Festum Xylophorum. Referenda huc Ebræorum jejunia, aliquot numero, inter quæ eminet illud, quod d. 10. m. 7. post clangorem tubarum in ipso expiationis festo, etiam ante captivitatem Babyloniam celebrabatur, cujus mentio fit Jerem. 36, 6. ac hodiernum Judæis attentâ devotione observatur, quod *den langen Tag* vocitant. Vid. de his omnibus Hospinianum de fest. Ebr. Marcum Lombardum de Ebr. ritibus, Car. Sigonium de R. E. l. 3. Genebrardum Calend. Ebr. Jos. Scalig. *isag. chron.* 1, 6. Alstedii *encycl.* l. 17. part. 3. Vranometr. c. 3. Miserabili-  
um

um synt. hist. Eccl. sect. 2. quæst. 13. Ising. coll. hist. quæst. 60. Budelini nucleum, & alios

Huc pertinent Lunæ victimæ & litationes apud Ethnicos, quæ novilunio reiterabantur. Horatius: *Cælo supinas si tuleris manus Nascentes Lunâ.* l. 3. od. 23. necnon βῆς ἑβδομηϛ, qui post sex Lunas obferebatur. Suidas. Vix huc referre ausim Natales vet. dies quibus Genio sacra facta pulte, fritillo, libis, floribus, thure, vino. Lamprid. in Severo c. 60. Vopisc. in Tac. c. 9. Persius sat. 2.

*Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,  
Qui tibi labentes adponit candidus annos:  
Funde merum, genio.* — — — — —

Imò & libidinosis actibus; cum illâ tantùm die impune operam Veneri dare licuerit. Guido ad Terent. Phorm. ex quo Virgilius dilucidatur huc respiciens: *Phyllida mitte mihi, meus est natalis, lola.* Ecl. 3. Videntur hæc sacra eruditissimo Casaubono, Censorino, Alex. ab Alex. Boxhornio quæst. 21. aliisque ἀναιμῆτα; tanquam veteribus nefas habitum fuerit, demere alteri eo die vitam, quo ipsi adepti essent: Quos ita decepit Varro, qui idem statuit in Att. Sed forte ad eundem cum Lambino, Larium sacrificio animata eximente, lapidem adlidunt Viri Summi. Eximent mihi scrupulum, calculumq; meum facile eripient, si lapidem antiquum destruxe-

struxerint, qui conspicietur Florentiæ ap. portam D. Pauli.

*Aediculam & Statuas hæc hostiam dedicationi victima natali August. VIII. K. Octobr. Dua quæ P. P. immolari adjectæ sunt ad aram, quæ numini Augusto dedic. est, VIII & VIII K. Octobr. immolent. Item natali Ti. Caesaris perpetuæ acturi Decuriones & populus cœnarent, quam impensam Q. Cascellio Labeone in perpetuo pollicenti, ut gratiæ agerentur munificentia ejus; eod. natali, ut quotannis vitulus immolaretur. Attestatur insuper Horatius in natali Meccœnatis: Ara casti Vincitæ verbenis avel immolato Spargiet agno, l. 4. od. 11. Et l. 3. od. 17. Cras genim mero Curabis, & porco bimestri. Nec obscure Juven. sat. 11.*

*Et natalitium cognatū ponere lardum,*

*Accedente novâ, si quam dabat hostia, carne.*

Haftenus de certis anni partibus, mensibus, diebus, quibus aræ fumabant, victimæ jugulabantur, Dii munera capiebant. Sequuntur horæ itidem certæ, dieique tempus ad id determinatum, quod in Superiorum Sacrificiis Primum, sive mane summum fuisse, præ aliis magna nos docet meretriculæ ap. Plautū querela, Pœn. 1. 2.

AN. *Nimia nos socordia hodie tenuit. AD. Quæ de re obsecro?*

AN. *Quia jam non dudum ante lucem ad adens Veneris venimus,*

*Prima ut inferreimus ignem & aram. — —*

*Idem*

*Idem Curc. I. I. Mane inferre Veneri novi jam jentaculum.* (at pueri Varrone teste l. 4. c. 17. mane summo jentacula capiebant, hæcque eadem mane vendebantur. Vid. Martial. l. 14. epigr. 221.) Hesiodus: Μη δὲ ποτ' ἐξ ἡῶς αἰ λείβεν αἰθῶρα οἶνον χερσὶν ἀνέπλοισι. β. ἔργ. 3. ἡμέρ. Prudentius: *Mane salutatam concitatur, omnis adorat Pubes.* hymn. 11. περισσεφ. Apulejus: *Inchpata luci salutationibus religiosi primam nuntiantes horam perstreperunt.* l. 11. Metam. Idque boni ominis causâ factum Stuckius ait, unde & bonum Osci *Manem* sive *Manum* dixere, de quo videndus Laurembergius in antiquar. Sed potio- rem causam adsignat Xenophon: *Semper autem, inquit, sacrificans orditur rem crepusculo, præsumere studens benevolentiam numini. orat de form. civis Laced.* Ad quæ verba Vir undiquaque doctissimus Joach. Camerarius: *κνέφας* significat *ptanè crepusculum* i. e. *dubiam lucem adhuc durantibus vel jam propinquè tenebris.* Sed nunc mane orfos fuisse sacrificare Lacedam. Reges intelligendum, quo diutius, si opus essent, in re divinâ placandorum Deum gratiâ perseverare possent, in not. Christiani certè adhuc mane rem divinam ordiuntur. Vid. de his Casaubonum ad l. 2. Suet. & prolixè Stuck. f. 11. Fœdera quoque ante meridiem percussa ad mala omina vitanda; quia post meridiem dies & sol decrescunt. Joh. Is.

Pon-



Pontanus animadvert. in Macrobius Boethius  
 quæst. 43. Ap. Ebræos similiter singulis  
 diebus expurgabant ad sacrificium altare  
 בקריאת התה או סמוך לו בין לאחר  
 וביום הכפורים הראשונה ולא חיתה  
 קריאת הגבר מגערת עד שהיתה עונה  
 מלאה i. e. ad galli cantum,

aut non multo citius; aut tardius: Et in die expia-  
 tionis à mediâ nocte, & in tribus festis magnis à vigi-  
 liâ primâ: Nec instabat Galli cantus, quin atrium  
 plenum erat Israëliti. Cod. Joma c. i., §. 8. Mane  
 (inquit Sheringham, ad h. l.) sacrificabant, quia  
 mens tam purior solutiorq; existit, nec rebus ullis im-  
 plicita majori impetu in DEVM fertur. Vnde etiam  
 formulæ ap. Ebræos ante tempus mactationis  
 usitatæ, quas memorat idem Cod. Joma:  
 אמר להם הממונה צאו וראו אם הגיע זמן  
 השחיטה אם הגיע הרואה אומר  
 בוקאי מתינת בן שמואל האיר  
 פני כל המזרח עד שכחברון והוא אומר

i. e. Dicebat illis præfectus: Exite & videte,  
 si instet tempus mactationis. Si instabat, clama-  
 bat speculator: Coruscationes! Matthia filius Sa-  
 muelis dicit: Inluminavit facies totius Orientis  
 usque ad Hebron? respondebat: Ita! c. 3. Vid.  
 R. Sheringham ad h. l. Cod. Tamid. c. 3. & ad  
 eum Rambam. Causam ejus subjungit Joma:

ולמה

וְלִמָּח הַנִּצְרוֹת לִכְן שֶׁשָּׁעַם אַחַת עָלֵיהֶם  
 סִמְנָה הַלְבֵנָה וְרִיטוֹ שֶׁהָאִיר סוּרָה וְשֶׁחֲסוּ  
 אֶת הַתָּמִיד וְהוֹצִיאוּהוּ לְבֵית הַשְּׂרִיפָה

i.e. Cur hoc ipsis erat necessarium? Quia aliquando  
 fulgente Lunâ diem inluxisse existimâvunt, & sacri-  
 ficiū jūge mactârunt, ipsumq; ad locum combustio-  
 nis adduxerunt. §. 2.

In inferorum sacrificiis tempus planè con-  
 trarium videlicet Crepusculum vespertinum,  
 observabatur; ut apertè prodiit Callixenus  
 Rhodius: τοῖς μὲν ἐν κατοικομένοις περὶ ἡλίου  
 δυσμαὶς ἐναγίζομεν τοῖς δὲ θραυδαῖς ὑπὸ  
 τὴν ἐὼς ἡλίου ἀτάτελλοντ & ἱερεύομεν. in Ale-  
 xandr. Eumenidum sacra nocte mediâ ap. Ae-  
 schyli & Sophoclis interpretes reperimus. Vir-  
 gilius: Dum regi Stygio nocturnas inchoat aras,  
 6. Aen. Lucanus: Vidit flammiferâ confectas nocte  
 Latinas. l. 5. Pharf. Tibullus: Nocte serenâ Con-  
 vidit ad magicos hostia pulla pedes. l. 1. el. 2. Sene-  
 ca: Huc ut Sacerdos intulit Sensor gradum; Haud  
 est moratus, prestitit noctem locus. Oedip. 3. 1. Fuere  
 & alia nocturna Sacra v.g. Bacchanalia, & simi-  
 lia, etiam Superiorum Deorum, turpissimarum  
 cædium ac libidinum occasiones; quæ postmo-  
 dum prohibita sunt l. Nocturna. cap. de noct.  
 mul. sacrif. ac lud. Tit. de Relig. in XII. Tabb.  
 Mysteria ad formidinem & metum initiatis in-  
 sciendum noctu & in tenebris facta, explanat  
 Vossius

Vossius l. 6. inst. Orat. c. 6. sect. 1. *Ceterum Noctū* vocabulum ne nominare quidem in sacrificiis licebat, utpote infaustum & malè ominatum; quod optimè notat Belga Cultissimus Joh. à Meyen ad Virg. 1. Aen. ubi Dido; tametsi nox esset, Jovem tamen precatur:

*Hunc latum Tyriūq; dicm Trojāq; profectū  
Esse velis!*

## CAP. V.

**D**Eorum Ethnicorum innumera multitudo. Ethnicorum quidam quantum de vero DEO viderint? Auctores de simulacris deorum. Romani quibus deorum immolaverint? Dii Majorum & Minorum gentium: Dii Consentes: Eorum numerus. Dii selecti. Vossius lapsus. Dii Minuti & Minuscularii. Inferis cur sacrificatum? καὶ δαίμονας. Gentilium de Cometis opinio: Bodini sententia vituperatur. Dii communes; ἄγῳροι; publici; tutelares. Dii Novensiles unde dicti? Heroibus cur sacrificatum? Vossius oscitatio. Dii Semovēs. Damnoes unde? Steuchi ap. Giraldū c. 11 non rude.

*rude. Vitiis sacrificare vetitum. Caesaris locus expensus. Dii quidam Germanorum Zerneboch: Tibilenus. Varia ap. Tertull. lectio. CluverI nimius in Germanos favor rejicitur. Impp. inter deos: divinis adficiebantur honoribus. Lectio in Mamertini paneg. rejecta. Statuarum regalium genii. Per genios Impp. jurabant. Honor pro sacrificio: Ejusd. significationis τιμή. StuckI cespitatio: Manill atas: Giraldus contra Scaligerum defenditur. Gevartio, Vossio, aliis, absentitur. In ingressu Principum sacrificatum. Impp. imagines inter Lares culta. HoratI locus difficilior dilucidatur. Augusta inter deas. Similiter ap. Germanos reges inter deos. Brenni etymon verum, & alia explosa. Brenn vox obsoleta. Inventores artium ac Patroni inter deos. Versus VirgilI explicatur. Proverb. Nemo benè merito &c. Pontificiorum δαλεία ac ὑπερδαλεία ex Gentilismo orta. Dii indigetes. Lares publici quinam? Tyrannis & sceleratis sacrificatum: Item amicis & consanguineis. Anima post mortem dii. Inferia: Exequia. Feralia unde dicta?*

*dicta? unde mortuis peracta? Sacrifici-  
um Novendiale. Exverriæ. Feria Deni-  
cales. Roma divinis honoribus à quibus-  
dam maculata: Ei templa erecta: Sacer-  
dotes constituti. Fontibus sacrificatum, &  
cur? Fontes Genii: Sacri. Servi adduci-  
tur ratio, quæ Lipsianam præponderat.  
Ad fontes & fluvios Nymfarum effigies  
cum inscriptionibus: necnon alia simula-  
cra. Pontes sacri: Sublicii Romæ materia,  
& varia nomina: Tiberini curatores. Sa-  
crificatum arboribus: & montibus. Plu-  
res simul dii invocati. ἀνα σὺν τοῖς καὶ  
βαρυσ, proverb.*

**N**dagabimus nunc gumias &  
catilones istos liguriētes, victimarūq;  
adpetentes, quibus hæc subinde proci-  
debant. Neque temerè quis posset

Varibus ut mos est, centum sibi poscere voces,  
centum ora, & centum linguas optare,  
lapides, & ligna, & truncos, & metalla, & her-  
bas, & bestias, & Deos Deasque, quibus tot sa-  
crificârunt gentes, tot populi, tot civitates, tot  
familia, tot homines, recensiturus. Verè aure-  
us ille Aurelius l. i. contra Symm.

*Quisquid humus, pelagus, cælum mirabile gignunt,  
Id dixere Deos: colles, freta, flumina, flammæ.*

Boxhornius: *Tot, inquit, dii prodire, quibus recensendis non sufficiunt numeri omnes arithmetico- rum.* orat. de Theologiâ paganorum Hesiodus, teste Eusebio, 30000 Deorum in terris fuisse testatur, quorum mortes & sepulturas Eumerus, collectis undiq; ipsorum Epitaphiis, conscribit; auctores sunt Cicero & Lactantius. Augustinus 300000. Idolorum numerat. Illa ap. Virgilium Sacerdos, *Tercentum tonat ore Deos.* l. 4. Aen. Emunctioris verò naris gentiles unum vidisse Deum fusè ostendit Vossius de Idol. 1, 2. De quo omnes fermè Ethnicorum sententias contulit Schedius de D. G. 1, 12. Et Vir Excellentissimus *Martinus Beer*, qui me studiâq; mea insigni amore complectitur, & subinde adjuvare nititur, Aristotelem & Platonem Deum unum, & nobilissimas ejus qualitates scivisse & agnovisse adsignat in disp. quadam Philos. c. 2. §. 11. & seqq. Sed de Diis in genere alii videri possunt. De Statuis & imaginibus Deorum citatur liber Porphyrii ap. Strobœum: Item Evemerii Messenii & Jamblichi ap. Diodorum Siculum, Athenæum, & Eusebium. Vid. Holstenium in vit. Porphyrii c. 9. Et etiamnum de iisd. extat Albrici libellus: Itemq; Vincentii Cartari supplemento auctus à Laurent. Pignorio. Nos ad rem i. e. sacrificia, quæ  
vel

vel Diis obferebātur, vel Deorum loco habitis.

Romani iis tantum, quos majorum gentium vocabant, Heroibusq; & paucis aliis solemniter sacrificabant. Hoc ita vult lex XII Tabb.

**DIVOS, ET EOS QUI COELESTES SEMPER HABITI, COLVNTO. ILLOS, QUOS IN COELVM MERITA VOCVERVNT HERCVLEM, LIBERVN, ÆSCVLAPIVM, CASTOREM, POLLVCEN, QVIRINVM. ET ILLA, PROPTER QVÆ DATVR HVJVSMODI ADSCENSVS IN COELVM: MENTEM, VIRTVTEM, PIETATEM, FIDEM; EARVM LAVDVM DELVBRA SVNTO.** cap. de dupl. Deorum genere Tit. de Religione. Nota hic differentiam inter Deos *Majorum & Minorum gentium*. Illi vocabantur quoque *Consentes* quasi Consentientes. Lapis Spoleti: **CONSENTIO. DEORVM.** Engedini Transsilvania: **J. O. M. CETERISQ; DIS. CONSENTIBVS.** In diœcesi Eistetenfi: **J. O. M. DIS. DEABVSQ; PVB. CONSENTIB.** Erantq; hi XII:

*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Addebantur his Octo alii; inter quos fuere Janus, Saturnus, Orcus, Liber: Et Varro XII alios deos Consentes inducit. Ab hisce omnino differebant dii *Selecti*, ut probat Vir suo ævo sine pari Lilius Greg. Giraldus synt deorum r.

pag.

pag. 19. atque adeò cespitat summus Vossius quando *Consentes & Selectos* deos jungit. Dii Minorum gentium aliàs vocabantur *Minuti* & ap. Augustinum *Minuscularii*; licet alii legant *Munuscularii*, alii *Numuscularii*. Vid. Girald. synt. 1.

Inferis, ne nocerent, immolabatur; e. g. Si quis à morbo convaluisset, immolabat inferis, quod cum non perdidissent, illudq; sacrificium *καθαρσμός* adpellabatur. Inferi enim omnium malorum auctores credebantur, ceu id ex Sophoclis Electrâ facile cognoscas. Pertinent etiam ad DEOS Sidera, Aurora, Ignis, Aër, Meteora, Venti, Iris, Nubes, Pluvix, Grandines, Nebulæ, Rores, Pruinæ, fulgura, fulmina, tonitrua, de quibus Stuck, f. 19. & seqq. adde f. 15. & seqq. & f. 33. ubi Deos singulos, quibus sacrificatum, aggerat; Item Sched, de D. G. 1, 3. Ethnici Cometas putârunt animas heroum aut Principum, qualis opinio de animâ Julii Cæsaris fuit, testibus Suet. l. 1. cap. ult. & aliis. Et miramur Bodinum, Virum eximium, tam gentilititer, vel, ut Vossius ait, *tam Stultè* sapuisse, ut idem crederet. l. 2. Theatr.

Dicebantur autem quidam *Dii communes*, Græcè, *ἄζωτοι*; qui communiter ab omnibus invocabantur, vel, qui ubiq; erant. Vid. Servium in l. 12. Aen. Lapis Spoleti: JOVI. O. M. FOR-



FORTVNAEQVE. MELIORI. AVG. ET. DIS. DEABVSQVE. COMMVNIBVS. Hi & adpellabantur *Publici*, erantq; præcipuè Jupiter ac Fortuna: Item *Dii Tutelares*, & *Dii Patris* sive πατρῶες; de quibus Inscriptio Romæ in vineâ Card. Carpenfis:

ΑΓΑΙΒΩΛΩΚΑΙΜΑΛΑΧΒΗΛΩΠΑΤΡΩΙΟΙΘΕΟΙΟΙ

Ab his distinguebantur dii singularum gētium proprii. Vid. Boxhorn. qst. Rom. 1. Similes ferè cum illis erant *Novensiles*, de cujus nominis ratione variæ sunt sententiæ. Inter alia Arnobius: *Cincius*, ait, numina peregrina ex ipsâ novitate adpellata pronunciat. Nam solere Romanos, Deos omnes urbium superatarum, partim privatim per familias spargere, partim publicè consecrare, ac, ne aliquid Deorum, multitudine aut ignorantia, præteriretur, brevitate & compendii causâ uno pariter nomine *Novensiles* invocare. l. 3. adversus Gent.

De Heroibus extat Draconis lex: Θεοµὸς ἀγώντ' τοῖς Ἀλκίδα νεµομένοις κύριον τὸν ἀπαντα χρόνον, θεὸς τιμᾶν καὶ ἥρωας. Oraculum ap. Plutarchum jubet τιμᾶν Ἡφαισίωνα καὶ Θύειν ὡς ἥρωι in Alex. Adeoque valde laudatur vir sublimis Cl. Vossius, quando sacrificium non fuisse in honoribus Heroicis adstruit de idol. 1, 12. Causam subinducat Hesiodus, τοὶ μὲν δαίμονες εἰσι l. 1. Op. & dier. Vid. Joh.

Tzetze notæ in h. l. Lucanus: *Quæq; patet terras inter Lunaq; meatus, Semidei manes habitant.* l. 9. Phars. Virg. Ecl. 4:

*Ille Deum vitam accipiet, diviq; videbit*

*Permixtos heroes, & ipse videbitur illi.*

Unde quidam Dii dicti sunt *Semones*, quasi *Semihomones*, aliàs *Medioximi & Patellarii*: de quibus Lipsius l. 2. Lect. Ant. c. 18. Girald. synt. l. p. 19. *Δαίμονες* verò quasi *δαίμονες* dictos ait Plato in Cratylo: Alii derivant à *δαίμων* urere; alii *διὰ τὸ Δεομένους* i. e. partito, diviso: alii *παρὰ τὸ δάσαο*, quòd sint *Δαυτηταὶ καὶ Διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων*: Alii à *Δαίμωνες* terrere. Giraldus amici sui Steuchi sententiam memorat, *dæmones* ab Ebræo *שדאים* *Schadaim* deducendis, ablatâ priorè syllabâ, ut sint quasi *daimones*. Ingeniosè, si diis placet! annon hoc quoque modo ex *כרים ירים מרים צרים* & innumeris aliis, prioribus tantùm syllabis abjectis, erit *daimones*? Vitiis autem ap. Romanos sacrificare, expressâ lege vetitum erat. l. fin. XII. tit. & cap. cc.

Inultam hîc injuriam Germanis meis inlatam nequaquam liquerim. Non enim intellego Cæsaris de illis verba: *Neq; Druidas habent Germani, neq; sacrificiis student: Deorum numeros solum ducunt, quos cernunt & quorum aperte opibus juvantur, Solem, Vulcanum, & Lunam; reliquos*

quos ne famâ quidem acceperunt. l. 6. B. Gall. At novimus nos Teutonum Deorum & Dæmonum cohortem ; inter quos primi: Teutanes vel Teutates, Tanfana, Hertus, Herta, Guodan sive Woda, Alemann, Crodo, Trigla, Alcis, Prone sive Prono, Radegast sive Redegast, Seba sive Syba, Eostre (unde Ostern & Ostermonat) Flintz, Suanteviz, Castor & Pollux sub nomine Leti & Poleti, Jessa i. e. Jupiter, Pogwisd sive Aura, Lactô sive Pluto, Nia sive Ceres, Marzana sive Venus, Zievonja sive Diana, Aurea vetula, Vlysses, Zamolxis, Ater deus, deus Plectorus, Finnu. &c. Vid. Tacitum de M. G. Aventinum in ann. Warnfried. de gest. Longobard. Gesnerum in Mithrid. cum notis Waseri, Fabricium origg. Sax. l. 1. Alb. Crantzium, Petrum Albinum, Sardum, Irenicum, Middendorpium, Helmol-dum, Adamum Bremensem, Methodium Pincensem, Sabinum, Enzelium, Emserum, quos posteriores citat Stuck, p. 162. & ante omnes Eliam Schedium de Diis Germ. Colebant & Germani malum deum, suâ lingvâ *Diabel* sive *Zeer-neboch* i. e. nigrum deum adpellatum. Helmold. l. 1. Chron. Slav. c. 53. Forsitan ille est, cujus meminit Tertullianus. in apolog. ut præsidis Norici, quem vocat *Tibilenum* i. e. Teufel ; ubi alii legunt *dus Belenus*, alii *Belenus* ; qui fuit Apollo teste Herodoto l. 8. Extrat nomisma Cunobelin regis Britannorum, à deo nomen ha-

bentis quod Belenum citharam pulsantem ostendit. Vid. Sched. 1, 7, Cluverius nimis tribuens majoribus nostris, Germanos priscos unum, verum, æternum deum sub solis Lunæ atque Ignis numinibus ait coluisse; ideoque rectè refellitur à Vossio de Idol. 1, 37. & Meibomio ad ὄρκον Hippocr.

Adnumerabantur Diis Impp. cum vivi, tum mortui, ideoque divinos capiebant cultus. Muretus: *In Græcorum commentariis reperio Dei nomen quinq<sup>3</sup> ferè modis usurpari solere, ut modo Sapientes homines, modò reges ac potentes deos vocamus &c.* comm. in Catull. p. 55. Haussit ex Joh. Tzetza, qui talia commentatur ad init. l. 1. Hesiod. Operum ac dierum. Cyprianus: *Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos postmodum etiam in morte cœperunt. Inde illi instituta templa, inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulacra, quibus & immolabant hostias, & dies festos dando honores celebrabant.* lib. de idolis. Minucius Felix: *Erga deos quoque Majores nostri improvidi, creduli, rudi simplicitate crediderunt, dum reges suos colunt religiose.* in Octavio. Plinius ad Trajanum. *Negant se esse Christianos, aut fuisse, cum præeunte me Deos adpellarent, & imagini tue thure & vino supplicarent.* Et paulò post: *Omnes & imaginem Tuam Deorumq<sup>3</sup> simulacra venerati sunt.* ep. 62. Cl. Mamerlinus:

meritinus: Totam hanc urbem repentinâ tuâ in hostes inruptione sollicitam lætitiâ & exultatione, & aru flagrantibus, & sacrificiis, & odoribus accensis Numini tuo implesti. in paneg. c. 6. ubi alii ineptè legunt aurum pro aru. Idem: Quos quidem (indignat dies, quibus imperium auspicatus erat) Sacratissime Imperator, quoties annis volventibus revertuntur, vestri pariter ac vestrorum Numinum reverentiâ colimus; in genethl. c. 2. Pers. sat. 6.

*Dis igitur, genioq; Ducis centum paria, ob res  
Egregie gestas, induco.*

Cur genio? intellige Statuæ; quia statuæ Principum numen & Genium habere credebantur; quod egregiè pertractat Janus Parrhasius in epistolis. add. Figrel. de statuis illustr. Romanor. cap. 31. Per quem Imp. Genium etiam jurabant. Vid. Philologus eximius & verè Polyhistor, Mart. Beer, Fautor, ac Præceptor meus, cui multa debeo, disp. misc. cap. 1, §. 20, & seqq. Horat. ad August.

*Præsenti tibi maturos largimur honores,*

*Jarandasq; tuum per nomen ponimus aras.*

(ubi quidem honor idem est quod victima vel sacrificium. Ita Virg. *Perfecto latus honore.* Et 1. Aen: *Aru imponit honorem.* ibid. *Haud equidem tali me dignor honore.* Eod. libr. *Divum templi indicit honorem.* Id. 3. Aen. *Sape in honore Deum medio stans bestia ad aram.* Eod. libr. *Meritos aru maculavit honores.* Ibid. *Jussos adolemus honores.*

res. Vid. Serv. in l. 1. Aen. Symmachus: *In honore Numinum*. l. 8. ep. 26. Nec aliter Græci: *περὶ τῆς ἐκ θεῶν τιμῆς*. Aristides in Panathen. Ammonius: *θύεσθαι ἐστὶν ἐπὶ ἡμῇ θεῷ, καὶ ῥ' μαντεύεσθαι ἐπὶ ἡμῇ* Διὰ ἀπλάγχμων θύεσθαι φάμεν i. e. *θύεσθαι est in sacrificio Dei; & vaticinari in sacrificio per exta θύεσθαι dicimus*. Ubi Stuckius *ἡμῇ* perperam propriè & simpliciter vertit *honorem*. t. 117. Vide plura ap. Juretum & Schönslederum in appar. Eloq. voc. *Sacra*) Mithridates vivus ac videns divinis adfectus honoribus. Cicero orat. pro L. Flacco. Ovidius l. 3. de Pont. el. 1:

*Sed prius imposito sanctū altaribus igni  
thura fer ad magnos vinaq; pura Deos,*

*E quibus ante omnes Augusti Numen adora\_,  
progeniemq; piam, participemq; thori.*

M. Manilius, aliis C. Manlius, aliis M. Mallius dictus, astrologiæ scribtor Poëta, longèque alius ab illo astrologiæ conditore, cujus mentionem injicit Plinius l. 35; & Mathematico, cujus idem meminit l. 36. Quidam ineptè Romanum putant; alii non sanius Antiochenum: Alienigenam certè ac peregrinum fuisse ex Trapolini numo probant, in quo effigies ejus habitu peregrino, cum Sphærâ Astronomicâ, & inscribit: C. MANLI. Quod unice etiam contendit Giralduus, ac proinde à Josepho Scaligero super-

superciliosam, satis immerens limam patitur. Floruit Tibulli, Propertii, & Nasonis temporibus sub Augusto: utcunq̃ tanto impetu refragetur J. Gevartius l. 3. Papin. lection. c. 8. protrusus eum ad Theodosi ævum, seculum sc: IV. Ille nescio quot aheneorum argumentorum plaustris, partes suas fulturum se promittit: quæ hætenus nondum ad me pervenire; ambigo an etiam in lucem? Facile tantis phaleris Attalicisq; pollicitationibus in suam sententiam attraxit Viros aliquot clariss., inter quos Vossius, quem vid. de Idol. 3, 5. & de art. Gramm. 2, 26. qui tamen postremò in alteram sententiam magis propendere se fatetur lib. de poët. Latin. pag. 36. Ego à Scaligero & Giraldo abscedere cogito, dummodò prius Gevartius nodos hosce solverit, & seqq. Manilii loca (possemus adferre plura, nisi properare juberemur) enucleaverit. l. 4.

*Virgine sub castâ felix terrâq; mariq;*

*Es Rhodos, hospitium recturi Principis orbem:*

*Tuq; domus verè solû, cui tota sacrata es,*

*Cum caperes lumen magni sub Cæsare mundi*

Et, quæ simul ad præcedentem quoque scopum faciunt l. 1.

*Nunc mihi tu Cæsar patria princepsq; paterq;*

*qui regi Augusti parentem legibus orbem,*

*Concessumq; patri mundum Deus ipse meteris*

l. 4.

Jam

*Jam facit ipse Deos, mittitq; ad sidera Numen  
Majus, & Augusto crescit sub Principe cælum  
Rursus l. i.*

*Vno vincuntur in astro.*

*Augusto, fidus nostro quod contigit orbi;*

*Cæsar nunc terris, post cælo maximus auctor.*

Ad quæ Senatus Critici Princeps Jos. Scaliger:  
*Adludit ad præsentēs honores divinos, quos Romani  
vivo Augusto habuerunt &c: Vid. de Impp.  
Dorotheos & cōsecratione Martial. de spectac.  
epigr. 19. Item aureas Savill. notas, quas ex An-  
glicano in Romanam lingvam Isaacus Grute-  
rus transtulit, in l. i. hist. Tacit. p. 55. & seqq.  
Choulum lib. de la religion des anciens Ro-  
mains pag. 76. & seqq. Vossium de Idol. l. 3.  
c. 16. & 17. Præcipuè verò vivis ac præsentibus  
sacrificabatur, si quando ingrederentur urbem.  
Tacitus de adventu Vitelli: *Cæsis victimis regi-  
um in morem.* l. ii. hist. In reditu Trajani *plena  
altaribus, augusta victimis cuncta fuisse* Plinius au-  
ctor est in paneg. Ideò Imperatorum inter La-  
res imagines cultas prorsum atque sine dubio  
adfirmare ausim: In subsidium inclutam quan-  
dam, & antiquitatum omne genus refertam  
Bibliothecam voco, in quâ icunculæ ex ferro,  
aut hujusmodi certè metallo fabricatæ servan-  
tur, supersticiosæ Gentilitati pro Laribus ado-  
ratæ: Quarum alteram sueto Romani Impe-  
ratoris habitu exsculptam observavi; & in gra-  
tiam*



tiam tuī, Lector! æri incisam capiti huic præfixi. Eleganter hic inradiatur Horati locus l. 4. od. 5. ad Augustum, circa quem tot ejus interpretes palpârunt:

— — — — — *Alteris*

*Te mensis adhibet DEUM!*

*Te multâ prece, Te prosequitur mero*

*Defuso pateris, & Laribus Tuum*

*Miscet Numen.* — — — — —

Quin & Augustas cepisse victimas docet Vossius de idol. 1, 12.

Neque Germani reges principesque suos in deorum conlocare numerum dubitârunt, de quibus Tacitus: *Celebrant carminibus antiquis, Tuistonem deum, & filium Mannum, originem gentis, conditoremq.* de M. G. Sed Vossius per *Tuistonem*, deum; per *Mannum*, Adamum; per *Isidem* (quæ similes ap. eos cepit honores) Evam, retentâ sc. voce Ebrââ יְהוָה, Germanis intellectos ingeniosè conjicit de Idol. 1. 38. Pertinent huc dii, olim reges, *Porevithus, Rugievithus, Flintz* à rege *Sizlau, vel Slizsau* &c: Eorund. idolum *Prano* repræsentavit Brennum ducem manu strenuum, dignumque tali nomine. Quamvis enim quidam ita dictum autument quasi Brenner, qui hostes igne domat; alii quasi Berenner, i.e. invadentem, adorientem: Verissimè tamen est ab obsoletâ voce. *Brynn* vel *Brenn*, i.e. galeâ; unde *Brenno* galeatus, ccu

ceu acutissime sentit chori critici fax fulgentissima, Ictus eminentissimus JOH. STRAVCH, disp. 3. in Tac. de M. G. c. 3. §. 6. Habet eam Otfridus, qui circa initium seculi IX vixit, in Evang. quo hactenus non extat antiquius scriptum Germanicum, l. 5. c. 1:

Ist uns thas girústi

Brunia ala festi;

Joh ist uns Helm ouch ubar thaz

Joh Wasan ala Wasaz.

Disciplinarum atque artium inventores; Benè meriti ac Patroni etiam, inter Divos habiti. Maximus Tyrius: Ἕλληνες μὲν θύοσι καὶ ἀνθρώποις ἀγαθοῖς dissert. 38. Philo: οἱ παλαιότατοι τῶν βαρβάρων, ἑξακρέτως ἢ Φοίνικες τε καὶ Αἰγύπτιοι, παρ' ὧν καὶ οἱ λοιποὶ παρέλαβον ἄνθρωποι, θεὸς ἐνόμιζον μεγίστης τῆς τὰ πρὸς τὴν βιωτικὴν χρείαν εὐρόντας, ἢ καὶ κατὰ τὴν εὐ ποιήσασθαι τὰ ἔδνη. εὐεργέτας τε τέρας, καὶ πολλῶν αἰτίαις ἀγαθῶν ὡς θεὸς προσεκύοντι. in proloq. Euseb. in 1 præpar. Evāg. Minucius Felix: Unaquęq; natio conditorem suum, aut ducem inclitum, aut reginam pudicam sexu suo fortiozem, aut alicujus muneris vel artu repertorem venerabatur, ut civem bona memoria &c. Lege Historicorum scripta, eadem in eum recognoscēs, ob meritā virtutū aut muneris Deos habitos. in Octav. Quo sensu ait Virg. ecl. 1 Præsentēs alibi cognoscere

*fieri divos*, i. e. fautores, benefactores; queis tanquam Diis sacrificia oblata. Aegyptii Zamóchin Pythagoræ discipulum celuere; M. Mario thure & vino Romana plebs supplicabat: Seneca de irâ 3. 18. Memorabilis quam recenset Plutarchus historia: *Navis piratica adpulsa ad Insulam Ichacensem, in quâ forte fortunâ senex quidam erat, unâ cum cadis fœtilibus, pleni pice. Pyrrhias quidam Ichacensis, ut opinamur, negotiator, senem, dato pretio, redemit à pirata, non ob id, quod eo sibi foret opus, sed partim quod miserum esset senili fortuna, partim hominî oratione persuasus. Emit autem unâ cum senè cados illos picarios, idq; ductore senè. Deinde profectû piratâ, quò Pyrrhiâ gratiam referret senex, quod non ob lucri cupiditatem, sed ob benevolentiam sese liberum fecisset, indicavit in cadis multam pecuniâ vim pici admixtam abditam esse: Quâ repertâ, cûm Pyrrhiâs repente dives esset redditus, cûm magnificè conlaudavit senem erga se gratitudinem, cum eidem bovem immolavit officii premium. in quæst. Græc. Hinc de homine affatim grato proverbium exiit: Nemo bene merito bovem immolavit præter Pyrrhiâ. Rugiânâ sive Rani talibus divinis honoribus adfecere S. Vitum; de quò Helmold. annal. Slav. l. 1, c. 6. & 53, l. 2. c. 12. Saxo Grammy. l. 15. Talibus Permienfès Stephanum Episcopum, ut testatur Sigismundus L. B. ab Herberstein comm. rerum Moscov. Talibus ferè hodie adhuc animas*

H

defun-

defunctorum Papicolæ, in quos propterea invehitur Vossius de idol. 1, 41. Vocabantur autem homines illi, qui post mortem colebantur, *dii Indigetes* ab indu & citare, quod nomen Aeneas primus sortitus est, teste Festo : licet Vossius plurimos Indigetes etiam ante Aeneam recenscat l. c. 1, 12. Ita Lares Publici erant animarum eorum, quos in gerendam Republ. merita in cœlum vocarunt, inprimis Regum Principumq; defunctorum. Talis Laris publici effigiem, qui erat æreus, eademque, quam lectori proponimus, magnitudine, quemq; olim Cl. Boxhornius ab amicorum quodam dono acceperat, capiti huic præfigere libuit. Vidimus nuper in antiquariò splendidissimo Serenissimi Bojariæ Principis, atque S. R. I. Electoris, Laris itidem imaginem marmoream, quantitate trimuli alicujus, vel bimuli, formam autem adeò ridiculam, ut stultam Ethnicorum fatuitatem, qui tales adorarunt, non satis miremur. Similiter Tyrannis & Sceleratis hostiæ mactatæ. Vid. Stuck. p. 26. 27.

Nec minoris fiebant amici ac consanguinei, nisi quod plerumque mortuis flores oblatis, vina libata. Virg. Ecl. 5.

*Sis bonus, O felixq; tuus : En quattuor aras :  
Ecce duas tibi Daphni duosq; altaria Phœbo,  
Pocula bina novo spumantia lacte quotanni,  
Craterasq; duos statuam tibi pingui olivi.*

Mortuorum enim demum animæ Diis adscribeban-

bebantur. Inscriptio vetustissima: PORTI-  
TORI. PLVTONI. ET. PROSERP. HA-  
VE. JVLIA. C. FIL. MAXIMA. FOELIC.  
DOM. TORMENT. SALON. ANIMVLA.  
DVLCIS. ANIMVLA. SVAVIS. ANIMV-  
LA. IN. DEORVM. NVMERVM. RECE-  
PTA. VNDE. TALE. QVANDO. TALE. ET.  
CVI. TALEM. V. A. LIX. MEN. VI. DIES.  
XII. HORA. NOC. IX. Dicebantur hæc sacrifi-  
cia *Inferia, Exequia*. Beroald. schol. in Suet. Ner.  
Item *Feralia*, quibus inferis defunctisque offi-  
tia ferebantur, vel, quod pecudes iis feriren-  
tur. Festus. Fiebantq; ex redditione certæ certo  
loco conplotatæ pecuniæ, quod satis patet ex in-  
scriptione Ravennensi, admodum detrita,  
quam recitant Volaterranus l. 16. Com. Urban.  
& Blondus Forol; l. 2. Romæ triumph. Pertinent  
huc *Novendiale sacrificium*, à nono die à morte  
ita dictum, quo funerationis solemnia fiebant.  
Porphy. in Horat. epod. 17. Donat. in Ter.  
Phorm. *Exverria*, quibus certo scoparum gene-  
re domus, unde mortuus erat elatus, ab Ever-  
riatore putgabatur: Festus. Et *Denicales feria*,  
de quibus Cicero l. 2. de LL. & Columella: Add.  
Beroald; ad: l. 9. Apul. Japonii adhuc solempni  
biduo animas defunctorum advocant, expi-  
ant, iisque epulum exhibent per Bonzios, id est,  
sacrorum præfectos. Vid. Petri Maffei litt. Ja-  
ponicas l. 3.

H 2,

Urbis

Urbis ROMÆ nomini honores divinos tribuisse Smyrṇæos, Pergamenses, Athenienses, Fabricius docet, atque Atheniensem adducit inscriptionem, quæ ante everſam à Mahōmete II urbem in vestibulo templi quondam Palladi, postea B. Mariæ Virg. sacri legebatur:

Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑΙ ΡΩΜΗΙ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΩΙ ΚΑΙΣΑΡΙ  
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ ΠΑΜΜΕ-  
ΝΟΥΣ ΤΟΥ ΞΗΝΩΝΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ, ΙΕΡΕΩΣ ΘΕ-  
ΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΝ ΑΚΡΟ-  
ΠΟΛΕΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙ-  
ΣΤΗΣ ΑΣΛΕΙΠΙΑΔΟΥ ΑΛΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΕΠΙ  
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΡΗΟΥ ΤΟΥ ΜΩΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ.

Unde ei tot templa erecta: Romæ Victrici, Romæ & Libertati, Romæ & Saluti, Romæ & Veneri i. e. Romanæ Veneri, cui non thure solum, sed & victimis, auctore Servio, sacrificabatur. Vid. Mamertini paneg. ad Maxim. Sacerdotes etiam constituti. Marmor antiquum: URBIS. ROMÆ. ET. SALVTIS. SACERDOS. M. TVLLIVS. M. F. CORN. CRATIPPVS. In Veronensi marmore *Urbis Sacerdos* memoratur Q. CÆCILIVS. Et in Lugdunensi ADICINVS. VRBICI. F. Vid. Fabrici Rom. c. 2.

Fontibus quoque & aquis hostiæ data. Athanasius: ἄλλοι ποταμούς, καὶ κρήνας, καὶ πάντων μάλιστα Αἰγυπτίαι τὸ ὕδωρ προσετιμήκασιν, καὶ θύας ἀναγορεύουσι. orat. contra gent. Jul. Firmicus:

micus: *Aquas colunt, aquis supplicant, aquas superstitiosâ continuatione venerantur.* l. de err. prof. relig. Wilibaldus de Cattis: *Alii etiam ligni & fontibus clanculo, alii autem aperte sacrificabant.* c. 8. Horat. l. 3. Od. 13:

*O fons Blandusia, candidior vitro,*

*Dulci digne mera; non sine floribus*

*Cras donaberis hædo.*

Causam ejus rei profert Lipsius; quia nempe opinio prisca erat fluvios & fontes minores esse Deos sive Genios; not. ad c. 26. paneg. Plinii. Imò habere & continere Genios, qui aquis & fluviis præsideant. Inscriptio Bonali in Hisp. FONTIS. AGINEES. GENIO. E. P. CCCLVI. H. S. T. ALEXIS. AQVILEGV. V. S. L. M. Alia Romæ; GENIO. NVMINIS. FONTIS. SERMON. CHRYSEROS. CAESARIS. NOSTRI. LIB. GANGALA. Vid. Gruterum in inscribt. p. 93, 94. Ex eo legitur in inscribt. Nescaniæ in Hisp. FONTI. DIVINO. & Poëtæ fluvios adpellant sacros. Vid. Hor. l. 1. od. 1. Juv. sat. 3. & alios, Seneca: *Magnorum fluminum capita veneramur, subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; Coluntur aquarum calentium fontes; & quadam Stagna, vel opacitas, vel immensa altitudo sacravit.* ep. 41. Et in quibusd. navigare vetitum. Plin. l. 8: *Nulla in hoc navis (sacer enim est) sed innatant insula* Vid. Tac. l. 14. ann. Aliam tamen rationem in illud Virg. Ecl. 1. Et san-

*tes sacros &c.* Servius subnectit: *Nam omnibus,* inquit, *aqui nymfa præfident.* Nervosius meherculè quàm Lipsius. Frequenter enim ad fontes & fluvios Nymfæ dormientes reperiuntur, innixæ amphoris suis. Probat hæc aliquibus exemplis Fabricius in Rom. c. 16: ubi notandæ inscriptiones ad illa loca, qualis est ea in hortulo Colotii:

*Hæc Nymfa loci, sacri custodia fontis,  
dormio, dum blanda sentio murmur aquæ.*

*Parce meum, quicquid tangis cava marmora, somnum  
Rumpere: Sive bibas, Sive lavere, tace.*

Et alibi in fontis margine:

NYMPHÆ. LOCI.

BIBE. LAVA. TACE.

Vid. Gruterum in inscribtt. l. c. Vossium de Idol. 2, 80. Sed & alia simulacra adposita, multiplicibus iterum testimoniis confirmat experientissimus Fabricius l. c. Hinc & pons Sublicius (qui aliàs Aemilius, Herculis, Lepidi, aliquando Marmoratus, quia è solido marmore, dictus) *Sacer* habebatur, ex quo etiam Horatius solus adversus Etruscorum exercitum pugnavit. Tiberinum pontem Romæ Pontiff. primum curârunt, deinde Censores, Viarumque curatores. Fabricius Rom. c. 17. Quò referri debent Fontanalia, de quibus Stuck. f. 24. Eund. ferè honorem Arboribus ap. vet., præsertim Indos, delatum monstrat Cœlius L. A. 12. 1.

Ber-




Bernartius ad l. 5. Theb. Statl. Sedulius l. 1. mirabilium:

*Arboreū alius ponit radicibus aras,  
Instituitq; dapes, & ramos flebilis orat;  
Ut natos, caramq; domum, dilectaq; rura,  
Conjugiūq; fidem, famulos, censūq; gubernent.*

Necnon Montibus, qui dii existimati, veluti Carmelus, Amanus & alii, Vid. Giraldus synt. 1. Vossius l. 1. c. 5, 38. & 39. Stuck. f. 23. R. Maimonides: הגוים העובדים את ההרים ואת הנבעות ואת האילנות הנטועין מתחלתן לפרות ואת המעינות הנטועין לרבי i. e. *Gentiles venerantur montes, colles, arbores primò fructuum causā plantatas; fontes in publicum fluentes.* lib. Akom. c. 8. §. 1.

Neque verò hoc omittendum; plures Deos, si uni sacrificatum, invocatos, additā communi clausulā: ἀπα σὺν ναοῖς καὶ βασιλοῖς, quæ postea in proverbium exiit.



## Cap. VI.

**S**acerdotum synonyma varia. Cupentus. Tutuli. Differunt Sacerdotes, Sacerdotales viri, Sacrati, & Sacrandi. Stuckius ridetur: ἱεροποιοί, ἱερομνήμονες. ἱερεῖς unde? Pontiff. Romani: Eorum officium:

*auctoritas: numerus. Pont. Max. quia?*  
*Ejus officium. Pontiff. minores. Etymon*  
*Pontificis. Duobus auctoribus velum de-*  
*trahitur. Pontiff. nomina græca. Rex Sa-*  
*crorum. Flaminum origo: etymon. Flam-*  
*me. Flaminum numerus: Dialis auctori-*  
*tas & officia. Flamines majores: minores.*  
*Flamines Impp. decreti. Flaminii: Flami-*  
*nula. Saliorum numerus & origo: Etymo-*  
*logia. Salisubulus. Saliorum præsul: Sy-*  
*nonymia. Saliaria verba. Ancilia quid,*  
*quot, & unde? Mamuri nomen celebre.*  
*Panis sacra ap. Romanos prima. Luper-*  
*calia. Februata dies. Lupercorum solemnia:*  
*(Evander quis:) Flagellatio: Nominis ori-*  
*go. Galli castrati & cur? Duo proverbia*  
*explicantur. Galli unde dicti? Galli signi-*  
*ficatio generalis & specialis. Castratio Sa-*  
*miâ testâ facta. Galli cur testâ castrati?*  
*Plinius notatur. Unus Juvenalis, unus*  
*Claudiani, & duo Martialis loci excutun-*  
*tur. Quædam castratio fiebat ferro, quæ-*  
*dam potione, quædam concubâ. Origenes*  
*castratus. Galli ubi castrati? & alia de iis*  
*memorabilia. Gallare. Archigallus. Gal-*  
*lorum*

lorum poena. Galliambus. Corybantum etymon: saltatio; galea; vociferatio; clangor. Idei Dactyli. Augurum initium; auctoritas; numerus. Fratrum Arvalium numerus; origo; nominis ratio. Fecialium officium: etymon: Item Patris Patrati. Pinarii, Potitii. Βαώνης, βέτης. Θεωροί. Κρητολόγοι. Famuli Ideæ matris mendici: Eorum nomina. χελιδονισαί: χελιδονίζαν. Tibicines. Tubilustrium. Camilli, Camille. Mercurius. Praefultor. Viclimarum ductores varii. Viclimariorum officium: Dicti sunt Cultrarii. Pope quinam. StuckI navus. Parrhasius taxatur. Pope & Viclimarii differunt. Sacerdotum Aegyptiacorum encomium. Laërtius culpatur & excusatur. De Magi voce conjectura. Sacerdd. Aegypt. discipuli: Eorum invidia: officia & mores. Tria eorum genera: Nonni: Nonnæ. Sacerdd. Aegypt. vituperatio. Aegyptiorum litteræ: Sacerdotum eorund. litteræ: Visuntur in antiquis monumentis. Trismegistus πλουγέαφϞ. Gesneri lapsus. Litteræ Aegypt. etiam aliis notæ: Variè adpellantur: Vnde

H S

de

*de Hieroglyphicæ dictæ. Latent in S. Scr. Iudaicorum sacerdd. initium: (Sacerdotia gentilia Beneficia iuris Patronatus). Quotuplices? Pont. eorum cur Maximus dictus? ןס. Iudaicorum sacerdd. numerus. Cur ex Levitis sacerdotes? Aaronia stirps ιερωτάς, Levitarum etymon, Variæ ap. Iudeos sc̄la. כמרים quinam? כמרים.*

**R**equentibus apud omnes Gentes Dii stipati erant ministris, qui pro urbe, familiâ, hominibus facerent, dicti Latinis *Sacerdotes, sacrifici, sacrificuli, sacricolæ & Curiones* testibus Varrone & Giraldo synt. 17, p. 461. Ap. Sabinos sacerdos *Cupentus* vocabatur, tradente Servio, quâ voce utitur Virgilius l. 12. Aên. Minorum deorum sacerdotes in specie audivisse *Tutulos* refert Varro. Alii autem erant *Sacerdotales Viri*, qui nempe ad Sacerdotium adspirabant, & *ιερευητες* creari poterant: Alii *sacratî*, nempe *μεμνημένοι*, qui in fronte stigmata gerebant: Alii *sacrandi*. Quàm pueriliter verò Stuckius vir gravis delirat (si seriò id facit) *Sacerdotis* vocem à *σάκκος* & *κέρδι* derivans, quod sit quasi saccus quidam lucri. Græcis ἀρη-

ἱερητῆρες, ἱερεῖοι, θῦται, θυτῆρες, θουσκίοι, κωκόροι, ζακόροι, θυπώλοι, προφῆται, ὑποφῆται, μάντις, ἱεομάντις, χρησμάδοι, χρησμολόγοι, παναγῆς, τελεαί, καθάρται, ὑπηρεταί, ὀργεῶνες, τριτύαρχοι, χαλαζοφύλακες, μυσταγωγοί, ἱερεργοί, ἱεροπιοὶ (sed ap. Demosth. peculiariter ita nuncupantur, qui sacra faciebant Eumenidibus præsidibus Areopagi) ἱερευτῆρες, ἱερομνήμονες (quomodo etiam nominati sunt, qui ex quaque civitate ad Amphictyonicum concilium mittebantur, ut refert Harpocratio) ἱερῆς: quæ vox est, ut inquit Etymol. ἀπὸ τῆς ἱμῖ mitto, quia τὰς θυσίας τῷ θεῷ ἀναπέμπει; vel ab ἱερός. Vid. elegantes notulas Joh. Harmari ad Eclog. Sentt. Chrysost. p. 85. Jul. Pollucem l. i. & 8. Onom. Ebraeis כהנים, item כהנים, & quandoque in S. Literis allegoricè propter multiplices expiationes כהנים i. e. medici. Vid. Jerem. 8. 32. Chaldæis כהנים & כהנים. Vid. Stuck. p. 66. & seqq. Nec abs re existimo, si præcipuos eorum huc adducamus.

Fastigium occupent PONTIFICES ROMANI, nulli non divûm adsignati. l. 2. XII Tabb. cap. de host. & obf. sacr. Tit. de Relig. Eorum collegium Numa instituit, & Max. Pont. Martium, Marti filium, ex patribus legit,

ojmāz

esque decretum omnia publica privataque, subiecit, auctore Livio Pontifices, inquit Dionysius, magnum ap. Romanos Sacerdotium & nomen habent, cum sint rerum maximarum domini, multareque consueverint, quos viderint jussis suis minime obsequentes: Ipsi vero nec Senatui, nec populo Romano rationem Sacerdotii sui reddere coguntur. Habebant enim in Judicio Juris civilis interpretandi rationem & facultatem, ut colligere est ex l. 2. §. Ex his. ff. de Origine juris. Eosd. diu præterquam à patribus creare non licuit. Fuere ab initio IV numero: sed postquam maximorum quorumque honorum partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit, IV adhuc alios creari ex plebe Pontiff. placuit: Quicquid Pontifices statuisent de Religione, Diis immortalibus, ædibus sacris, id satis sanctum, augustum, religiosum populo Rom. & Senatui visum est. Princeps eorum *Maximus* vocabatur, cumque Regem aut Imperatorem eligi mos erat. decr. Canon. dist. XXI. Hic sacrificantes observabat, Deorumque cultum docebat; puta, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fieri deberent. Res omnes singulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi iis, qui etiamnum *annales maximi* nominantur. Vestales capiebat, earum curam gerebat, peccantes verberabat, corruptas defodiebat, ægras mandabat

dabat matronis, & lictorem adparere è sacrario Vestæ egredientibus jubebat, qui submoveret occurrentes meretrices, solveretque, qui ad necem duceretur. Vid. Sædum de M. & R. G. §. 17. Reliqui *Minores* dicebantur, quorum iterum *Maximus* erat, qui primus in collegium receptus; minimus, qui novissimus. Eos, ut Varro ait, Q. Mutius Scævola Pont. Max. à *posse & facere* adpellatos esse dicere solebat, sed ea denominatio à M. Varrone haud satis probari videtur. Nam is (ut & Dionys.) à *ponte & facio* Pontifices adpellatos putat, eò, quod ab his primum pons sublicius factus, ac sæpe deinde refectus esse perhibeatur. Quare videntur à Numâ non *Pontifices*, sed *Sacerdotum Principes* nominati, & inde regnante Anco Martio, quando sublicius pons factus fuit, à *ponte*, *Pontifices* adpellati; & ideò sacra ab eis trans Tiberim non mediocriter ad pontem fiebant. Quidam *Pontifices* dici scribunt, quòd potentiâ sacra faciant. Verba sunt partim Fenestellæ istius personati (L. enim Fenestella LivI temporibus vixit; at libelli, qui hodie sub ejus nomine circumfertur, auctor genuinus est: Andreas Dominicus Floccus, Florentinus, Pontificis quòd. secretarius, homo, ut autumo, tardi & obruti ingenii; qui adeò imprudenter se & mendacium suum, ut forex, prodidit. c. 5. in fin. Vid. Egidiæ Wiltsum, præf. in hunc auct.) c. 8. partim Pom-  
pont

poni Latini (sub cujus itidem nomine alius latere scriptum paucissimi norunt; est tamen profectò fœtus subpositivus, patremque agnoscit Petrum Calabrum è nobili Sanseverinate familiâ spurium) c. 10. Græcis vocati sunt *θιασάρχαι, δεχιεῖς, ιεροφάνται, ιεροδιδασκαλοι, ιερονόμοι, ιεροφύλακες, γεφυροποιοί &c.* Vid. de his omnibus Philologus Consummatissimus, Magnus JOH. ANDR. BOSIUS, Vir bonis littëris juvandis unice natus, & ad unguem factus, Præceptor meus exoptatissimus, Patro- nus certissimus, tract. auro ceteroq; digno, quem de his ipsis luci donavit. Itemq; H. Savill not. in vit. Jul. Agricolæ. Raphaël. Volaterræ & Henr. Bebeliû de Sacerdd: Rom. Giraldum synt. 17; p. 357: Choulum p. 263. & seqq. Pertinet huc etiam REX SACRORVM, sive Rex Sacrificulus, qui Pont. Max. subiectus erat: Ejus uxor Regina sacrorum dicebatur. Institutus est à Romanis post reges exactos, propter sacra quædam, quæ per regem tantum celebrari decebat. Vid. Plutarch. probl. 62: cum not. Boxhorni.

Metitò & FLAMINES inter antesignanos refero, singulis divis à Pompilio institutos: Suidas. voc. *Numa*: dictos quasi *Filamines*, quòd; teste Festo, ad siduo filo circumgyrentur; vel; referente Plutarcho, quasi *Pilamines*, seu *Pileamines*, ex pileorum gestatione; sine quibus

- 80 -



domo egredi nefas ducebant: vel ab infulis, ut prodit Pomp. Lætus, quas *Flammæ* dictitant. Fuere Dialis unus, Martiales duo, Quirinalis unus. Aurel. Vict. de vit. ill. Addebant postea Vulcanalem; Furinalem, Palatuaalem, Falacrem, Viminalem, Carmentalem, Pomonalem; & à Deo, cui sacrificabant, cognominatos; ita ut ad XV numerus exeresceret; inter quos tamen Dialis maximæ existimationis erat, cœu legere est ap. Augustinum, Plutarchum, Livium, Macrobiū, Agellium, Servium & alios. Ratio est, quia Dijovis sive Jupiter primarius Deorum, Divūm pater, atque hominum Rex. Eum Plinius *Flaminem sacrorum* vocat. Ille solus, ut Varro ait, album habuit galerum: Illum salvā religionē nec exercitus armatos videre posse scribit Fabius Pictor, nec annulo uti tasso, nec nodum in veste habere, non intimam tunicam sub dio exuere, nec ungi; non capream, cassidem crudam, hederam, fabam, tangere aut nominare; nec nominare canem aut capellam, nec equū contingere, cove uti, nec fariinam fermento confusam, mortuūve; nec funestam domum ingredi; non vitium propagines succinderē, nec jurare, aut ab urbe tribus diebus abesse. Capillos huic non detondebat servus, eorum & ungvium segmina sub arborem siliquam terrā operiuntur. Vincit ejus ædes ingressus liberatur, & demittitur per im-  
pluvium

pluvium; liberatur etiam ejus pedibus provid-  
 latus, & eo die à pœnâ tutus est. Mortem non  
 licet obire cum pileo, nec flamen esse uxore  
 defunctâ. Hæc ferè Alex. Sardus l. 3. de M. &  
 R. G. c. 17. Vid. omnino Plutarchus probl. 39,  
 44, 50, 106, 107, 108, 109, 110. Agellius N. A.  
 10. 15. Fenestell. c. 3. Raphaël Volaterr. Bebeli-  
 us, & Choulius p. 258. Egregius mehercule de  
 Flaminis Dialis electione Taciti locus l. 4. ann.  
*Nec alibi (inquit ibi Vir ἀμείρεται ἐξ ἀναγνώσεως*  
*Lipsius) tam expressi ritus in legendo Diali. De*  
 hoc autem nomine alibi nos, si fata favebunt,  
 agemus. Potest interim videri Canterus not.  
 12. in Peplum Aristotelis. Primi tres eorum  
 non nisi ex Patribus legebantur, vocati *maiores*;  
 reliqui ex plebe, *minores*. Cœl. L. A. 12. 8. Hu-  
 jusmodi Flamines nescio an adulatio an ambi-  
 tio Imperatoribus vivis defunctisq; decrevit  
 v.g. J. Casari. Suet. c. 76. Augusto, qui Augustal-  
 es dicti sunt. Lapis priscus: NERONI. CÆSA-  
 RI. GERMANICI. F. TI. AVGVSTI. N.  
 DIVI. AVGVS. PRON. FLAMINI. AVGV-  
 STALI &c. In inscriptione Romanâ mutilâ  
 Germanicus dicitur: AVGV. FLAMEN.  
 AVGV. In Hispanicâ pro Flamine Augustali  
 CÆCILIVS. nominatur FLAM. ROM. DI-  
 VORVM. AVGVSTORVM. Vid. Choulium  
 p. 268, & seqq. De Flam. Trajani, lapis Brixia-  
 nus in æde divi Faustini. P. CLODIO. P. F.  
 EAB.

FAB. SVRAE. Q. FLAMINI. DIVI. TRAJANI &c: Tergestanus de Hadriani: L. VARIO. PAPIRIO. PAPIRIANO. II VIRO. I. D. II VIR. I. D. Q. Q. PRÆF. FABR. ROMÆ. ET. TERGESTE. FLAM. HADR. Vid. de his Dionys. l. 1. Liv. l. 1. Varr. l. 1. L. L. Fenestell. c. 5. Pomp. Latum. c. 7. Ludov. Vivem in Aug. de C. D. 2. 15. Lipsium in l. 4. ann. Tac. Giralduum synt. 17. p. 458. Horum Sacerdotum ministri *Flaminiis*; ministre *Flaminule* vocabantur.

Excipiunt hos SALII, Martis Gradivi sacerdotes XII, à Numâ lecti, quibus alios XII adjecisse traditur Tullus Hostilius, crescentibus tandem ad collegium, & collegii Sacerdotum Magistratum. Florus l. 2. Jornandes de R. G. c. 5. Victor de Vir. ill. c. 3. Suidas voc. Νῦμα. Fenestella c. 7. Pomp. Lat. c. 8. Dicti sunt à saliendo, quod quibantinis in Comitibus facere solebant & debebant; vel, quia cantantes saltantesque ancilia Romæ gestabant. Pomp. Lat. l. c. Ovid: 3. fast. *Jam dederint Salii à saltu nomina dicta* Hor. l. 4. od. 1: *Pede candido in morem Saliam ter quasiens humum*. Inde Mars à Pacuvio & Catullo carm. 17. *Salisubfusus* vocatur, quomodo à Douzâ Camœnæ l. 1. carm. 5, & Monachi hend. 7. Alii, teste eod. Lato, à viro Samathrace seu Mantineo, nomine Salio, inventore sal-

I

tationis

tionis in armis derivant. Primus eorum  
*Praeful* est dictus. Ipsi aliàs vocati sunt *Ianes* vel  
*Eani*. Voss. l. 4. c. 1. sect. 7. inst. Orat. item *Pa-*  
*latini*, *Agonales* & *Collini*, prodente Dionys. Ha-  
 lic. Inscriptio Rom. P. CAELIO. P. F. & c: SA-  
 LIO. COLLINO. Vid. Choulum p. 259. Car-  
 minis Saliaris obscurissimi meminit Horatius;  
 unde à Sidonio *verba Saliaria* pro obscuris po-  
 nuntur. Ancilia autem scuta erant cavatâ spe-  
 cie, habentia latera arctiora, quæ Cal. Martiis  
 per urbem collo suspensa ferebant, Martis in-  
 terim laudes canentes. Lucanus: *Et salius lato*  
*portans ancilia collo*. Juv. sat. 3.

*Arcano qui sacra ferens nutantia loro*

*Sudavit clypei ancilibus.* — —

Unicum primò tantum fuit, quod in regiam  
 Numæ anno IIX regni ejus è cælo decedit. Vir-  
 gil. *Et lapsa ancilia cælo* 8. Aen. Vid. Servium. In  
 quo, cum Romani imperiū fatum esset, ne for-  
 te subtrahi posset, IX similia Mamurius fabri-  
 cavit, Nobilis eâ tempestate artifex, mercedis  
 loco non pecuniam, sed gloriam petens: cujus  
 etiam nomen à Saliis in quorumlibet carmi-  
 num suorum fine recitabatur. Fenestella. Di-  
 ctum ancile, vel ab *ἄγκυρι* i. e. cubitus, vel, ab  
*ἄκρον*, remedium, vel, quod ancisum sit i. e.  
 undiq; circumcisū. Ovid. 3. fast. Muretus *ἄγκυλον*  
*curvum* esse ait, & inde deduci *ancylia*, *anciare*,

*οκάν-*

*Exanclare, angulus* V. L. 13. 17. Vid. not. ult. accuratissimi H. Savill in l. 1. Hist. Taciti J. Lipsium. A. L. 5. 16. Eorum formam antiquitarum studiosis è duobus obsoletis humis in tabellâ capituli IX præfixâ litt. F; & G, proponimus.

Sequuntur LUPERCI; Panis, Fauni, seu Silvani, Sacerdotes, cui omnium Deorum ap. Romanos prima sacra facta; de quorum origine Plut. in Rom. & Ovid. in fast: Hi Lupercalia, sacrificia & ludos ad expiandos manes, mense Februario (unde dies Lupercaliorum XV Cal: Mart: *februaria* dicta) exercebant; perque urbem nudi discurrentes mulierum manus fecunditatis gratiâ hircinâ pelle percutiebant: Vid. Boxhorn: quæst. 35. Juv. l. 6. *Nec prodest agili palmam præbere Lupercis*; Quod solemne Evander (Notâ nomen hoc non fuisse proprium regis; sed cognomen ducis fortis; qui, sicut Paris *Ἀλέξανδρος*, ita ille dictus est *Ἐυάνδρος*. Voss. de idol. 1, 12) rex ex Arcadiâ in Latium transtulit. Erat & alia flagellatio pro fecunditate; ubi femina Romanæ ipsæ Lupercos accedebant: De eâ Choulius: *Et quand les femmes Romaines ne pouvoient cōcevoir, elles aloyent faire leur devotion au temple de Jūno, sur nommee Lucine: là ou se tenoit un Sacerdote Lupercal, qui les faisoit despouïler toutes nûes, & prosterner contre terre devant luy: & alors il les battoit avecques*

*un fouet, qui estoit fait des courroyes du cuir d'un  
Boue, pour les faire en apres concevoir, de relig. vett.  
Rom. p. 172. Hinc extat æreū nomisma Lucillæ  
Antonini filia, ubi videtur fœmina in throno  
sedens, manuq; tenens flagrum, cum epigraphe:  
JVNONI LVCINÆ. Dicti sunt vel à Lupā  
nutrice Romuli ac Remi; vel à Luere i. e. pur-  
gare capris, quæ eo sacrificio mactabantur; vel  
à Lycæo Arcadiæ monte; vel à Pane Lycæo,  
qui propter lupos arcendos canario sacrificio  
(cū naturaliter canis lupo aduersetur) fuit  
cultus. Fusè hæc pertractata habes ap. Fenest.  
c. 1. Pomp. Latum. c. 2. Adde Servium 8. Aen.  
Ovid. 2. fast. Plutarch. probl. 67. Bercaldum in  
4. Propert. Girald. synt. 17. pag. 475.*

GALLI, Cybeles matris Deūm sacerdotes,  
semetipsos castrabant, unde proverbium: *Gal-  
los quid exsecas?* Et in Cybeles sacrario factos  
dici eviratos, ex Synesio docet Hadr. Junius.  
cent. 1. prov. 30. ad eos egregiè adludit Martia-  
lis l. 13. epigr. 60. 61. Factum illud ideò, quod  
Atys puer, quem Dea amavit, virilia sibi am-  
putavit. Fenest. c. 12. vel, ut significarent, eos,  
qui semine indigeant terram sequi oportere,  
quæ est mater Deūm. Augustin. l. 7. de C. D.  
c. 24. Brodæus misc. 5. 13. Janus Parrhasius in  
l. 2. Claud. de de rapt. Proserp. Aliam tamen  
causam promit ille, qui à Lucilliâ uxore phil-  
tro in furorem adactus est, Lucretius l. 4. de  
N.

*Gallos*

*Gallos attribuunt, quia numen qui violārint  
Matrē, & ingrati genitoribus inventi sunt;  
Significare volunt, indignos esse putandos  
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.*

Unde & nomen (quod alii à Gallo flumine Phrygiæ, templo hujus Deæ vicino, & ap. quem initiabantur: Alii à primo sacerdote, nomine Gallo: Junius not. ad Tertull. à Γῆ γ i. e. refecare: alii ineptissimè, quòd natione essent Gallii.) sortiri. Gallus enim, teste Hesychio, in genere dicitur exiratus, spado; quo sensu Mar-  
tialis. l. 35.

*Nec castrare velis meos libellos,*

*Gallo turpius est nihil Priapo.*

Peculiariter verò ὁ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ὀργιζόμενος, & ita dicitur quasi ἄλλος ὡς γενόμενος, καὶ μεταβαλὼν τὴν φύσιν ἐξ ἀνδρῶν, καὶ ἔτε ἐὼν ὥν, ἔτε γυνή, ut docet Etymol. Castratio ista apud veteres plerunq̃ue Samiā fiebat, testā, Strabo l. 10. Camers in c. 5. & 6. Soliai. Lucilius de ridiculā mariti cujusdam vindictā. (ubi versus secundi maculam cum Victorio V. L. 17. 17. aliis eradendam relinquo) l. 6. Sat:

*Hanc ubi vult male habere, ulcisci pro scelere ejus;*

*Testā sumit homo Samiam, ibi an uno telo, inquit,*

*Precessit caulem, testesq̃ una amputat ambo.*

In primis verò ap. Gallos. Pomp. Latus: Galli testes Samiā testā sibi amputant. Juv. sat. 6.

*Bellona matriq; Deum chorus intrat, & ingens  
Semivir, obsceno facies reverenda minori;  
Mollia qui ruptâ secuit genitalia testâ.*

Martialis. li 3, epigr. 81:

*Abscissa est quare Samiâ tibi mentula testâ,  
Si tibi tam gratus, Betice, cunnus erat?  
Castrandû caput est; nam sis licet inguine Gallus;  
Sacratamen Cybeles decipis, ore vir est.*

Et ideo maxime testâ in castrando illis opus  
fuisse conjicio, quia eâ sibi ipse Atys testes ab-  
stulisse dicitur ap. Quid. 4. Fast: *Ille etiam Saxq  
corpus ianiavit acuto. Catullus de eod. Devol-  
vit ipse acuto sibi ponderaq; filice. Arnob, Rapit Atys  
testulam, & sub pini arbore genitalia sibi defecat.*  
l. 5. advers. Gent. Plinius tamên aliam habet  
causam: *Samiâ testâ Matri deum sacerdotes, qui  
Galli vocantur, virilitatem amputant; nec aliter ci-  
tra perniciem, si M. Cœlio credamus, qui linguam sic  
amputandum objecit gravi probro, tanquam & ipse  
jam tunc eidem Vitellio malediceret. Quid non ex-  
cogitavit ars? fractû etiam testis utendo sic ut firmi-  
us durent, tufis calce additâ, quæ vacant signina.*  
H N. 35, 12. Confutabunt hæc mox ut falsissima  
Horatius ac Petronius, qui castratoribus expres-  
sè ferrum tribuunt. Majorem certè fidem me-  
ruisset, si *citra dolorem* dixisset, quod facile con-  
firmat Plutarchus, vel quicunq; auctor fuerit  
libelli illius de fluminibus, qui refert in fluvio  
Phrygiæ Sangario (in quem Gallus influit) lapi-  
dem



dem quendam nasci admirabilem, quem, si quis, id quod tamen rarò fit, invenerit; castrationem, naturæ inimicam atque contrariam, Sacerdotibus illis Gallis usitatam, æquo patientique animo tolerare posse. Stuckius ibi matris Deum templum fuisse existimat. Schol. in Arriani periplum Ponti Euxini. Inferri h. l. facile posset Juvenalis locus sat. 2.

— — *Phrygio quos tempus erat jam  
More, supervacuam cultri abruptere carnem.*

Et Claudiani l. 1. in Eutrop:

*Cymbala ferre licet, pectusq; inlidere pinn,  
Inguini & reliquum Phrygiæ abscindere cultri.*  
Exponerem tamen hîc; Testaceis aut saxeis;  
non ferreis; cum & illi non adeò insolentes  
fuerint: qualibus v. g. Judæos aliquando circumcidi Deus præcepit Jos. 5. v. 2. 3. Vnde Choulius: *Les Juifs en leurs circoncisions n'oyent de couteaux de pierre.* p. 321. Possent & occini duo Martialis loci, alter l. 3. epigr. 24.

*Ut citò testiculos sed acutâ salte secaret &c.*

*Sic modò qui Tuscus fueras, nunc Gallus barnapex,*  
Alter l. 2. epigr. 45.

*Qua tibi non stabat, præcisa est mentula Glypte:*

*Demens, cum ferro quid tibi? Gallus eras.*

Utrobique Gallus generaliter Spadonem, Eunuchum significat. Atque ita aliis se castrantibus neutiquam ferrum denegamus. Horatius etiam: *Ut cuidam testes caudamq; salacem De-*

*metoret ferrum. l. 1. sat. 2. Petronius satyræ*

*Perfarum ritu male pubescentibus annis*

*Subripuere viros, exsectaq; viscera ferro*

*In Venerem fregere.*

Neque aliis potionem. Ita ἱεροφάνται sacro-  
rum Antistites Athenis cicutæ poculo se ca-  
strabant. Origenes Adamantius, presbyter ille,  
qui sex mille tractatus conscripsit, medicamen-  
to generandi vim sibi ademisse dicitur. Licet  
Tritthemius nullâ instrumenti factâ mentio-  
ne, ut mulieribus securè auderet prædicare, e-  
um se castrari fecisse testetur. lib. de Scribit.  
Eccl. in ejus vitâ: Suidas verò evirationem  
planè reticeat. Plinius mentionem quoque fa-  
cit conchæ in castratione adhibitæ: *Plenam, in-*  
*quit, ventu fletisse navem portantem nuncios â Pe-*  
*riandro, ut castrarentur nobiles pueri, conchasq; quæ*  
*id præstiterint, ap. Gnidiæ Venerem coli.* H. N.  
9, 25. Cæterum Gallorum castratio fiebat ad  
tibix cantum, quod ad exsectionem furenti ra-  
bie stimulabat, ut videre est ap. Tibullum 1, 4.  
Ovid. in lb. & quidem prope fluvium Gallum.  
Herodianus: *Φρύγες ὠργιάζον πρὶ τῷ ποταμῷ*  
*γάλλῳ παραρρέοντι, ἀφ' ἧ τὴν ἐπωθυμίαν*  
*φέρουσιν, οἱ τῇ ἱδρὶ τομῆαι ἰσχύμενοι.* In iis no-  
vem observat Vossius: *Vestitum, evirationem,*  
*capitis jactationem, capillorum inunctionem, inces-*  
*sum mollitiem, lacertorum sectionem, ejulatum, eru-*  
*scatio-*

*stationem, furorem*: & uberius explicat de Idol.  
2. 53. Hunc, qui imitabantur, *gallare* vocaban-  
tur, teste Varrone. Præcipui eorum dicti sunt *Ar-  
chigalli*. Plin. H.N. 35, 10. Eos delinquentes flagro  
ossiculis cōtexto punire moris erat, quē indicat  
Plut. lib. advers. Colot. ἔδὲ μάστιγι ἐλευθε-  
ρας δέομεν, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκεί-  
νης, ἥ τὰς γάλλας πλημμελῶντας ἐν τοῖς μη-  
τρῶοις κολάζουσι. Vid. de iis plura ap. August.  
c. 25. l. 7. de C. D. Ovid. 4. fast. Camertem ad-  
not. ad Solini c. 7. & ad Claudian. 2. Eutr. Gi-  
raldum synt. 4. Vossium l. c. & 1, 20. Choulum  
p. 271. & seqq. Ab his nuncupatus est *Galliambris*.  
Vid. Muret. in Catull.

CORYBANTAS ejusd. Sacerdotes Sceptius  
dictos putat ἀκρυβᾶν, quod in sacris inter sal-  
tandum capita moverent, more Homericorum  
βηταρμόνων: Alii ἀκώρη, pupillā, quod custo-  
dientibus eis Jovem, apertis oculis dormiendū  
fuerit. Diodorus Corybantum Lasci & Cy-  
beles filium eis vult nomen indidisse. Alii  
παρὰ τὴν κόρυθα deducunt, quod galeatis in-  
cederent capitis. Strabo furore agitados  
κρυβαντας adpellatos tradit: At Sacerdotes  
illi in sacrificiis suis cymbalorum, tympano-  
rum, tibiarum, armorum & vociferationum  
strepitu & clangore (de quo Chytraeus ad Bu-  
chan. Psal. 68.) furentibus nō erant dissimiles.

I 5

Vid.

Vid. Strab. l. 10. Girald. synt. 1. pag. 24. Ejusd., quoque ministri erant IDÆI DACTYLI, de quorum numero varias sententias vid. ap. Girald. synt. 1.

**AUGURIBUS** perpetuum Sacerdotii insignē à Numā constitutum est (quamvis initia à Romulo ducant) cui quidem tantum auctoritatis & venerationis accessit, ut nihil domi forisque nisi auspiciatō gereretur, & ad sapientiæ nobilitatisque primarios id sacerdotium deferretur; Illiq; soli, utut summorum flagitiorum comperti, tamen sacerdotio non moverentur, Plutarch. probl. 98. Creati sunt initiō tantum tres, ex tribus sc. tribubus Rhamnensium, Tatiensum, Lucerum; quibus postea unus addebatur: tandem ad IV. Patricios, V ex plebe adjecti sunt. Dicuntur illi ironicē ab Arnobio *interpretes divina menti & voluntatū*. l. 5. advers. Gent. Vid. Dionys. l. 2. Cic. 1. de div. Livium l. 1. Ovid. 4. fast., Stat. 3. Theb., Plin. l. 4. ep. 8, tot. cap. Ll. XII Tabb. de duob. Sacerd. generibus. Tit. de relig. & in illud Spiegell not. Fenestell. c. 4. Pomp. Latum c. 5. Sardum de Mor. & rit. gent. 3. 17. Girald. synt. 17. p. 459. Choul. p. 248. & seqq.

**FRATRES ARVALES** Romulus XII Accæ Laurentiæ instituit, de quo Agell. 6. 7. Ejus collegii insigne fuit spicea corona, Id. ibid. Plin. H. N. 18. 2. Dicti sunt *Fratres* quod primi  
Accæ

Accæ essent liberi; *Arvales*, quod pro arborum fertilitate facerent. Plura de iis habet Macrobius, l. 1. Sat. Varro l. 7. de L. L. Plut. probl. 33. Lactantius l. 20. Feneſt. 3. Pomp. Læt. c. 4. Girald. ſynt. 17. pag. 459.

**FECIALIUM** officium erat ferire foedus, & indicare bellum: Eos dictos putant alii à fide, unde & malè quidam foedus deducunt; alii à faciendo. Ad Plut. probl. 62. Agellium 16. 4. Dionys. l. 2. Feneſt. 9. Pomp. Læt. 9. Ex hiſce Fecialibus **PATER PATRATUS** creabatur, qui foederi ſanciendo tantum præerat, à patrando nuncupatus. Eum Serv. Principem Fecialium ſtatuit. Vid. Plut. probl. 61. Liv. l. 1. Agell. 16. 4. Serv. ad l. 10. Aen. Feneſt. c. 10. Læt. c. 9. De **PINARIIS & POTITIIS** Herculis Sacerdotibus fuſe Fen. c. 2. Lætus. c. 3. Item Feſtus, Dionys. Halic. l. 1. Varro l. 1. de L. L. Macrobius, 3, 6. Livius l. 1. & 9. Aur. Victor c. 34. Val. Max. l. 1. c. 1. h. 17. Ovid. 1. faſt. Virg. 8. Aen. Girald. ſynt. 17. pag. 459.

Referri huc non ineptè poſſunt & debent Miniſtri Sacrificiorum v. g. Qui boves ad ſacrificia publica Athenis coëmebant, *Βωόντης καὶ βέτης*. Suid. Qui eodẽ donaria perferebant, *Θεωροί*. Halic. in Lyſ. Qui primitias, quæ Diis mitterentur, colligebant, *κεκολλόγοι*. Sardus. 3. 18: Qui ad Sacrificia ſtipem emendicabant, quod

quod nemini nisi famulis Idææ Matris licuit ex I. XII Tabb. præter. cap. de Sacril. perjur. inc. Tit. de Relig. Vid. fchol. Spiegel. Dicti sunt illi Latine *Aerufcatores* sive *Aefculatores*. Vossius

L. O. 4. 6. 4. Græcè Μητρεαγύετται, quomodo proverbialiter homines flagitiis contaminati, præsertim remulentiâ ac libidine, audiebant.

Hadr. Jun. cent. 9. prov. 23. Vid. de iis Girald.

ſynt. 4. Ap. Rhodios χελιδανισαὶ stipes conrogabant, quod χελιδονίζεν, dicebant; tali quidem petendi formulâ: ἤλθ' ἤλθε χελιδών, κα-

λὰς ὦραι ἄγασα καὶ καλὰς ἐνιαυτὸς δει-

Item: ἄνοιγ' ἄνοιγε πύλιν θύραν χελιδών.

Athen. l. 8. *Tubicines*, qui lauro redimiti inter sacrificandum tibiis; *Tubicines*, qui caneant tubis, imò etiam Sacerdotes, Viri speciosi, qui sacra faciebant tubarum lustrandarum causâ, quæ *Tubilustrium* dicta sunt. Festus. *Camilli & Camilla*. Romulus enim instituerat, ut, qui sine

liberis essent, gratissimos sibi singulos pueros & puellas ex singulis curiis eligerent, ut pueri

ad pubertatem, puellæ, quoad essent nubiles, sacris ministrarent, coronis interdum sacrificarent, & vitris essent redimiti; dicebanturque

Camilli & Camillæ. Tales visuntur ap. Chou-

lium in Vestalium sacrificio pag. 237. in monu-

mento, p. 283, in marmore Rom. p. 298. in co-

lumnâ Tajani pag. 306. Et in numo, tabellæ,

quam

quam infra capiti XVIII. præfigemus. Invenias etiam pro *Camillus* sæpe *Camillus* (veluti *Osci* dicebant *Casmœna*, *pœfna*, &c.) quomodo aliquando audivit *Mercurius* deorum minister. Vid. *Girald. synt.* 9, p. 294. & seqq. *Stuck.* f. 73. Cur autem sacerdotibus pueri patrimi & matrimi servierint, vid. causam ap. *Boxhornium* quæst. 34. Ita sicut ap. Romanos *Camillus*; sic ap. *Samothes* *Mercurius* dicebatur, qui *Axiëro*, *Axiocerso* & *Axiocersæ* ministrabat. Vid. *Voss. de Idol.* 2, 64. *Præfultor*, qui in libationibus singulis ex ordine pocula dedit plena vini ad libandum. *Id.* f. 134. Pueri, qui victimas deducebant ad aram de quibus infra pluribus. Hoc aliàs etiam *Victimarius* competebat, qui victimas emebant & vendebant, adducebant & ligabant, dum à Popo peterebatur, tenebāt, cultrum earum gutturi infigebant (unde & *cultrarii* dicti) easd. mactabant cultri per frontem ductu; aquam, molam, & reliqua necessaria parabant, clunadum seu thecam cultrariam è zonâ pendentem gestabant &c. Vid. *Stuck.* f. 8. 73. *Sardum* 3. 15. *Taubm.* in *Plant. Pers.* *Popæ* sacrorum erant ministri, seminudi & succincti, qui victimas venales habebant, eas aris adligabant, & percutiebant; quos *Stuckius* malè *cultrarios* nominatos dictitat f. 73. Deceptus forte opinione illâ, in quâ versatus *Janus Parrhasius*, qui popam cum *Victimario* eund. facit.

facit. adnot. in Orat. Cic. pro Mil. Licet Stue-  
kius inter hos distinguere videatur: Et revera  
distingvendi sunt; cum huic victimatio vel ju-  
gulario: illi verò Percussio convenerit. Alios  
tamen rursus in solemnibus Sacrificiis adduxisse  
se victimas, opinari me jubet Plinius: *cur publi-  
ci, inquit, lustru nomina etiam victimas ducentium  
prospere eligimus.* 28. 2. Adde Cic. de div.

Aegyptus artium; adveniente Macrobio;  
Mater, sacerdotes protulit futurorum cogniti-  
one & coelestium rerum scientia præcellentissi-  
mos, planeque ἀρχιερῶντες, ob rerum sacro-  
rum curam à Suida ἱεραπύρηντας dictos. Laër-  
tius quidem Magos vocat, sed id nomen Persa-  
rum propriè Sacerdotibus contingit, quod ipse  
indicat in præf. vitt. Nam & origine Persi-  
cum est, atque eâ linguâ idem sonat, quod no-  
strâ Sacerdos. Hi quippe Magi πρὶ ἱεραπείας  
θεῶν διέτελλον, καὶ θυσιάαι καὶ εὐχαίαι, ὥς αὐτοὶ  
μόνοι ἀκρόβινοι &c: Vid. Casaub. ex. 2. sect. 10.  
Barthius not. ad Claud. pag. 106. Phil. Caroli  
V. L. 2. 6. Excusari ramen poterit, si conjectura  
nostra in litteratorum scholâ locum inveniat,  
quâ existimamus, omnes promiscuè sapientes  
& sacerdotes ap. vet. (velut hodie veneficos)  
Magorum nomine insignitos fuisse. Ita Strabo  
Magos Cappodocum inducit. l. 15. Plinius: *Nihil  
habent Druida, ita suos adpellant Magos, &c:* l. 16.  
c. ult.



et ult. Ab illis igitur Aegyptiorum Magis omnes ferè gentes, nationesque religionem accepere; cum & Pythagoras, & Thales, & Solon, & Anaxagoras, & Cleobulus caerimoniarum incredendas potentias illis perdidicerint, ita, ut Mercurius terram illam mundi totius templum adpellet. Vid. Am. Marcellinum. 22. 43. Laërt. in vitt. Justinum 20. 4 cum notis Berneceri. Cum Platone tamen & Eudoxo vix paucissima arcanorum communicarunt annos XIV in Aegypto commorantibus. Suid. voc. *Apollonius*. Exinde à Papinio Metaphis audivit *Invida*. Hi Sacerdotes propter munditiam virilia circumcidunt (nulla enim ad Sacerdotium ap. eos admittitur foemina) & abrasione pilorum corpora levigant, scribente Herodoto. Adi Caussinum ad Horum l. i. hierogl. c. 37. Non tamen radunt palpebras & supercilia, quæ cum homine simul nascuntur. Cubant super Bajas i. e. folia palmarum, obliquo scabello capite deposito. Abstinent carne (nisi quod anseribus vescantur, & in plenilunio sue) piscibus, ovis, cepis, vino, lacte, oleo præterquam in oleribus: Fabas nec videre sustinent, nec saltem in mensâ habere. Fusius de his Porphyrius l. 4. *περὶ ἀποχῆς*. Sardus. 3. 38. Hadr. Junius cent. 3. adag. 1. Tria autem eorum genera: Prophetarum, *καματῶν*, & *ζακόνων*. Vid. Synesium

nesium tmēm. i. *πρὸς πρὸνοίας*, Seldenum de D. S. proleg. c. 3. Sanctimonia præsignēs Nonnē cognominabantur. Cœl. Rhod. A. L. 5. 12. Mox Sacerdotissæ Nonnæ, teste Xiphil. in Domit; & postea Germanis monialis eine Nonne, Gallisq; *une nonne*, aut *nonnain* dictæ. Vid. Besoldum de Naturâ pop. voc. *Nonne*. p. 73. Verùm Jamblichus religionem illorum metum malorum dæmonum cultum confitetur; parumque laudis ob levitatem meruere, quæ vitia in his taxat Hadrianus Imp. cujus epistolam legas ap. Vo-piscum in Fir. Sat. Bon. & Proc. c. 7. & 8. Aegyptiorum litteræ fuere triplices; aliæ profanæ, aliæ Sanctiores, aliæ ad Sacerdotes tantum pertinētes, sanctissimæ, quas *πρωδημὸς* primum fuisse testantur Tacitus l. 11. ann. & ad eum Lippius: Postea verò non nisi iis notæ erant, qui sacris initiabantur. Vid. Clem. Alexandrinum *ἑρμῆας*. l. 5. Abenephi Arabem, aut, qui eum adlegat, Athanas. Kircherum. obelisc. p. 151. Egrediē eas nobis depingit Lucanus:

*Nondum flumineas Memphis contexere byblos*

*Noverat, in saxi tantum volucresq; feræq;*

*Sculptaq; servabant Magicæ animalia linguas.*

Scribunt quidem, ait Diod. Siculus, accipitrem, crocodilum, serpentem, hominis oculum: Accipiter rem denotat citò factam, quoniam hæc aliarum ferme omnium avis sit velocissima.

vissima &c: l. 4. Addit Tacitus l. c. antiquissima  
 monumenta his notis impressa saxis conspici;  
 quod præter Obeliscos, pergulas templorum,  
 & parietes (de quibus Kircherus l. c. & in Oedi-  
 po) etiam exemplo Patrum ante diluvium  
 confirmat Judæus experientissimus Josephus,  
 qui ante diluvium duas diversæ materiæ co-  
 lumnas (quas alii Sethum, alii Hermetem  
 Ἡρμῆν, perhibente Kirchero, fecisse fe-  
 runt: Hic teste Cic. 3. de N. D. Aegyptiis litteras  
 quoque & leges tradidit; scripsitque, referen-  
 te Jamblichō, voluminum 25000, vel, auctore  
 Mnestheo, 36525. Vid. Casaub. exerc. 1. sect. 10.)  
 erexere: lateritiā unam, alterā lapideā,  
 in quibus totum de consummatione mundi ar-  
 canum inscriberent, certis animalium & rerum  
 cœterarum figuris. Ant. Jud. 1. 3. Ap. Mem-  
 phim scribunt Proculus Gramm. aureā fuisse  
 columnā Aegyptiis litteris in eam sententi-  
 am, *tunc demum liberam fore Aegyptum, quum illuc  
 commeāsset Romani fasces cum prætextâ.* Serva-  
 tur cum reliquis antiquitatum monumentis  
 Monachi, in regiā illa Bojariensi, in quā sum-  
 mum specimen nulli alii uspiam comparan-  
 dum arescivit, Statua (ex cujus ore diabolus  
 humanā voce loquutus constanter adserunt)  
 virgineo aut muliebri ferè cultu, vultum nigra  
 atque togā, cujus dimidiā partem, quāqua-  
 vidi, circumnotatis deprehendi variis anima-  
 libus

libus atque figuris, quas tamen curiosius adnotare angustia temporis tum non licuit. Alia possem interim adducere ubi Aegyptiacæ illæ notæ Inscriptiōni Oscæ hinc & hinc insertæ conspiciere essent: sed adi, studiose Lector! incomparabilis Poëtæ, cui, quicquid veterum est Lyricorum, & inventionis acumine, & carminis lepore Musæ Gratiaque longum cedere jubent, Jacobi Balde poët. Osc. p. 64. & seqq. Halucinetur hic Vir Eximius Cæsar. Gesnerus, statuendo litteras has Aegyptiis proprias & peculiare fuisse, contradicitque Diod. Siculo, qui eas Aethiopibus; & Cassiod. var. 3. ep. 51. P. Gregorio 16. de Rep. c. 1. n. 6. qui Chaldæis quoque in usu fuisse produnt. Theod. Imp. *signa* vocat; Alciatus *Emblemata*, Abenephri Arabs *litteras avium*; Alii *hieroglyphicas notas* ab *ἱερόν* & *γλῶσσιν*; quasi rem sacram vel abstrusam insculpere, quod habet Marcellinus 22. 39. Videantur plura ap. Orum Niliacum, cujus duo extant de his libri. Plutarchum comm. de Isid. & Osir. Ammianum Marcellinum l. 22. Portam de Occ. not. 1. 9. Pierium Valerianum in hierogl. Bolzanium Belluntensem in sacris Aegypt. AVGVSTVM, Scribtores; Dii boni! Augustum, cryptom. 7. 15. E S. Litteris tales ferè Hieroglyphicas formari posse notas ex Deut. 32. v. 11. 12. Psal. 58. 56. Ps. 52. 4. Psal. 55. 22. Psal. 128. 3. Proverb. 6. 6. Matth. 10. v. 16. c. 23.

v. 37.

v. 37. & aliunde colligit Henr. Oræus in virid<sup>o</sup> Hierogl. ep. dedic.

Ap. Judæos primi Deo consecrati Sacerdotes erant Aaron, cum filiis suis Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar. Lev. 8. Sed & ante hos primogenitos Nohæ filios sacerdotes fuisse, Judæi volunt, huncque primatum vendidisse Esavum Jacobo fratri natu minori. Sardus. 3. 18. Postea perpetuo tota simul tribus Levi. Num. 3. (quæ perpetua unius familiæ sacerdotia *Gentilia*, & *Beneficia Juris Patronatus* hodie adpellantur. Renatus Choppinus l. 1. de S. Policiâ) Itâ autem Sacerdotes illi distincti erant: Primum locum obtinebat Pontifex Maximus. אֶלֶזָּכָר dictus; & אֶלֶזָּכָר quidem ob quinque causas: 1. quod maximus fuerit אֶלֶזָּכָר בַּחֲכָמָה sapientiâ; 2, אֶלֶזָּכָר בַּכֹּחַ robore, propter oblationem & agitationem sacrificiorum. 3, אֶלֶזָּכָר בַּיָּפְיּוֹ pulchritudine. 4, אֶלֶזָּכָר בַּעֲשָׂרָה divitiis. 5, אֶלֶזָּכָר בַּשָּׁנִים annis. In Vajikra rābba, glossâ magnâ in Levit. 21. II. sect. 26. Hunc sequebantur Sacerdotes minores, in XXIV Classes distributi, qui sacras functiones alternis administrant vicibus, singulæ Classes per VII dies. Tandem Levitæ stricte ita dicti, Sacerdotum ministri: Ex his constituebatur אֶלֶזָּכָר, i. e. princeps sacerdotum gregariorum, qui Sacerdoti magno ministrabat, ejusque, si quid aliud eum remoraretur, vices sustinebat; qualis primus factus est

K 2

Moses,

Moses, fuit docet. Siphra in Parasath Tsau. Dum Hierosolymitanum condebatur templum, tot habebant Judæi Sacerdotes, quot litteras, sc: XXII. In templo verò Codex repositus erat, in quo XXII Sacerdotum & Patris & Matris nomina exrabant. Suid. voc. *ἱερεῖς*. Cur Levitæ maximè ad hoc munus electi fuerint, idem docet: *Jacob*, ait, *12. filiorum pater numerationem à Beniamine aspiciat, cum Levim decimum reperisset, hunc Deo sacravit* &c: voc. *אלהר*. Inter hos Levitas non nisi solis Aaroniæ stirpis sacrificare concessum erat. Id. voc. *הזקנים*. Cæteri succenturiati velut erant, & vicariam jungebant operam, quod & nominis origo indicat: *לוי* enim est addi, adjungi. Vid. Franci Lex. S. voc. 29. Cunctum de Rep. Ebræorum: & ante omnes gloriosissimum litterariæ Reip. Dictatorem Seldenum, de success. in pontif. Ad sacrificia autem certus sacerdotum numerus destinabatur; non plurium quàm duodecim, nec pauciorum quàm novem. Vid. Joma c. 2. Sed & sortiebantur, quis mactaret, quis spargeret, quis cinerem ab altari interiori abduceret, quis lucernas purgaret, quis portaret membra ad gradus? &c: Vid. l. c. 5. 3. Et hæc erat secunda fors. *כמרי* quinam fuerint nondum satis constat; Alii Monachos explicant, ut Elias in Thisbi; Buxtorfius *Sacrificulos*

*sculos* vertit; alii *Aedituos* putant. Seldenus כמרי proprie sacerdotes deorum Sepharvajim Adramelech & Anamelech fuisse: in genere verò aliàs idololatrarum Hierophantas ait signare. de D. S. I, 6 Nonnulli ubi in S. literis legitur כמר - כומר sive כמרי interpretantur *Camillos*. Tu omninò ad Voss. de Idol. I. 2, c. 57. & 64; & Greg. Greg. Franci Lex. S. voc. 699. Stuck. f. 66. Hodie à Judæis monachos ita nuncupari Cl. Buxtorfius docet, & iisdem כומר esse Monialem. Adde his Judæorum cantores, janitores, Nathinæos i. e. Levitarum ministros, Nazaræos, prophetas, scribas &c: de quibus Sigonius de R. E. 5, 5. & seq. Inde variæ sectæ ortæ; Sadducæorum, qui Alexandri M. temporibus introducti, teste R. Abrahamo in Cabalâ; Scribarum, Phariseorum, Hemerobaptistarum, Offenorum, Herodianorum &c: Prolixè de his Idem l. 5, c. 11. & Drusius, Scaliger ac Claudius Serrarius pecull. tractt.

Cap. VII.

**D**E Germanorum Sacerdotibus quare auctor peculiari capite agat? Druidarum etymologia. Plinius castigatur. Runen  
K 3 quid

*quid propriè? Convenit planè cum Ebr.*  
 שחל. Psalmi XLI. locus explicatur. שחל.  
 שחל. שחל. Magorum nomen dege-  
 ner: Ut Druidarum. Casauboni explica-  
 tio reprobatur. Dru; Drau. Etymon  
 quorund. ejicitur. Truthinquis, & unde.  
 Druidarum initium: Finis. Medici pro ve-  
 neficis. Druida nobiles: Initiatorum Prae-  
 ceptores: ἀρχοί: Eorum auctoritas:  
 Druidae Sacerdotes: Eorum Pontifex:  
 sacrificia: ritus varii. Plinius inluminar-  
 tur. Druidarum philosophia & Theologia.  
 Mendum è Lucano tollitur. Differentia in-  
 ter haud & haut. I. C. Scaliger notatur.  
 Fahrende Schüler quinam? Witdoden:  
 Eorum etymon. Arci Drutenheim unde no-  
 men? Eubages Philosophi Germ. Bardi Germ.  
 Sacerdotes: Poëta: Cantores. Origo bodier-  
 norum ita dictorum der Meister Säng-  
 gere. Diodori locus ab Oertelio & Rhoda-  
 manno restitutus. Bardorum etyma va-  
 ria. Bardus rex: Germ. canticorum au-  
 ctor. Bardicultri. Vocis Wort Etymolo-  
 gia. Barritus quid? Reverendus, Ehr-  
 würdig, titulus Sacerdotalis. Barbarum  
 aestimatio



*astimatio ap. vett. Fortunabarbata ap. Rom: Ebraeorum de Barbis sententia. Bärtlingi. Gesneri etymon argutum. Tectosages qui, & unde? Vates: Elia Schedl de iis falsa opinio? Auctoris in hanc vocem conjectura. Samothei: Mische. Zarhostes sacerdos. Germ. Item Pileati: nominis bujus origo. Novum Bardorum etymon. Bqhyren quid? Varia ab eo adhuc derivata & composita. Cimbrorum adpellatio unde? Novum Druidarum etymon. Auctor quidam obvelatus detegitur.*



**I**ngrati civis esse existimarem, si cum multarum gentium sacerdotes inlustraverim, de solâ tantum patriâ tacerem: Digni Germani mei, animæ illæ generosæ; metus, non coelestium, inanes,

Quos agat pennâ metuente solvi

Fama superstes!

Dignum eorum lumen, quod alta oblivio tantis perfudit tenebris, non tamen extinxit, indagatione productiori, quam pauci hactenus accuratius in sacerdotes illorum suscipere ausi sunt, & peculiari capite.

Primum locum non denegabimus DRUIDIS: Sed unde hoc nomen? Errant Plinius a-

liique, qui *ἄρκον ὄρνυς* id est: à quercu dedu-  
cunt; quod rem divinam in lucis roborum &  
sub arboribus facerent. Adsentior Casaubonio,  
qui: *Non adsentior, inquit, Plinio conjicienti Drui-  
das vel Druides à voce Græcâ esse adpellatos; quin  
potius Strabonis prudentissimum consilium sequor,  
neganti in adpellationibus gentium Græcas Etymolo-  
gias esse querendas.* Hæc ille. Optimè: &, ut so-  
let, Vir examussim. Quid enim Germanis adeò  
ex Græcâ linguâ petendum? Alii dictos volunt  
quasi *ἡ ρυνένδε* i. e. *die runende*. *Runen* sive  
*Raunen* vox est ex intimo Germanorum anti-  
quario, significatq; magicè susurrare, secretò  
loqui (unde Heros noster, cui multa vernacula  
mea debet, Lutherus, illud Psalm. 41. 8.  
*עָלַי יִתְלַחֲשׁוּ*, *adversus me musitaverunt*, pro-  
priissimè convertit: *Raunen* miteinander über  
mich. *שחל* enim est magico modo murmura-  
re, vel musitando incantare; unde Idem Psalm.  
58. 6: *קוֹל מְלַחֲשִׁים* die Stimme dâß  
Beschwörers reddit. Vid. & Jer. 8. 17. Eccles.  
10. 11. Certè *שחל* Jes. 3. 20. quam vocem  
B. Luther. Ohrenspannen interpretatur, Aben-  
Ezra ait esse *characteres auro vel argento scriptos,  
formâ vel modo incantationis*: Buxtorfius & Tre-  
mellius *amuleta* vertunt. Aliquando tamè *שחל*  
in bonâ significatione sumitur, v. g. 2. Sam. 12.  
19. Jos. 16. c. 3. v. 3. Idem ferè significatum ob-  
tinet

tinet verbum שִׁנְיָ; unde & שִׁנְיָ serpens  
 cujus in incantatione creberrimus usus. Vidi  
 Dionys. Vossium ad R. Maim. de Idol. c. 6, §. 2.)  
 quoniam Druidæ magi erant: Et velut Persarum  
 Magi dæmonibus erant familiares, ut hæc  
 postmodum vox de iis, qui Diabolicas exerce-  
 rent artes, diceretur, de quo divinus Barthius  
 in Claud. p. 106. Eodem pacto res sese habuit  
 cum Druidis, qui spiritibus erant noti, ut eo-  
 rum primum honestissimum nomen pariter ut  
 Magorum degenerârit, artibusque diabolicis  
 intentum hominem etiam hodiernum einen  
 Drüdn̄er, eine Drude adpellitarent. De Magis  
 ita auctor Aruk: מַגִּשׁ בְּלִשָּׁן יִי מַכְשֵׁר  
 מִן הָעִקֵּר i. e. *Magus in linguâ Græ-*  
*câ est prestigiator, blasphemus, negans fundamenta,*  
*incantator.* Quod tamen non intelligendum  
 (ut oppidò fallitur Vir Summus Isaacus Casau-  
 bonus) quasi Rabbi sententia esset, *Magi* vo-  
 cem origine esse Græcam, quam Persicam  
 Laërtius dicit: Et Porphyrius: Παρά γε μὴν  
 τοῖς Πέρσαις αἱ περὶ τὸ θεῖον σφαῖ, καὶ τέταρ-  
 ται, Μαῖοι μὲν προσαγορεύονται. Τὸ  
 γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ὀρθήν αὐτῶν λέξιν αἱ  
 Μαῖοι 1. 4. περὶ ὁποχῆς. § 16. Sed ita ejus  
 mentem adsequor: Græcos *Magi* nomen (non  
 tanquam suæ civitatis, sed reverà Persicæ) in ta-  
 lem hominem projecisse, ac in malâ significati-

one primos usurpasse. Aventinus l. 1. ann. & Joh. Picardus Toutterianus de Celtopæd. 2, 58. à Druyde seu Dryio dictos putant, cujus meminit Berosus l. 5. antiqq. Schedio placet derivatio è Rabbinico דרין i. e. Concionator de D.G. 2, 3. Js. Pontanus non malè è Britanno-  
rum linguâ Fry arbor, & *Wiu* sapiens deducit; ut essent Druidæ Waldweisen, gloss. prisco-Gall. p. 292. Vid. Es. Pufendorferum diss. pecul. cap. 1. Sunt, qui emanare putant à Dru vel Drau i. e. fide; quod eis tanquam Sacerdotibus fides adhiberetur. Trauen/ vertrauen/ est confidere: Adhuc ap. Italos *Drudo* amicum significat: einen Trauten/ vertrauten; Hinc quoque nostra terminatio nominum propr. scem. *Adeldrudû, Ariodrudû, Gerdudû*. Hinc breves hodiernum Gallicum, quod inducias significat. Vid. Abrah. Vander-Mylen addit. ad. cap. 21. ornatissimi tr. de Linguâ Belgicâ. Nihil hîc agunt, qui à *Truthin, Druhtin, Truchghin, Trugthin, Drughtin, Dhruchtin, Drihten, Drychten, Drohtin, Druftin* (toties enim variat) vel *Truuftin*, quasi Trau auff den/ deducere nituntur; quod propriè significabat Dominum. Lipsius cent. 3. ad Belg. ep. 44. post paganismum verò nomen Messiae attributum, testibus locupletissimis Germanarum divitiarum thesauris Otfriedo, Willeramio, Notgero, Alfredo & aliis. Unde legimus *Druhtinsvolf* pro Chri-

Christianis; Druhtinesscalche pro rerum Deo  
sacrarum ministris; Druhtinesshauf pro tem-  
plo; Druhtintiche Tage pro die dominicâ &c.  
Ita Matthias Flacius Illyricus Druidas, quasi  
Trutas, i. e. divinos nominatos adstruit. Nos  
in primâ radice Dru persistimus, à quâ Druht-  
sin/ ejusd. generis stolo cum Druidis.

Initia eorum si respiciamus, quidam à Be-  
leno i. e. Apolline Noricorum deo satos autu-  
mant. Ausonius in profess. Burdigal. carm. 4:

*Tu Bajocassis stirpe Druidarum satus,  
Beleni sacratum duci è templo genus.*

E Britannia in Galliam translatos ait Cæsar  
l. 6. de B. G. Hector Boëthius l. 1. rerum Scot.  
Fynnanum, Josinæ F. X. Scotorum regem,  
primum sacerdotes instituisse tradit, *Durcergli-*  
*os* dictos, qui ap. Hispanos *Turduli* & *Turditani*  
vocantur. Quidam primordia sua Druidas de-  
bere Vstavo seu Istævoni, Ingævonis filio, IV  
Germ. regi contendunt; alii ejus Patri Ingæ-  
voni; alii Hermioni Istævonis filio; alii ipsi  
Tuisconi; alii Samothi Celtarum regi; alii  
Sarroni. Vid. Tacitum in vitâ Agr. Aventinum  
l. 1. Ann. Alstedium chron. Schol. 30, Midden-  
dorpium l. 6. Acad. Micrælium synt. hist. l. 1,  
sect. 3. Pufendorferum de druidibus c. 2. Ipsi se  
Druides unâ cum cœteris Gallis à Dite progna-  
tos dicebant, ut testatur Cæsar l. 6. de B. G.  
Quod neque intellexere Romani & Græci  
scribtor

scribtores: Neq; Forcatulus l. 1. de imp. & phil.  
Gall. Joh. Picardus | Toutr. l. 2. de prisc. Cel-  
topæd. & alii. Non enim à Dite sive Plutone  
Romanorum ortos se aliis persuadebant; ve-  
rùm à Deo, quem illi *Diet* vel *Theut* vocârunt, ut  
laudabiliter notat Pufendorfer l. c. Vnde ad-  
huc nomen Germanicum *Dietrich*; & Britan-  
nis hodie dum *Dyeb* æternum significat, teste  
Camdeno describit. Brit. Ejecit eos è civitate  
Augustus; Claudius verò planè delevit. Suet.  
in Claud. *Druidarum religionem ap. Gallos dixæ im-  
manitatis, & tantum civibus sub Aug. interdictam,  
penitus abolevit.* c. 25. quod tamen Plinius Tibe-  
rio adsignat: *Tiberi principatus sustulit Druidas  
Gallorum, & hoc genus vatam medicorumq;.* H. N.  
3. 1. in fin. Medicorum nomine hic magia eo-  
rum indigitatur, quam significationem illius  
voeis cum ap. alios auctt, tum præcipuè in Jure  
invenias, de quo, fatis opitulantibus, alibi.  
Quomodo autem Druidæ sublatis, variè conji-  
ciunt Lipsius notis in l. 12. ann. Taciti, Vossius  
de idol. 1. 35, Pithœus advers. subsec. 1, 3, Levi-  
nus Torrentius ad Suet. Pufendorf, c. 8.

Fuère Sacerdotes hi nobiles. Pomp. Mela  
ait disertè, *non ex plebe, ne ex ingenui quidem, sed  
ex primâ nobilitate, fuisse eos, qui ad sapientia arca-  
na, futuraq; sacerdotia admitterentur.* 3. 2. Et ma-  
joris quidem, quàm reliqui nobiles existimati-  
onis, quod ex Cæsaris verbis colligo: *Eorum  
horum, qui aliquo sunt numero atq; honore, duo  
genera*

genera sunt: Nam plebs pene servorum habetur loco &c: sed de hi duobus generibus alterum est Druidum alterum nobilium seu equitum. l. 6. de B. G. Juniorumq; Deo consecratorum Doctores. Cluverius: Hujusmodi priscum Germanorum fuisse schola, hujusmodi juventutis eruditio; nempe ap. Sacerdotes, ubi nulli erudiebantur, nisi quibus sacrorum arcana committi fas erat. Germ. ant. l. 24. quos discipulos Aventinus Sanannos vel Scranos vocat. Hos oportebat juramentum deponere, quale extat ap. Vettium Valentem Antiochenum l. 7. Permanebantque nonnulli vicenos in disciplinam annos, intra quod tempus nec exhibant, nec Parentibus aderant. Magnum etiam numerum versuum ediscere cogebantur. Vid. Caesarem l. 6. de B. G. Schedium de D. G. 2, 16. Pufendorferum c. 6. Suidas Druidas Gallo- rum Philosophos & σεμνοθέας nuncupat: cui non refragatur Laërtius: τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοι φασὶν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. γε- γεννηῶν δὲ παρὰ μὲν πέρσαις μάγας, παρὰ τῷ βαβυλωνίοις ἢ Ασυρταίοις Χαλδαίους, καὶ γυμνοσφιστὰς παρὰ Ἰνδοῖς παρὰ τῷ Κηλτοῖς καὶ Γαλάταις τὸς καλεμένους δρυΐδας & σεμνοθέας. in proem. vitt. Eorū auctoritas vel inde adparet, quod omnium rerum Judices fuerint. Caesar: De omnibus controversiis publicis privatisq; constitunt. Certo etiam anni tempore in finibus Car-  
nium

nutum (qua regio totius Gallia medea habetur) confidunt in loco consecrato. Huc omnes undiq; quæ controversias habent conveniunt, eorumq; decreta, iudiciiq; parent; & si quod est admissum facinus, si sedes facta, si de hereditate, de finibus controversia est, ibidem decernunt & præmia pœnasq; constituunt. l. c. Quod à militiâ & oneribus civitibus liberi fuerint. Id: Druida à bello abesse consueverunt, neq; tributa unâ cum reliquis pendunt: militiæ vacationem, omniumq; rerum habent immunitatem. ibid. Martem etiam conlaturi Germani Druidis iubentibus desistebant; illis, ut & melicis poëtis, tam hostes; quàm amici auscultabant. Hi enim inter adversas sæpe acies, dum strictis ensibus & protentis hastis exercitus propugnabant, in medium progressi, ac si bestias incantamentis cicurarent, prælia dirimebant, testibus Strabone l. 4. & Diodoro Sic. l. 5.

Agite, perveniamus ad sacerdotium, sacrificia, ac religionem Druidarum; de quibus Flaccius: Druida rebus divinû intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. l. 6. B. Gall. Idem: Administru ad sacrificia Druidibus utuntur. ibid: Diodorus: Mos illis est sacra nulla sine philosopho peragere. l. 5. De Pontifice eorum Maximo, & ratione capeffendi sacerdotium, Cæsar: Ideo omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet potestatem. Si quis ex reliquis excellit dignitatē, succedit; aut si plures pares



pares, suffragio Druidum adlegitur: Nonnunquam etiam armis de principatu contendunt. l. c. Sacrificales quosd. eorum titus Plinius nobis subgerit: Nihil, inquit, habent Druyda (ita suos adpellant Magos) visco & arbore in quâ gignatur (si modo sit robur) sacratius &c. Obiter hic notandum, quod Hottomanus comm. ad l. 6. B. G. & Guilhelmus Patædin hist. Lugd. 1. 21. observant, veterem illam Gallorum consuetudinem etiam nunc in multis Galliæ locis retineri, cum anni initio clamitant. *Auguy l'anneuf* i. e. ad viscum annus novus. Redimus ad Plinium: Jam per se, pergit, roborum eligunt lucos, nec ulla sacra, sine illâ fronde conficiant, ut inde adpellari quoque interpretatione Græcâ possint Druides videri. Enim verò quicquid adnascatur illi, è cælo m. sum putant, signumq; esse electæ ab ipso deo arbori: Est autem id rarum admodum inventu, & repertum magnâ religione petitur; & ante omnia sextâ Lunday que principia mensium annorumq; facit; & seculi, post tricesimum annum; quia jam virium abunde habeat, OMNIA SANANTEM adpellantes suo vocabulo. Sacrificio epulûq; ritè sub arbore præparatû, duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candidâ veste cultus arborē scandit; falce aureâ demetit; candido id excipitur fago. Tum demum victimas immolant; precantes, ut suum donum Deus prosperum faciat illi, quibus dederit. Facunditatem ex potu datâ quicunq;

καὶ κύνῃ, animalium sterili arbitrantur; contraq; venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerunq; religio est. Hist. Nat. l. 16. cap. ult. 44. in fin.

Dogmata eorum Philosophica, & religionis capita si requiras, docebit te Diog. Laërt. καὶ Φασί, scribit, τὰς μὲν γυμνοσφιστὰς καὶ Δρύϊδας αἰνιγματῶς ἀποφθεγγομένους φιλοσοφῆσαι, σέβειν θεούς, καὶ μηδὲν κακὸν δρᾶν, καὶ ἀνδρείαν ἀσκήν. l. c. Addit quædam J. Cæsar: Inprimis, inquit, volunt persuadere non interire animas, sed ab aliis post mortem transire in alios, atq; hoc maxime ad virtutem excitare putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de fideiibus atq; eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum naturâ, de Deorum immortalium vi ac potestate disputant ac juvenis transdunt. l. 5. B. G. Idem hoc memorat Marcellinus: Inter hos Druidæ ingenio celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, Sodalitiis adstricti consortiis, questionibus occultarum rerum altarumq; erecti sunt, & despectantes humana, pronuntiârunt animas hominum esse immortales. 15. 14. De Philosophiâ morali Strabo: Eximio in bonitate sunt Bardi, Vates, & Druidæ: Druidæ præter causarum naturalium studia moralem disciplinam exercent. l. 4. Geogr. Statuisse eos mundi creationem, ex Justinii l. 2, de contentione Aegyptiorum cum Scythiis ob vetustatem, constat: Cuius

jus etiam consummationē per ignem & aquam credebant. Strabo: *Ignem & aquam aliquando superaturos adfirmant*, l. 4. Resurrectionem quoque mortuorum futuram edocebant. Ita Deus Flintz eam formam præ se ferebat, quā mortis imago pingi solet: sed longo pallio erat tectus, manu gestans baculum, cum tumente suis vesica: Sinistro humero sedebat Leo, per quem tandem à mortuis excitandos se confidebant. Vid. Schedium de D. G. 3, 7. Egregiè de iis egregius Pharsaliæ Encomiasta l. 11:

*Et vos barbaricos ritus moremque sinistram  
Sacrorum Druidæ positi repetisti ab armis:  
Solum nosse Deos & cæli Numina vobis,  
Aut solum nescire datum: Nemora alta remotis  
Incolitis lucis; vobis auctoribus umbra  
Non tacitas Erebi sedes, Diti que profundis  
Pallida regna petunt: Regit idem Spiritus artus  
Orbe alio; longa caniti si cognita vita,  
Mors media est. Certe populi quos despicit Arctos  
Felicis errore suo, quos ille timorum  
Maximus aut urget leti metus; inde ruendi  
In ferrum mens prona viri, animaque capaces  
Mortis, & ignavum est reditura parcere vita.*  
In antepenultimo versu aut coactum, aut nullum video sensum. Ita igitur eum emungo: *Maximus haut urget &c:* vel potius: *haut urget;* nec sine grano salis. Haut siquidem præcedit vocem à Consonante incipientem; at, si sequens

quens dictio à vocali incipiat, Haud est scribendum. Celeberrimus Popma de usu ant. locut. l. 1, c. 2. Hæc differentia, quamvis hodiernum paucis notata, fugit etiam gravissimum litterarum atque veterum Censorem I. C. Scalligerum, quem ad l. 1. de Causis L. L. c. 22. Litteris Druidæ Græcis utebantur: Sed & aliquas proprias habebant; quod præter Aventinum l. 1. ann. & P. Crinitum l. 17, c. 1. de honestâ discipl., etiam testantur serenissimus scribtor Gust. Selenus in cryptogr. Tritthem. I. Joh. Magnus hist. Suec. 1, 7. Lindeberg. comm. rerum memorabilium, Schottelius in Gramm. Germ., qui ipsos nobis veterum Germanorum characteres sistunt.

Druidas illos, (vel, quod malim, Scran-nos) à Germanis *die fahrende Schüler* i. e. studiosos peregrinantes nominatos fuisse, Musarum filius non ineptè conjicit. Magiam quippe Salamanticæ in Hispaniâ edocebantur; tandemque in Christianâ Theologiâ informati *Wirdoden* sese dici voluerunt i. e. sapientes amicos, vel philosophos. Videatur Teutonum Amphion ac Orpheus, Joh. Clajus notis ad *Lobred der deutschen Poet.* cum carmine ei præfixo, Viri *beorgartu*, quem, pol! nemo satis mirabitur; incomparabilis patriæ columinis, Magni GEORGI PHILIPPI HARSTORFERI, quem de cœlo delapsum præcocia nimis fata cœlo

Cœlo nuper reddidère; eripiendo ita toti litterato Orbi inreparabile Lumen; meis verò Musis, proh dolor! Spem firmissimam, & Fulcrum invidendum: ejus in me benevolentiam atq; humanitatem incredibilem, quā olim studia mea non solum amussitatis consiliis (præfiscinè loquar!) sed & ipsā supellectile librariæ adjuvit, perpetim exosculabor. Nobilissimis interim favillis, & sanctissimo cineri æterno desiderio ferale illud: VALE! VALE! VALE! tristis adclamo. Sed ut ad priora revertamur: Mansit à Druidis nomen arci Drusem Helm, ubi eos habitasse multi censent.

Properamus ad alios, quos producit Ammianus: *Per hac loca hominibus paulatim excultis viguere studia laudabilium doctrinarum inchoata per Bardos, & Eubages, & Druidas.* 15. 14. Non tamen Eubages in Sacerdotum sed philosophorum potius ordinem collocaverim, cum l. c. dicantur tantum scrutantes summa, & sublimia naturæ pandere conantes. Certiores de BARDIS sumus, quorum sic meminit Prudentius: - *Quem non Bardus pater aut avus augur Rem dotuere Dei.* in apoth. Commendantur præprimis à cantu: v. g. ap. Marcellinum: *Bardi fortia virorum illustrium facta, heroici composita versibus, cum dulcibus lyra modulū cantantur.* l. c. & ap. Lucanum l. i. *Pharf. plurima securi fudisti carmina Bardi.* Itā de iis Strabo: *Bardi laudati-*

onibus, rebusq; poeticis studebant. l. 4. Diodorus Sic: Sunt etiam apud hos carminum melicorum poëta, quos Bardos nominant. Hi ad instrumenta, lyra non dissimilia, aliorum laudes, aliorum vituperationes canunt. l. 5. Biblioth. A Bardorum cantionibus his & hodie cantilenarum magistri die Meister-sängen videntur persistere Berneggero quæst. in Tac. 6. Vid. de Bardorum cantibus amplissimæ famæ Criticus, Ictus nominatissimus, JOH. STRAVCH, disp. 1. in Tac. de M. G. c. 3. Georg. Buchananus Bardorum & functionem & nomen adhuc perseverare ap. omnes nationes, qui veteri Britannorum linguâ utantur, adstruit. Vid. eum omnino l. 2. rerum Scotticarum. Ab iis adhuc loco circa Albim nomen Bardovici, Bardencretch, ubi habitârint, sentit Schedius de D. G. 2, 41. Diodorus vocat *Saronidas*, sed vitio, ut *μεγαλειδης* monet Cl. Örtelius, vel amanuensium, vel typothetarum. Scribaturam legimus variatam: *σαρώνιδαι*, *σαρώνιδαι*, *σαρούιδαι*. Si postremam hanc recipimus, textumque, qui est: *ὁὐς σαρούιδαι*, inspicimus; non temerè suspicatur vir doctissimus, Diodorum posuisse *Δρούιδαι*; librarios verò primum elementum *σ* in voc. *σαρούιδαι*, à præcedentis dictionis *ὁὐς* ultimo malè adtexuisse, atque *Δ* in *Λ* ob formæ quodammodo similitudinem negligenter immutasse. Vid.

Subli-

sublimis Geographorum aquila in Thes. Geogr. Eadem monet Laur. Rhodemannus conject. ad Diod. Sic. l. 5. p. 360.

Nominis si primitias involvimus, obtrudunt alii Bardum, Regem Abrahamo coævum, qui canendi ap. Germanos artem, diesque festos, dñe Danztage, primus instituit. Alii Bardos, certum cultrorum genus, quibus animalia Luno, Isidi, Teutati, Tanfanæ mactabant. Adhuc nobis in usu sunt: Eine Barde, Hellebarde, Bardisane. Multi Baritum, Barritum, Blarritum, aut (quæ lectio Beat. Rhenano probatur, unde ei etiam vox Teutonum ein Wort deducitur) Barditum, i.e. carmina, quorum relatu Germani accendebant animos, futuræque fortunam pugnae ipso cantu augurabantur &c: Nec tam vocis ille quam virtutis concentus videtur. Tacitus de M. G. Ammianus *clamorem nominat ipso fervore certaminum exoriente, paulatimq; adolescentem, qui ritu extollitur fluctuum cautibus inliferum.* 16, 30. Erant autem hi Sacerdotes celebres simul Poëtæ & Musici, ac forte carminum illorum auctores. Non pauci dignitatem, æstimationem, den Wehrt, ut Bardi sint quasi Wehrte, Würdige: Passimque nostro obtinet ævo, pastoribusque in Ecclesiâ competit tit. Reverendi, Ehrwürdig. Meminit etymi hujus Maibomius comm. de Bardovic. in not. Alii tandem Barbas prolixiores, etiam à Græcis

philosophis nutritos, in auctoritatis, bonitatis, ac sapientiæ signū. Inclytus Socrates Persio est κατ' ἐξοχήν *Barbatus magister*. sat. 4. Prudentius in apoth. *Consule barbati deliramenta Platonis* i. e. Vide, quā Plato, aliās sapientissimus, ineptierit. Arnobius Aesculapi barbam vocat *amplissimam, boni panderis, & philosophica densitatem*. l. 6. advers. Gent. Catullus: *Egnati ora ea quem bonum facit barba*. Ex eo Ammianus, Poëta Græcus in Philosophos lusit seq. epigrammate:

Οἱ τοὺς πώγωνας Φρενῶν ποιητὴν εἶναι,  
 καὶ διὰ τὸ τοῦ τρέφειν φίλτατε μυσόφην;  
 Κεῖρον ἔμωι πειθεῖς ταχέως, ἔτι γὰρ ὁ  
 πώγων

Φθιρῶν ποιητὴς, ἔτι Φρενῶν γέγονεν,  
 Et Palladas:

εἰ τὸ τρέφειν πώγωνας δοκεῖ σοφίᾳ περι-  
 ποιεῖν.

καὶ τρέφειν ἐν πώγων, εὐσπλόζει πλάτωνα

Romani tamen inprimis in alendis barbis curiosi; Unde Fortunam Barbatam venerabantur, ut cultorum suorum malas speciosius vestiret; à quibus autem sperneretur, glabros redderet. Aug. l. 6. de C. D. Involvatur Erasmus in proverb. *Barba tenus sapiens*. Aliter longè sentiunt Ebræi, teste R. Ackibha in Gemarâ קוראין קוראין סביב עברא i. e. *Rarâ barbâ,*

*callidus*



*callidus; densâ barbâ, stultus.* Item Ben-Syra S. Jeremiæ nepote, Siracidis, ut putant, filio: **זֶרְקֵן וְעֵבֶדְקֵן אֶל תְּהִי מֵהֶם כִּי לֹא תִרְעַ** **מִרָּה נִגְזֹר:** i. e. *Rarus barbâ, & densus barbâ, ne sis ex illis; quia non nôsti, quid decretum.* Rideti *ἐρτυμον* Poetarum, Philosophorum, sacerdotum, à Barbis; simile promemus è libro, ut vetustissimo, ita antiquitatibus specialissimis, nec cuivis facile obviis, redundantissimo Herm. Brusch I P. L. & Com. Palat. Cæs. qui inscribitur: *Monasteriorum Germaniæ Chronologia: Fuit,* inquit, *τοῦτοῦτοῦ τοῦτο* (de Cœnobio Heilsbrunn sermo est, medio fere itinere inter Norimbergam & Onoldisbachum sito) *antequam Cœnobium edificaretur, pagus Heilsbrunn, quasi fons grandinû dictus: id nomen postea ob insignem ejus loci uberrimarum fontium salubritatem in melius immutatum est: habuit, & hoc Cœnobium antiquitus fratres etiam conversos Latinos, quos à barbâ, quæ gerebant, illa tota vicinia Bärtlingos vocabat.* cent. 1. lit. F. voc. Fons Salutis. Repetendum hîc ex superioribus, Theologiæ Germanorum studiosos qd itinera die *fahrende Schüler* adpellatos fuisse, ubi Gesnerus Bardos non ineptè quasi *fahrende* dictos suspicatur.

*Τετροσάγων* Ptolemæus mentionem facit: Nos eos fuisse aruspices, vates, ariolos, ariolamur. Adscribamus Abrah. Mylii verba

de illis accurata: *Tectosages* qui *dubitet* quin *dicantur* quasi *Dectesagers* vel *Decteseggers*, i. e. *arcanorum & tectarum rerum indicadores*? *Studioſi* erant *Celtæ Galli*, *vaticiniorum*, ut de *Druidibus Gallicis* docent *historia*. *Hodie Germani* *Sagen*, *Belgū* *ſeggen*, eſt *dicere*, *indicare*; *decken tegere*. c. 21. de *Lingua Belg.* *Sunt & ap. Strabonem & Dionyſium Varies*, quos *Schedius* *inconvenienter* eosd. cum *Vatibus Romanorum* putat. *Ego*, ſi *quid* *conjicio*, *mendum* *ruditate* *typographorum* aut *amanuenſium* *inferſiſſe* *autumarem*, & *legerem* pro *Ouáiles*, *Eußáyes*. *Samotheos* *Schedius* 2, 42, uná cum *Georgio Morellio Tilián.* *proprium Sacerdotum genus* *conſtituit*, *dictos à Samothe Dite*, qui aliás *Tuiſcon* *adpellatur*; *Et hos* *arbitratur eſſe*, quos *Clemens Alexandr.* l. 1. *Strom.* *Semaneos* *vocat*, de quibus *videri poteſt Bardeſanes Babylonius*, *Hiſtoricus*. *Sacerdos idoli Germanici Prono* ſive *Brenni*, *Wiche* *dicebatur*, de quo *Crantz.* & *Schedius*, 4, 11.

*Alia Sacerdotum Germaniæ duo genera nobis ſiſtit* *ex Dione Jornâdes* *de reb. Get.* *Sacerdotes ſibi ex Gothū qui Zarboſtes & Pileati vocabântur*, *eligebant*. c. 5. *Scythas philoſophos ſuos Tarboſteſcos*, *item Pileatos* *adpellâſſe* *è quibus ſacerdotes & reges créare conſueverint*, *referunt Joh. Magnus* 1, 33. *Saxo Gram.* l. 1, *Bonfinius* l. 2. *déc. 1.* *De illis altum in hiftoriarum reliquis*

quibus silentium: At horum Jornandes etiam cap. II. dilucidius meminit: *Dicemus Gothi fecit Sacerdotes, nomen illi Pileatorum contradens, ut rem; quia operti capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant. l. c. Notanter: tradens nomen Pileatorum.* Quid si indicarentur Bardi? Quid si illi intelligerentur pilei, quos Bahrete vocant? Dicti hi forte sunt à Bahren, i. e. ferre, verbo Germanorum planè obsoleto, sed in Derivatis & Compositis adhuc usitato, qualia sunt: eine Bahren, vel eine Bahr, feretrum: Unde eine Mistbahr, Leichenbahr, Todtenbahr. Item eine Bärmutter, matrix sive uterus, qui fert foetum; nec non Gebähren, entbähren, Geburt, Bürde &c: atque terminatio illa notissima bar, v. g. Achubar, dankbar, fruchtbar, heilbar, kostbar, lastbar, mannbar, nuzubar, offenbar, & infinita alia. Hinc forte Bireta vehicula duabus rotis, quibus Christianorum corpora ad sepulcra deferrebantur. Casalius de ritt. vett. Christianorum, c. 66. Hinc quidam ortum credunt Cimbrorum nomen, nobilis illius Germaniæ populi. Denuò Mylio attendemus: *Dicitur Cymber, quasi Cumber id est vix ferendus. Cum (u latè pronuntiato quasi ou) Saxonibus inferioribus hodie adhuc vix significat: beer vel beut. iudem, & Angli beare fero, porto; unde Belgicum bery. i. est feretrum. cap. 26. de Lin, Belg.* Et Sigismundus Gelenius, in antiquissimo

L 5      suo

fuò Lexico Symphono (quod à magnis litteratoribus admodum commendari video) testatur, linguâ Sclavonicâ *beru*, idem esse quod fero, si-  
ve *φίγω*. Quod si hæc non fuerint ad palatum, aliter procedam, dicenturque mihi *Pileari* quasi Sacerdotes dr' hūte i. e. pileorum; & hoc modo Druidarum etymon verum primi aperiremus. Possunt de Germanorum Sacerdotibus pluribus videri Pomp. Mela l. 4. Cæsar l. 6. de B. G. Strabo l. 4. Marfil. Ficinus de relig. Christ. c. 10. Tacitus, Cicero, Berosus (cujus scribta sunt Annii Viterbiensis) Althamerus, Lazius, Gesnerus, Waserus, Aventinus, Crantzius, Saxo Gram., Ubbo Emmius, Gorop Becanus, Cluverius, Vossius, Beckmannus, Helvigius, Beat. Rhenanus, Schedius & alii.



## Cap. VIII.

**M**ulieres sacerdotes: Antistita: Quenam ad Sacerdotium admisse? De Serv. I. scholiasta Virg. editionibus judicium. Pronuba quenam? Alia sacrificiorum nocturnorum ratio. Melisse. Melisseus primus sacrificulus. Virginum Diana Ephesia nomina varia. Io. Flaminice Diales. Reginae  
Sacro-

*Sacrorum; Gulielmā sacerdos: Item S. Domna. Virgg. Vest. initium. A Vestā Græcorum sacrificia cœpta & finita cur? Primarum Vest. nomina. Plutarcho Agelli locus opponitur. Vestalium numerus: Quæ & quomodo capta? Capiendi formula: A Lipsio modeste disceditur. Vest. cur Capi dicta: Earum ex atrio Vestæ processus: Gerebant curam perpetui ignis: Negligentes quomodo punita? Gerebant & aquæ curam. Ubi sepulta? Sepulchralium locorum electores. Vest. servabant pignus Imperii: Quamdiu eis virginitas injuncta: Proverbum explicatur. De virginatarum pœna: Quomodo incestus suspicionem removerint? Defossionis Vestalium stupratarum auctor: modus: locus: Sceleratus campus. Cur defodiendis aliquid cibi additum? Christianarum moniales similiter alim muris inclusa. Sacra Vest. arcanissima: Earum hydria: Sacrificabant Bonæ Deæ. Sacrificium pro populo. Justus Lipsius & alii Viri magni vehemēter perstringuntur. Duo loca de DRACONE, circa quæ Lipsius & alii palpârunt, enodantur. Damium  
sacri-*

*sacrificiū. Festus carpitur. Druiada Germ. quanam, & unde dicta? Sacerdotium vaticinandi studio ut plurimum junctum. Auriniæ qua, & unde? Sacerdotes vett. plerunq; venefici. O cur in AV mutatum in voce Aurimia? Is. Pontani lectio exploditur. Alrunæ qua, & unde dicta? Vox Thessala. Amazones. Hunnorum origo. Velleda virgo vates. Sacerdotes Deorum instar honorati. Velledæ etymon. Heid quid? Gesneri conjectura laudatur. Camma. Cenæ.*



**A**nta mulierculis ap. vett. gratia & æstimatio obtigit, ut ne utriusquam sacrariis excluderentur aut aræ illis obsepirentur; cujusmodi foemellas Tullius teste Agellio 13. 20. *Antistitas*, Græci *Βαυσις* vocant. Aliter verò res se habebat cum bis nubtis, de quibus Servius ad illud Virg. *Subsumbere culpe*: Nam antiqui repellabant à Sacerdotio bis nuptas. l. 4. Aen. quæ verba ab aliis longè aliter citantur. Certè Servius scholiasta floridissimus, cui plurimùm *quæstiones* debent, planè novis editionibus deperditus, hîc foedè lancinatus, illic inutiliter subfertus, ac vix minimâ sui parte extare videtur: quod alibi, si Apollo adriserit, clarabimus. Nec etiam nisi univiram fas erat simulacrum (quod in templi

templi dedicatione, & sæpius postea locutum Plutarchus & Lactantius testantur:) fortunæ muliebris tangere. Pronubæ, quæ conlocârunt novam Nubram in lecto, fiebant in Nubriis eæ, quæ semel tantum nubissent. Festus. Catullus carm. 59.

*Vos unū senibus bonæ  
Cognita bene fœmina  
Conlocate puellulam.*

Contraria autem erat consuetudo, in sacris Bacchi, Bonæ Dæ, & quibusd. nocturnis; de quibus Minucius Felix: *Alia sacra coronat univira, alia multivira, & magnâ religione conquirunt, quæ plura possit adulteria numerare.* in Octav. Vid. not. ElmenhorstI in h. l.

Matris magnæ Deūm sacerdotes vocabantur *Melissa*. Pind. τᾷς ἱερᾷς Μελίσσαις τέρεται: & quidem à primâ, Melissâ, Amaltheæ sorore, filiâ Melissei Cretensium regis, quem omnium primum Diis sacrificasse Didymus auctor est. Virgines Dianæ Ephesinæ ante Sacerdotium μελίσσαι, dein ἱερᾷ, post παρῆραι dictæ sunt. Stuck. f. 70. Io Junonis Sacerdos ap. Argivos erat, quæ imprægnata & in vaccam mutata i. e. furiosa aufugit in Aegyptum: Παρθα. de fabb. cap. de Io. Ovid. l. 1. Metam. Sed Vossius tradit navis insigne vaccam fuisse, in quâ Io in insulam aufugerit. de Idol. 1, 14. Flaminicarum

nicarum Dialium sacerdotium legesq; recenset Agellius in Noctibus Att. lucernam verè redolentibus 10. 15. Regis sacrificuli uxor *Regina* dicta est; ut maritus, Rex. Ante ejectionem enim regum, rex ipse sacra faciebat: Post, ne nomen minus augustum sonaret, in sacris sacrificulo attributa est adpellatio. Vid. Livium l. 2. ab V. C. Gulielma in Ethnicorum Bacchanalibus fuit sacerdotissa; & S. Domna gentilitiis Deorum sacrificiis per XXIV annos præfecta perhibetur à Baronio. t. 2. A. C. 293.

Inter omnes tamen, *is iudas*, Virgg. Vestales principatum obtinuisse, notius est, quàm ut dici debeat. Et quidem primus instituit Numa (Corvin. de Aug. prog. c. 14. Vid. de viris ill. c. 3. Suidas voc. *Νεπεία*) Vestæ (à quâ Græci quoque sacrificia inchoabant, in eâque desinebant, quod Vesta i. e. terra omnia producat, in eamq; quævis resolvantur: Phorn. de N. D. c. 27. Lips. de Vest. c. 2.) sacerdotes duas Greganiam al. Geganiam, & Bereniam al. Veroniam; quibus addidit Camillam, aut, ut alii legunt, Canulejam & Tarpejam: Mox propter VI Romæ partes sex creabantur, teste Plutarcho. Lips. t. 5. Sed Agellius repugnare videtur, qui singulas Vestales inter capiendum *amatas*, à nomine primæ Vestalis, à Pontifice dictas tradit. Tandem ad XXIV excresebant: Neque minor annis VI capiebatur, nec X major, aut corporis parte muti-



mutilata, labeque (quæ Lex in eligendis Sacerdotibus etiam ap. Romanos & alias gentes observata: Sen 4. Controv. 2.) insignita &c: Ad Agellium. 1. 22. Liplium c. 6. Formula capiendi erat, prout Lipsius, & alii quidam eam legunt: SACERDOTE. VESTALE. QVÆ. SACRA. FACIAT. QVÆ. JOVS. SIET. SACERDOTE. VESTALE. FACERE. PRO. POPLO. ROMANO. QVIRITIBUS. Q. VTI. QVÆ. OPTVMA. LEGE. FOVIT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Sed nescio annon majori eam fide vetustiores Agelli Codd. recenseant; quomodo v. g. Schüreriana editio Argent. M. D. XVII: *Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ iussi, & Sacerdotem Vestalem facere pro Po. Ro. Quiritibus; uti, quod optumâ lege fiat, ita te Amata capio.* Capi dicebantur, quia Pont. Max. manu prehensam ab illius Parente velut captam bello abducebat in atrium Vestæ. Lips. c. 7. è quo præcedentibus facibus prodibant, obviumque mortis damnatum liberare poterant. Oldendorp. in Ll. XII Tabb. Perpetui ignis custodia eis demandata fuit. Jornand. de R. S. c. 5. Florus l. 1. c. 2. Vell. Paterc. l. 2. c. 131. Ovid. 6. Fast. Arnob. l. 2. advers. gent. Lips. c. 8. Expressa XII. Tabb. Lex. cap. de Host. & Obf. Sacerd. tit. de Relig: VIRGINES. VESTALES IN VRBE. CVSTODIVNT. IGNEM. FOCI. PVBLICI. SEMPITERNVM. Albri-

cus

cus Vestam depingit cum igne in utroque latere incenso. de Deorum imagg. c. 17. Ideò quod vis ignea mundi per Vestam i. e. terram subsistat, aut propter fœcunditatem Vestæ i. e. terræ, matris animalium, quibus calor vitæ causa est. Phornut. de N. D. c. 27. Alias tamen picturas adfert Lips. c. 3. Hunc ignem, si minus sedulo curassent, flagris à Pont. Max. cædebantur. Suidas etiam aquæ præpositas dicit. voc. Νεμαί. Sepeliebantur veluti Impp., aut. quibus honoris virtutisque causâ tribuebatur, in urbe; cum reliqui homines extra portas in viis & agris; quæ loca sepulcralia Augures ac Pontifices designabant. Servabant Imperii pignus, & pluribus fungebantur dignitatibus; de quibus Lipsius c. 9. 10. & 11. Virginitas eis ad XXX usque annum inlibata injungebatur; hinc proverb: *Vestalium thoro purior*, de castimoniâ singulari. Hadr. Jun. cent. 7. adag. 51. Compressæ, vel suspendebantur, veluti Caparronia. P. Diaconus misc. 2. 24. vel vivæ defodiebantur, ut Ilia teste Livio; Porphyria. Diac. 1. 10. Sextilia 2. 20. vel capite multabantur, vel lapidibus obruebantur, vel ad necem virgis cædebantur. Veneris Verticordiæ templum extra Collinam, viâ Salarîâ, cum tres Vestales uno tempore incestum commississent, ut puellarum animos lascivos ad castitatem verteret, extructum, adsignat Julius Obsequens. Vid. Ovid. 4. fast. Istud crimen ut  
à se

à se Livia Claudia repelleret, Zonâ, simulacrum Matris Deûm movit. Aur. Vict. de vir ill. c. 46. P. Diaconus 1. 12. Aliæ ferrum candens manibus portârunt &c. Vide Heinl diff. de probatione, quæ fieri olim solebat per ignem & aquam, cum fervent. tum frigidam.

Defossionis illius auctor erat Tarquinius Superbus, cum antea tantum virgîs caderentur, teste Plut. & Dionys. Halicarnass. Locum supplicii ad portam Collinam locant, intra tamen urbem, *Sceleratum Campum* dictum, ubi subterranea domus mediocris fuit, in quam è loco superiore descendebatur. Jacebat in câstratus lectulus, & lucerna ardens, primitiæq; rerum earum, quæ sunt ad victum breves quædam: Panis, aqua in vase, lac, oleum; quasi caveret ipsa domus, ne fame ejus corpus interiret, quæ maximis expiationibus dedicata esset: vel, ut Canterus N. L. 6. 6. inquit, ne inedia hominem conficere viderentur, quod piaculo sibi ducebant. Ipsa igitur devirginata, feretro imposita, oblecta, lorisque ligata, per forum vehabatur, amicis eam cum fletu, cæteris cum mœrore summo ac silentio ad tumulum præmittentibus, ubi solutis à ministris viaculis Princeps Sacerdotum precatus arcana quædam, sublatisque ad cœlum manibus adducebat eam ante supplicium, caput opertam, constituebaturque in scalis in domicilium deferentibus.

M

deinde

deinde ipse cum aliis sacerdotibus avertebatur. Cum autem illa descendisset, & scalæ tollerentur, multâ desuper injectâ humo, domiciliû operiebatur, ut locus is reliquo tumultu æqualis esset. Vid. Catanæum comm. in Ep. 11. l. 4. Plin. Lips. c. 13. Idem Christianorum Vestalibus, quas Moniales vocant, constupratis olim ferè accidisse non dubitamus. Vidi ego locum urbis cujusdam florentissimæ, in cujus tabulatis scheda aranearum & pulveris squalore obducta reperta aliquândo fuit, quæ inibi virginem cum determinato cibo & potu inclusam muris indicavit. Nec fidem fefellit, apertis siquidem muris, visum cadaver, adparuere hydriæ, superfuere patinæ. Erat autem ipse locus conclave in abstrusiori quadam Monasterii parte, planè inhospitale, & nulli habitatum. Additam insuper schedæ fuisse conditionem Virg., culpam, annum diemque poenæ, ii, qui illa omnia revelârunt, narrabant.

Sacra Vestalium nulli licebat scire. Proditum tamen est, uti eas consuevisse, muriâ, sale in pilâ trito, in ollam fictilem coniecto, in furno pereocto, denique in aquam misso. Aquæ scyphos in terram ponere non poterant, sed manibus tenere cogebantur, quia angustæ erant fundo. Lactantius l. 8. Sacrificabant etiam Bonæ Deæ, quod *pro populo* fieri dicebatur. Cicero de arusp. Resp. *Sacrificium Bonæ Deæ per Virg.*

Virg. Vestales pro populo, seu pro salute populi Romanis fiebat. Id. l. i. ep. ad Atticum: P. Claudium Appi filium te credo audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Cesari, cum sacrificium pro populo fieret. Et alio in loco ejusd. libri: Credo te mandasse, cum ap. Casarem pro populo fieret. Seneca Violatū religionibus ejus sacrificiū, quod pro populo fieri dicitur. ep. 97. Dio: Ὡς τὼν ἀντιπαθέων ὑπὲρ ὧν ὁ δῆμος ποιεῖται. l. 37. Juvenalis: Pro populo fatiens quantum Lausella bibebat. sat. 9. Agellius: SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. l. 12. vid. Briss. l. i. form. Mirabundus hic incueor Viros quosd. Eruditos, qui apertis adeo caligârunt oculis, ut tam turpiter sese darent, neque locutum, quos citavi, clarissimorum, Ciceronis, Dionis, Agelli, in mentem veniret, Vestales Bonae Deae pro populo fecisse: Inter quos Princeps eorum, limatissimi homo judicii Justus Lipsius, qui in lucis medio, dum de ipsis ageret Vestalibus, ita vacillavit: Simili in ambage vel nube est, quod in Silvestri Pontifici Actu quibusdam legitur, Draconis eum ora clausisse, & perpetuo ergastulo mancipasse, cui Calendis singulis à Virginiibus Vestae suppeditari solita sint alimenta. Nam qui veterum tale aliquid rogo, sperni aut abjici à magni viris, ut falsum, video: Vis cunctante, an non Tertullianus hic adspexerit? Insc. verbis: Romae quidem,

dem, quæ Ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspicia pœnæ suæ cum ipso DRACONE CVRANTES, de Virginitate censentur. l. I. ad Vxor. c. 6. *Profectò dicit & Ignem curasse, & Draconem: utrumq; in imagine futurorum. Neq; nimis abhorream, talia quadam præter morem veterem, novitiâ superstitione, & causâ, aut casu aliquo adsumta: quæ idè priscû nec dicta. Draconem quidem unâ cum Bonâ Deâ cultum, hoc legi: Sed quid ad Vestam? Hæc ille. synt. de Vest. & Vestall. c. 10. Rectè quidem hoc; Draco nihil ad Vestam: sed an idè non ad Vestales, de quibus auctores h), qui Draconis mentionem faciunt? Recordare, Lipsi! sacrificii pro populo, & certius finges pedem, & discussa erit nubes, & ex more id esse veteri tibi dispalescet. Adeoq; verissimum esse agnoscimus illud, quod ait Fabius: Et magni auctores labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur; cum Ciceroni dormire interdum Demosthenes, Horatio verò etiam Homerus ipse videatur &c. Dictum est hoc sacrificium *Damium*, quod fieret pro *δημόῳ*, non quod minimè sit *δημόσιον* i. e. publicum, ut sentit Festus; & propterea etiam à Viris magnis vellicatur.*

In sinu natat Patria, nostro iterum atque iterum spectanda theatro: cujus Sacerdotia unâ cum aliis ritibus, utinam enixiori operâ animalibus

nalibus fuissent inculcata! Invitabo huc sedulo, quascunque antistitas aurea vetustatis rudera ostendunt. Emergunt Gallorum *Druidæ*, vel usque ad Christianismum iis receptæ, dictæ ita à Druidis, vel Druidibus; velut à Flaminibus, Flaminicæ; vates inlustres; qualis Alexandro Imp. prius paulò, quàm à propriis conficeretur militibus, Gallico idiomate: *Vade, nec victoriam spera, nec militibus crede!* adclamavit, teste Lampridio. Et ap. Vopiscum Aurelianus Gallicanas Druidas: *Imperiumne futurum sit constans?* consulens, responsi loco retulit: *Nullius in Rep. nomen, nisi Claudii posterorum futurum.* Simile responsum Diocletianus quoque à Draide muliere audit. Vopise. in Numer. Ita ferè suspicamur fuisse Sacerdotissas, quia vates: Cum ap. tot gentes studium divinandi & Sacerdotium conjuncta fuerint. Nec in tantâ nocte quicquam nisi conjecturâ adsequi possumus.

Emicant *Aurinia*: sed emicant tantum, & minimâ in historiis conspiciuntur parte. Mihi, si quid sentire licet, erunt divinæ, magæ, sacerdotissæ; quia præcipuè, ut dictum, sacrarum ap. vett. rerum administratores cum Dæmonibus colloquia miscuerunt. Subindicat aliquid origo nominis. *Aurinia* dicitur quasi *Or runa* i.e. non altiori voce loquens, quam quis alteri in aurem susurrat. *Runen* ex superioribus est ma-

gièè murmurare. Causa immutationis O in AV est consuetudo Latinorum Scribtorum; qui AV scribebant, & subinde O enunciabant. Vid. Jul. Cæs. Scalig. de Causis L. L. 1. 8. Pascasium Grosippum i. e. Gasparem Scioppium in Gramm. Philosophicâ; Auf. Popmam de usu antiquæ locut: Meminit earum Tacitus: *Vidimus sub divo Vespasiano Velledam diu apud plerosq; numinis loco habitam*: Sed & olim *Auriniam*, & complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas. J. de M. G. Ubi Isaacius Pontanus perperam habet *Aurinium*. Certiores tamen evaderemus, si cum Gesnero *Alruna* reciperemus, qualis Clodomiro primo Francorum in German. Regi, vel primi regis Antenoris Patri annis ante N. C. C. D. XXXIII vaticinata est, ut scribit Münsterus l. 2. Cosmogr. Adpellatae forsân *Alruna* quasi *Altrune* i. e. vetulæ murmurantes, cum canis capillos habuerint, prodente Aventino: Vel, si mavis, *Helle runa* i. e. in infernum secretò cum Dæmonibus conloquentes, Proprium enim ferè Magorum est murmurare: Unde vox Thessala, pro murmure magico ap. Horatium epod. 5. quia magis & veneficis Thessalia abundabat, quod ex Apulejo videre est, & ulterius diducit Piccart. peric. Crit. c. 1. Schedius deducit ab מרן & מרן, quasi excelsa canere. 2, 43. Earum officium erat Martios Hero-



um animos ad prælium clamoribus suis animare, fausta que ominari : Non enim Germani in prælium se committebant, nisi id vaticinio fæminarum prædictum esset. Vid Tacitum de M. G. Alex. ab Alex. 4, 7. Bodinum de dæmon. ii, 5. Venustè nobis fœdas illas vetulas delineat ex Strab. l. 7. Geogr. Aventinus l. 1. ann: Erant Cimbrû mulieres fatidica, quas patrio nomine Alironias nuncupant. Hæ recinctæ Zonæ æreæ, nudæ pedibus, canis capillis, linteâq; tunicâ & albâ veste, quæ subtus fibulis aneum adnexa erat, amictæ; captivi per castra strictis occurrebant ensibus, quos ad humum sternentes ad aneum pertrahebant craterem : Deinde eos in sublime tollendo jugulam ferro aperiebant, & profluente sanguine in craterem, eventum belli vaticinabantur. Aliæ dissecto ventre ex intestinis victoriam interpretabantur. Inter præliandum verò pelles ad corruacarum velamina extensas crebris pulsabant ictibus, ut ingens strepitus cum horrore ederet. Mazanas nos, Græci Amazonas vocant. Animadvertamus hîc obiter vocem Μάγαν in bonâ significatione, à quâ hodiè descivit : non secus ac alicubi locorum nomen Dirne. Paulus Diaconus Alyrumnas vocat, & nescio quæ de origipe Hunnorum mira refert : Filimer, inquit, rex Gothorum, reperit in populo suo quæd. magas mulieres, quas Gothico sermone Alyrumnas vocant, easq; habens suspectas, de medio sui proturbavit, longeq; ab exercitu suo fugatas in solitudine cœgis erra-

re; quas silvestres homines, quos nonnulli Faunos Phicarios vocant, per desertum vagantes, dum vidissent, & earum complexibus in coitum emiscuissent, hoc genus ferocissimum ediderunt, quod fuit primum inter paludes Maotidas, minutum, terribile, atq; exiliale quasi inhumanum, nec aliâ voce notum, nisi quod humani sermonis imaginem adsignabat. 12. 13. Hinc (adnotat Criticorum decus Gruterus) adhuc hodie ap. nos manet *Alxuna* nomen. Idem cum Paulo refert Jornandes in reb. Get. c. 24. ubi eas *Haliurunas* vocat. Gruterus ponit *Haliurunnas*, & ex Vulg. *Aliorumnas*. Vid. Gesnerum in Mithrid. c. 3.

*Velleda* virginis Vitelli tempore fatidicae descriptionem invenimus ap. Tacitum: *Velleda* virgo nationis Bructerae late imperitabat, votere apud Germanos more, quo plerasq; foeminarum fatidicae, & augescens superstitione arbitrentur Deae &c. Ad hanc non facile quisquam admittebatur, habitabat enim in editâ turri, & delectum e propinquo consulta respon.sâq; ut internuncius Numinis, portabat. 4. Hist. & l. de M. G. Sed Sacerdotibus idem cum Diis honor habitus. Artemidorus l. 2. Onirocr. c. 74. Guthenius de Jur. Pontif. 1. 4. Numina adpellatam concedamus quasi Vielheidam, vel Wildheidam, aut Veldheidâ, sive Waldheidam; ut Velleda significaret vel divitem agri, vel rure gaudentem, vel egregiam nutricem (Heid olim erat quæ fovet, nutrit, colit, alit; unde

term.

term. subst. & nominaum priorum Weißheit, Klugheit, Adelsheit &c.) vel ruri & in agris sacrificantem? Argutè Gesnerus depravatam vocem existimat amanuensium incuriâ, & ss in ll inflexa. Hac ratione origo certa foret, & Vesseda esset Weißheit. *Cammas*, uxor Sinati, Gallorum Aſaticorum tetrarchæ, erat ap. Gallos Sacerdos Dianæ. Plut. l. de ſœm. virtt. Poſtianus ſtratagematt. l. 8. De *Cenu*, Sacerdotibus ſœminis Gallorum, Pomp. Mela: *Sena* in Britannico mari Oſismich adversa littoribus Galliæ Numini oraculo inſignis eſt; cujus Antistites, perpetuâ virginitate ſanctæ, numero novem fuere, Galli *Cena* vocata l. 3. Cosmogr.

### Cap. IX.

**S**acrificulorum amictus linteus, albus. Linigeri pro sacerdotibus. Fecialis & Pater patratus non uſi linteo. Capri & Higinl le- Etio in Virgilio commendata. Limus. Farnabi notabilis hallucinatio. Servilabſus. Linteidescribitio: Vnde fiat? Linum Peluſiacum: Indicum. Aevluoveſt à linteo: veluti & לָבָן. Linteus ſacerdotum amictus eſt ſindone. Byſſi eſtimatio. Byſſina

M s

verba,

verba, proverb. Byffus quid? Linteones,  
 Lintearii: Plumarii. Mendum è lege quâ-  
 dam Corporis civitis sublata. Lunebur-  
 gum unde? Etymon quorundam exigitur.  
 Lintei usus sacri quis auctor? Aegyptii  
 Λινωτοιοι. Phocensium victima linteoligata.  
 Bacche Nebrida vestita, & cur? Nebris  
 quid? Tigris Bacebo sacra. Poparum &  
 Victimariorum habitus. Color vestium sa-  
 crarum albus, & quare? Λαμπρός i. e. al-  
 bus. Abus dies, proverb. Jupiter albatu-  
 s & miniatus. Junonis albicantes boves. Fi-  
 des candida. Albi coloris dignitas. Virgi-  
 num tunica olim cur alba? Nigri coloris  
 detestatio. Vandalorum Belbuch & Zer-  
 nebuch. In infernatibus sacris nigra ve-  
 stes. Mirabilis historia de Sarracenorum  
 idolo. Color in veste Augurali: & Satto-  
 rum. Forma vestium sacrarum. Cinctus:  
 unde Gabinus dictus? Chlamys quid?  
 Poderis. Aeoli habitus in vet. picturis.  
 Suffibulum. Vestis sacra cur Cinctus di-  
 cta? Baltheus, Paragauda. Balthei ap.  
 milites usus. Discincti: Cingulo exui.  
 Cingulum pro dignitate. Cur in veste sa-  
 cra

*crâ hiacynthibus, byssus, coccum & purpura?*  
*Multiplex vestis. Vestalium vestes pur-*  
*purata. Vestes S. litterate. Litterati signi-*  
*ficatio. Sacerdotes laticlavii. Vestium S.*  
*varietas. Muliebres cum virilibus immu-*  
*tate. Locus Deut. 22, 5. explicatur. Vox*  
*עֲבֹדָה in More-Nebochim defensa.*  
*Forma S. vestis ap. Ethnicos à Judeis peti-*  
*ta ostenditur. Sacra vestes sacerdotum Ju-*  
*daicorum: Pleraq; cum illis Ethnicis con-*  
*veniunt. Ephod. unde? Ejus forma. Pal-*  
*lia sacerdotalia. Tutulum. Ποιμνίον. Brac-*  
*ca Judeis tributa, cur? Sacerdotes nudi-*  
*pedes: Vnde? Sacerdd. Judaici γυμνό-*  
*δες; sed cum exceptione. Discalceatio ap.*  
*Ebraeos luctus signum. Sacerdotes calceati.*  
*Porphyrîi falsum adsertum. Caliga an*  
*calcei genus? Calcei Phocasii: Sacerdd.*  
*Phocasini. Palmeæ baxeæ. Calcei papyracei.*  
*Lintei socci. Calcei Druidarum lignei.*  
*Schedi nevus. Der Drudensfuß. Galli-*  
*cularii. Diabathra: Diabathrarii. Cal-*  
*cei lunati Romanorum. Mulleorum digni-*  
*tas: Vnde dicti? Mullus piscis à mulleis.*  
*Fœminarum albi & tenues calceoli: Subere*  
*confiti,*

*confiti, & cur? Soleæ quid? Item Crepidæ? Crepidarii: Calceolarii, Solecarii: Soleati. Murrobathrarii. Varia lectio in Plauto. Myrobrecharii. Conjectura in Legem quand. Juris Civilis depravatam. Accursi explicatio perstringitur. Judæarum scemellarum in calceorum ornatu lascivia. Calcei clavati: Crotalia. Calcei lutei. Crocotæ. Luteus color cur sceminarum & scortorum? Cento meretricum forte luteus. Donati opinio erronea. Meretricum vestes in Comædiis luteæ.*

**R**omatur jam tota Synthesis, ut amiciamus Sacrificulos nostros vestibus linteis, albis: In quo omnium gentium, teste Pierio Valer., consensus fuit. Jehova Aaronis vestes sanctas lineas vult confici. Levit. 16. 4. Apulejus: Et cum dicto Juvenem quendam linteum amiculum intectum producit. l. 2. Metam. Idem: Antistites sacrorum procures illi, qui candido linteamine injecti l. 11. Metam. Idem: Lintea vestiu candore puro luminosi. ibid. Osba sacra Isidi in linteâ religiosâ veste propalam celebrâsse fertur. Suet. c. 12. Hinc ap. Poetas Sacerdotes Linigere dicti. Juvenalis: Cum grege linigero circumdatus & grege calvo

o. *Martialis: Linigeri fugiūt, calvi, fistrataq; turba.*  
*canus l. 10.*

*Linigerum placidū compellat Achorea dictū:*

*O sacris devote senex!*

*neca per linteatum senem indigitat sacerdos.*  
*n. c. 27. de Vit. beat.*

*Facialem tamen & Patrem patratum nun-*

*nam lino usos, Servius docet ad l. 12. Aen.*

*Virg. Unde ibid. benè adducit Capri & Higin-*

*tionem, quæ est: Velati limo &c. additque:*

*Imus est vestis, quæ ab umbilico usq; ad pedes tegun-*

*tur pudibunda poparum. Hac autem vestis in extre-*

*mitate sui purpuream limam habet i. e. flexuosam; unde*

*hoc nomen accepit: Nam limum obliquum dicimus;*

*unde & Terentius limi oculi dicit i. e. obliqui. Hac*

*re. Præcipitanter igitur & insipidè Farnabius,*

*qui in Virgiliū commentando Scholiastam ejus*

*eruditissimum non adspexit; sed ad hæc Virg.*

*verba: Velati lino &c. notat: Promere factorum*

*faciales lineis induti vestibus. Quid verò Servius?*

*Ut qui faciales & pater patratus, per quos bella vel fœ-*

*dera confirmabantur, nunquam utebantur vestibus*

*lineis: Unde dicimus errore factum, ut linea vestis*

*contra morem adhiberetur ad fœdera &c: Hactenus*

*Scholiasta. Sed & hic erravit, culpando Virgi-*

*um, quem non satis intellexit, loquentem de*

*facialium capite, non de corpore. Vid. Clarum*

*Sylvium ad Ll. regg. Illud omnino lino seu la-*

*na & verbenis vestiebant, cujus causam habes*

*pud Boxhornium quæst. 30. Et*





*calvo. Martialis: Linigeri fugiunt, calvi, sistrataq; turba.*  
 Lucanus l. 10.

*Linigerum placidum compellat Achorea dictum:*

*O sacris devote senex!*

Seneca per linteatum senem indigitat sacerdotem, c. 27. de Vit. beat.

Fecialem tamen & Patrem patratum nunquam lino usos, Servius docet ad l. 12. Aen. Virg. Unde ibid. bene adducit Capri & Higinii lectionem, quæ est: *Velati lino &c.* additque: *Limus est vestis, quæ ab umbilico usque ad pedes teguntur pudibunda populum. Hac autem vestis in extremo sui purpuream limam habet i. e. flexuosam; unde & nomen accepit: Nam limum obliquum dicimus; unde & Terentius limi oculi dicit i. e. obliqui.* Hæc ille. Præcipitanter igitur & insipide Farnabius, qui in Virgiliû commentando Scholiastam ejus vetustissimum non adspexit; sed ad hæc Virg. verba: *Velati lino &c.* notat: *Pro more sacrorum feciales lineis induti vestibus.* Quid verò Servius? Atqui feciales & pater patratus, per quos bella vel fœdera confirmabantur, nunquam utebantur vestibus lineis: Unde dicimus errorem factum, ut linea vestis contra morem adhiberetur ad fœdera &c. Hactenus Scholiasta. Sed & hic erravit, culpando Virgilium, quem non satis intellexit, loquentem de Fecialium capite, non de corpore. Vid. Clarum Sylvium ad Ll. regg. Illud omnino lino seu lana & verbenis vestiebant, cujus causam habes apud Boxhornium quæst. 30.

Et

Est autem, linteum textum purissimum rebus divinis, quod non modò indutui & amictui sacerdotibus, sed & opertui rebus sacris adhibetur. Beroald. ad Apul. Plinius fruticem in Aegypto gigni scribit, quem alii *Gosipon* vocant, plures *Xylon*; & inde lina Sacerdotum facta xyлина. l. 19. H. N. Oppidum autem in Aegypto, in quo lini genus omnium lectissimum ad Sacerdotales conficiendas vestes, erat *Pelusium* circa Casium montem. Silius: *Et Pelusiaco filum componere Nilo*. 3. Pun. Vnde etiam sacer Ebræorum amict<sup>o</sup>, ut refert Talmud: *Mane induēbatur פרוש פרושין* i. e. *vestibus Pelusiaci*. Vbi & pretium earum notandum: *פרושין עשר שנים* i. e. *qua duodecim minas valebant*. Conficiebantur etiam ex lino Indico, quales Ctesias *μαλίκια ζύλινα* adpellat. Talium idem Talmud meminit: *בין הערביים הנדונין של שכנה סמות וזו דברי רבי מאיר* i. e. *Vesperis induēbatur Indici, qua octingentas drachmas valebant, verba Rabbi Meir*. Joma c. 3, §. 7. Quamvis ibid. sapientes de pretio dissentire adnotatum sit. Vestes hæ Indicæ reliquis erant *λεπτότεραι καὶ μαλακώτεραι*, ut ait Lucianus in encom. Mus. Vid. Sheringham in Joma. Vocabulo *λενίς* i. e. Lintei utitur Johannes Ev. ang. c. 13. ubi meritò illud ab hoc deduci & usū à Græcis civitate donatum adserimus, cum &

in Rabbidorum linguam inreperit, qui pro  
 linteo ponunt **לנטיר**. Adi Münsterum in  
**ערן** p. 212.

Erat hic linteus amictus talaris duplici  
 Sindone. Suidas in Heraisco Osiridis Sacerdo-  
 re: *Statim cum lumine elucebant undiq; e sindonibus*  
*arcana descriptiones*: Unde ab Hieronymo, A-  
 pulejo, & in Apocalypsi *Byssinus* vocatur. Jose-  
 phus sacerdotes ait ad altare templumque ac-  
 cedere solitos, *veste byssina amictos* l. 6. Bell. Jud.  
 Vid. Exod. 27. 39. & cap. 39. Byssina enim vestis  
 olim principatus, auctoritatisque primariæ  
 symbolum erat: quare olim *Byssina verba* pa-  
 ræmialiter de splendidis, & cum Majestate pro-  
 latis dicebantur. Hadr. Junius cent. 3. adag. 6.  
*Byssum*, inquit Pollux, *lini genus est ap. Indos*. l. 7.  
 Onom. Legitur ex arbore, teste Arriano, basi,  
 populo; foliis, salici persimili. *Amorginum* e-  
 tiam vocari legimus ap. Aeschinem contra Ti-  
 marchum & Eupolim, ac Aristoph. in Lysistr.  
 Est enim lini species amorgis. Vid. de Lino &  
 Byssio Plinium H. N. 1. 19. Casaubonum exerc.  
 16. in Baron. sect. 65. Stuckium f. 69. Cl. Frisch-  
 muth de Pont. Ebr. Vest. sacr. t. 2. Qui linteas  
 illas vestes consuerent ac venderent, *Linteones*  
 & *Lintearii* vocabantur, ut docet Jul. Firmicus  
 1. 3. Astr. Godesc. Stewechius ad Veget. 1. 7.  
 Ita l. 13. C. de murileg. & gynæg. &c. legitur:  
*Si quis*

*Si quis ex corpore gynaeceariorum vel linteariorum*  
 &c: Inscriptio Mediolani in templo D. Virgi-  
 nis in arâ: T. PONTI, MAJORIS. NEGOTI-  
 ATORIS. LENTIARII. Alia Lugduni, in hor-  
 to Sammarcelliani:

D. M  
 ET. MEMORIAE  
 AETERNAE  
 T. FLAVI. FELICIS R  
 ARTIS. LINTIA  
 RIAE &c:

Veluti *Plumarii*, qui è plumis avium conficerent  
 vestes, quorum meminit etiam L. artifices. I.  
 C. de excusat. art. quo in loco quosd. malè se-  
 gere *plumbarios*; alii jam ante me monuerunt.  
 De iis lapis Romæ in ædibus familiæ de S. Cru-  
 ce: ARTEMIDORO. PLVMARIO. CON-  
 LEGAE. A lino, quod olim magnâ copiâ cir-  
 ca Luneburgum crescebat, florentissimam hâc  
 urbem dictam prædicant: Quod enim Germa-  
 ni *Lein*, id Saxones *Lein* adpellitant. Alii à flu-  
 mine derivant Lunâ sive Elmoâ; Alii, quod Lu-  
 na ibi fuerit culta: Minutiz! Confer Sche-  
 dium de Diis Germ. syngr. 4. c. 1. & 8.

Uusus linteï ad sacras vestes inventores le-  
 gimus Orphea ac Pythagoram. Quare cum A-  
 pollini Tyaneo ap. Domitianum inter cœtera  
 crimina hoc quoque objecissent accusatores,  
 quod linteo vestitu uteretur, ille crimen dilu-  
 ens,

ens, ut futile & nugatorium: O divine Pythagora, inquit, tu pro me causam dicito! Pro hu enim in iudicium vocor, quorum tu inventor, ego imitator sum. Pythagoras quippe Aegyptios sacerdotes linteis amiculis vestiri iussit, ob quæ Aegyptii Αἰγυπτίους audierunt. Suidas voc. ἰσόππα. Hæc Isidis sacerdotibus peculiaria ferè primùm fuisse ex Herodoto perdiscimus, qui de iis videatur. Ap: Phœcenses, in sacris Isidis Thitorea, victimæ in pyram, quæ aræ loco erat, lineis aut Byssinis vinculis ligatæ immittebantur, teste Pausaniâ: Vetus Statl interpres *Nebride* i.e. hinnuli aut cervi pelle Bacchas in sacrificiis indui adnotat ad l. 2. Theb: ex Plutarchi sympos. Nebrida quippe (perhibente Diodoro) i.e. pellem hinnuleam, quæ varia est, Baccho tribuebant seu Libero, quòd astrorum tanta esset varietas, quorum dux Sol, cui Liberi nomen competit. Videtis Vossium de Idololatriâ 2.24. Nec tamen aberraverim, si tigridis variâ pelle indutas eas adfirmaverim, quoniam illud animal est *particulièrement dédié à ce dieu*, ut ait Choul; qui p. 129. duos ostentat onyches, in quibus visitur Bacchus nudus coronatus, manu dextrâ porrigens uvam, & in altero eorum (in quo etiam ad pedes ejus tigris conspicitur) pellem tigridis: Manu sinistrâ verò tigridis exuvias. Extat & p. 150. numus, ubi bacchantes insident currui, quæm trahunt tigrides duæ: Et

pag. 151. nomismata, cum tigridis picturâ, argenteum Philippi, & æreum Gallieni, additâ inscriptione: LIBERO. P. CONS. AVG. i. e. *Libero Patri Conservatori Augusti*. Victimarios pelle immolatarum victimarum vestitos constat: & videbis, Lector, in tabellâ, quam tibi largimur ad cap. XVIII. Ad insuper Choulium p. 300. Ap. eund. è diversis marmoribus diversum Poparum habitum invenies p. 312, 313, 315, 324, 326. 329.

Colorem in sacris Sacerdotum vestibus emicantē cernimus *albume*, *ἁλῶμα μόνον τὸ εἰλικρινές, καὶ ἀμύγες, καὶ ἀμύιαστον βαφῇ καὶ ἀμύμητον*, prout laudat Plutarch. probl. 26. Silvanus l. 3: *Ante aras stat veste sacerdos Effulgens niveâ*. Plinius de Druidis: *Sacerdos candidâ veste cultus arborem scandit* l. 16. c. ult. *Albus Flaminii galerum extat ap. Agellium* 10. 15. *Insula fratrum arvalium alba* ap. Eund. 6. 7. Vestalibus non nisi albâ veste uti licitum. Said. voc. *νυμᾶς*. Albâ item utebantur Germanorum Sacerdotes fœmina. Strabo l. 7. Et hoc boni ominis fiebat gratiâ, quia albus color præcipuè decorus Deo, ut ait Cicero 2. de Ll. quoniam pulcher, lætus, lucens ac splendens. Corn. à Lapide in Ep. Jac. 2. 2. inde *ἁλμπεὺς* sæpe exponitur *albus*. Casaub. exerc. 16. sect. 73. & *Albus dies* proverbialiter pro felici ponitur. Hadr. Jun. cent. 3. adag. 59. Certè Jovis non

non nisi albato hostia immolabatur. Agell. 10. 45. Licet facies ejus quādoq; minio in sacrificiis inlita fuerit. Plinius H. N. 33. 7. Aenob. l. 6. ad-  
vers. gent. Juno ad sacrificia sua albicantibus  
bobus trahebatur; quibus deficientibus liberā  
substituti, cujus laboris merces a matre eorum  
Sacerdote vel Antistita petita. Vid. Palapha-  
tum lib. ἀπίστω. cap. De Junone. Fides ap. Ro-  
manos *Candida* vocata, albisque vestibus culta.  
Ryquius de Capitol. Rom. c. 42. Manuque al-  
bo panno involuta ei sacrificabatur, teste Ho-  
ratio: unde a Virg. *Cana fides* dicitur. l. 2. Aen.  
Servius ad Ecl. 5. vers. *Candidus infestum* &c.  
*Candidus* i. e. *Deus*; ut contra mortuos *nigros* dici-  
mus. Daniel. 7. & Apocal. 6. albus color valde  
commendatur; imò Matth. 25. Angelis attri-  
buitur. Per eum quoque olim integritas & ca-  
stitas indicabatur, quando Germ. viragines li-  
neis albisque tunicis ornabantur; veluti hodie  
Italorum virgines desponsatae, quas *Fiancees* vo-  
cant. Lazarus Baysius de Re Vest. Significabat  
& hilaritatem in convivis, seu convivarum ve-  
stibus. Vid. Cic. in Vatin. Choul. pag. 297. Ni-  
ger contra color infestus, tristis, vitiatorum in-  
dex. Horat. *Hic niger est*. Et paulò post: *Infestus*  
*nigri*. Vandali in convivis & comotationibus  
suis pateram certis verbis consecrabant, sub  
nominibus boni, & mali Dei: Illum *Bel-buch*,  
hunc *Zernbuch*, adpellarunt. Est autem illis

Bel albus, Zerne niger, & buch Deus. Vid. Münsterum l. 3. Cœsmogr. Crantzium Vand. 3. 37. Niger itaque color in luctuosis sacrificiis non solum quoad hostias, sed & circa sacerdotales vestes observatus. Vid. Stuck. f. 70. Seneca Oed. 3. 1.

*Vates amictu corpus & frontem quatit;*

*Lugubris imos palla perfundit pedes,*

Non possum non hoc loco referre mirandum illud, quod habet Beatus Antoninus Martyr: In parte ipsius montis habent Sarraceni idolum suum positum marmoreum, quod est candidum sicut nix: Ibi permanet Sacerdos indutus dalmaticâ & pallio lineo. Quando autem venit tempus festivitatis eorum. percurrente lunâ, antequam sacerdos ingreditur ad diem festum illorum, incipit marmor illud mutare colorem; & dum adorant idolum, fit marmor illud nigrum sicut pix: Completoq; tempore festivitatis revertitur in pristinum colorem, unde & valde admirari sumus. In itin. pag. 29. Auguris autem togam Choulius (qui & formam ejus ostendit. p. 252, 254. veluti etiam Vrsinus p. 19.) coccineam fuisse perhibet, atque ita describit: *Une double robe, ou robe Augurale, que les Romains nommerent Lena ou Trabea, qui estoit ternie en escarlatte.* p. 251. Saliorum habitum colore violaceo depingit Idem: *L'accoustrement des Salies estoit une robe honnorable de couleur violette, qu'ils trouvoyent.* p. 260.

Enu-



Enucleabimus porro formam, quæ talis erat: Talaris arctissima, strictisque manicis vel ad crura demissa, ita adhærens corpori, ut in eâ nulla adpareat ruga. Ita verò Sulpitii Scholiasta Lucani: *Toga in sinistrum humerum si rejecta, ut una ejus lacinia hominem cingat.* Apulejus: *Antistites sacrorum proceres illi, candido linteamine cincti, pectoralem adusq; vestigia strictim injecti, potèssimorum domini proferebant vestigia.* l. 11 Metam. Beroaldus per *Cinctum* ap. Varronem intelligi putat Sacerdotalem hanc vestem. Prudent. de Sacerdote hym. 10. *μεγιστὸν. Cinctu Gabino sericam sultus togam.* Lucanus: *Turba minor sequitur ritu succincta Gabino.* à Gabiis nempe Latii civitate, ad dexteram viæ Prænestinae, ubi & Latomiæ, ut docet Strabo; cujus incolæ sacrificantes, audito hostium adventu, ita accincti in bellum euntes, victores redierunt. *Gabinus cinctus*, ait Servius, *est toga, sic intergum rejecta, ut una ejus lacinia à tergo revocata hominem cingat.* Hoc autem vestimenti genere utebatur Cos. bella indicturus; idè quia cùm Gabii Campaniæ civitas sacrû operaretur, bellum subito venit; tunc cives accincti togâ suâ, ab agris ad bella profecti sunt, & adepti victoriâ. ad l. 7. Aen. Vid. Struck. f. 72. Apulejus eandem talarem *Chlamydam* vocat: *Et bumeru* (Piccartus scribit: *Ex bumeru*. c. 16. peric. Crit.) *dependebat pone tergum pretiosa chlamyda.* l. c. Sed chlamys aliàs militaris, peregrin-

nantium, & venatoria vestis erat, ceu id elarat P. Victorius V. L. 2. 21. Græcis teste Josepho dicitur *πρόδηρις*, *Poderis*, inquit Hesychius & Suidas, *tunica usq. ad pedes demissa*. Huc Virgilius respicere videtur: *Threicius longâ cum veste sacerdos*. l. 6. Aen. Tali ferè ap. veteres præcinctus pingebatur Aeolus, si credimus Albrico de Decorum Imagg. c. 13. Erat & album vestimentum *suffibulum* dictum, oblongum, prætextatum, & quadrangulum in capite, quod fibulâ subnectebant: idè Opiconsiuæ Deæ ædem nulli, præter Vestales virgines & Sacerdotem publicum, ingredi licebat; quod hic, dum introiret, fibulâ carebat. Vid. Varronem l. 5. de L. Possem hic varia ex Rosino, Grutero, Choullo, Vrsino & aliis citare loca, in quibus Vestes sacrificæ variis è numis, marmoribus, ac fragmentis depictæ extarent: Sed quia ampliori hæc pede excurrerent, pergo.

Hæc autem de causâ talaris illa, Cinctus dicebatur, quoniam baltheo seu cingulo pellis colubrinæ similitudine inter pectus & umbilicum stringebatur: quod fuit lorum vel fascia, qualem fermè habuere Aurell milites ap. Vopiscum, auro & serico, aut lino contexta, *Paragauda* dicta, quam describit Coel. Rhod. l. Ar. 16. 10. Turnebus advers. 9. 11. cujus etiam mentionem facit L. 1. & 2. C. de Vest. glob. & aur. &c: Aliàs genuinum militum insignis cingulum

Ium seu baltheus erat, qui dextro humero impositus oblique ante pectus & post tergum descendebat, cui in imo ensis adligabatur. Pancirollus V. L. l. II. Nec quisquam in castris sine ignominia notâ discinctus versabatur. Salmuth. not. ad Pancir. Et veluti statim ac quis miles evadebat, cingebatur & testari poterat. l. 25. ff. de milit. testam. Ita ut primum quispiam exauكتورabatur aut mittebatur, cingulo exuebatur: Talesque inde *Cingulo Exuti* vocabantur. l. 1. C. Ne rei dom. cing. spol. l. 3. C. de domest. & protecti. Postea *Cingulo exui* seu *privari*, erat dignitate deſci exponente ita gloss. ex Accursio ad Auth. coll. 2, tit. 7. nov. 12. c. 1. Idem habet significatum *Cingulorum* vox l. 11. C. de Murileg. & gynæc. &c:

*Leucoparyphe* illa hyacintho, & bysso, & cocco, & purpurâ variata mirabilique opere etiam ap. Judæos texta fuit. Exod. 27. vers. 6. 8. 15. 33. Exod. 39. vers. 3. 5. 8. 24. 39. Designabanturque eo quatuor Elementa. Hyacinthus ærem colore significabat: Byssus terram, è quâ linum oritur, declarabat: Coccum ignis erat indicium: Purpura mare innuebat, eo quod piscium sanguine coloratur. Hæc Berqaldus, Cœlius & alii. Josephus: *Princeps Sacerdotum superinduitur tunicâ de hyacintho factâ, quæ & ipsa salaris est, & Zonâ constringitur coloribus prædictis, floribus exornatâ, auro contextâ, variatâ.* l. 3. antiq.

Fulgentius *multiplicem* vestem vocat in mythol. Galli quoque stolâ *μικίλη* gavisî sunt teste Diod. Siculo l. 2. Vestalium tamen vestimenta fuêre purpurata i. e. non variegata, sed prætextâ & limbo in oris purpureo; quod ulterius persequitur Lipsius synt. d. Vest. c. 12. Ex quo Ovidi locus dilucidatur l. 4. fast. *Illic purpureâ canus cum veste Sacerdos.* Variis insuper amicula illa characteribus, hieroglyphicis litteris, & imaginibus denotata erant. Apulejus: *Byssinâ quidem, sed floridè depictâ veste conspicuus.* Et paulò post: *Colore vario circumnotatis insignibus animalibus; hinc dracones Indici, inde gryphes Hyperborei, quos in speciem pinnatæ alitû generat mundus alter: Hanc Olympiacam stolam sacram nuncupant.* l. 11. Metam. Psyche ap. eund. in Junonis fano lacinias auro litteratas videt l. 6. Metam. Plautus de Sacerd. *Nam hæc litterata est.* Rud. 2. 5. Vbi quidem *Litteratus* est litteris insignitus atque refertus: veluti in inscriptione Polæ in Istriâ legitur: MALLEOLO. ET. CELTE. LITERATVS. SILEX. Mirum, Patricii & Senatorii ordinis insignia in Hierophantis conspici; namque Herculis Sacerdotes poëta nobilissimus Silius Italicus *laticlavios* nobis sistit 3. Pun.

*Discincti mos thura dare, atq; è lege Parentum  
Sacrificam lato vestem distinguere clavo.*

En, Lector, vestes sacras: alias quidem amplas, alias angustas; alias candidas, alias furvas; alias

alias versicolores, alias simplices; curtas alias, alias promissas: Adde, alias virorum, muliebres iterum alias, sed quas in quibusdam sacris immutatas legas. De hujusmodi Tacitus: *Apud Nabarvalos antiqua religionis lucus ostenditur: Presidet Sacerdos muliebri ornatu.* l. de M. G. Macrobius: *Philochorus quoque in Attide eand. (sc: Venerem) adfirmat esse Lunam, & ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili.* Saturn. 3. 8. Huc respicere videtur Moses Deut. 22. 5. *Ne sint arma viri super mulierem, nec induatur vir vestimento mulieris.* quæ verba citat R. Ben-Maimon in More-Nebochim p. 3. c. 38. & addit: *Inventies enim in libro טומטום (i. e. de obstructis) præcipi, ut Vir gestet vestimentum muliebri coloratum, quando stat coram stellâ Veneri, similiter ut mulier induat lorica & arma bellica, quando stat coram stellâ Martis.* Hæc ex Buxtorf I versione. Quidam nescio qualem librum artis magicæ, quem composuerit Centir, obtrudunt: In Ebræo tamen nihil de Centir, verum כתר טומטום.

A Judæis Ethnicos sacrarum suarum vestium formam, (cùm non adeò à se invicem differant) nec vice versa ab his illos petiisse, satis constat, & vel exinde probari potest, quod Judæis severè interdictum erat in talibus gentiles imitari. Ita enim Maimonides: אין הולכין בחקוה גוים ולין מדמין להן לן במלבוש

בשער i. e. *Non sequenter* (L-  
 Fraëlitæ) *gentium statuta, nec similes erunt illis vel*  
*vestimentu habitu, vel capillu.* lib. c. עקום. 11. §. 1. & §. 2.  
 לה i. e. *Non vestem induet gentibus peculiarem.* De ami-  
 ctu illo Judaico vid. Exod. 28. & 39. Levit. 4. In  
 Sanctuario sive adyto sacerdos quatuor vesti-  
 bus usus fuit, quæ à Talmudicis, *Alba* adpellan-  
 tur; quas finito festo deposuit, nec unquam  
 denuò in iisdem ministravit: quod contra Rab-  
 binos & Seldenum ex Maimonidis Hilcoth Ke-  
 le Hammikdasch cap. 8. probat Sheringham in  
 Joma c. 3. Cæterum exterius Sacerdos magna  
 semper octo vestibus in sacris fuit amictus, quas  
 Talmudici *Auræ* vocant: Gregarii verò sacer-  
 dotes tantum quatuor. Eas recenset R. Levi  
 Barfellonius in Paras. Tetssauve: & Cod. Joma:  
 כהן גדול משמש בשמנה כלים  
 והחרים בארבעה בכתונת ומכנסיים  
 ומצנפת ואבנט מוסף עליו כהן גדול  
 i. e. *Sacerdos*  
*magnus in octo vestibus ministrabit; gregarius qua-*  
*tuor: In tunica, & femoralibus, & tiara, & bal-*  
*theo. Sacerdos magnus his addidit pectorale, & ephod,*  
*& pallium, & laminam.* c. 7, §. 5. Singularum ha-  
 rum explicationem latiore habes ap. Shering-  
 ham in l. c. & Sigonium de R. E. 5, 2. Adde Hie-  
 ronimum ad Fabiolam, Josephum A. J. 3, 8.  
 Korban

Korban Aharon, Torath Cohanim ad finem Paras. Tetſau. Maimonidem in Hilcoth Kele Hammikdash; Item Rabbinoꝝ commentaria in Ex. 28. & 39. De Femoralibus, quibus praeordia, necnon femora ac pudenda conſtringebantur, ne malus ſudor, qui ab axillis & locis iſtis prodiſſet, veſtes ſacras inquinaret, videri poſſunt Iſidorus l. 19. c. 22. & 33. Kimchi in Ezech. 44. 18. Targum Jonathanis ibid. Joſephus l. c. Sheringham in l. c. Inter has obſervanda Tiaram, Baltheum, Tunicam hyacinthinam, & lineam ſtrictam, quas omnes ad gentiliuꝝ indumentoruꝝ formam ſartas, deſcriptione earum oſtendet, quam habet Sigonius l. c. Neque etiam ab Ethnicoruꝝ Cinctu diſcrepabat Ebrazoꝝ Ephod, quod eſt ab **TDN** cinxit, vel accinxit: De eo Don Is. Abravanel in hunc modum: *Ephod erat veſtu ex lino facta, ad ſimilitudinem amicuſi Pontificis; fuit tamen figura ejus alia.* **יד** ad 1. Sam. 2. Accurratius idem R. Abravanel **פִּתְרוֹרֵי**: *Ephod, cujus latitudo reſpondebat latitudini tergi Pontificis, ab humero ad humerum, fuit infra axillas ab humeralibus ſuſpenſum: Prodiit uero & regione cordis cingulum a duobus lateribus, quod amiculum ad pallium adſtringebat.* Vid. de Ephod plura ap. Hieronymum ep. ad Fabiolam de veſte Sacerd. Joſephum l. c. & l. 6. B. Jud. Suidam voc. **ἰφὸδ**, Zonaram in Conſtant. Copronyme, **Cerdam**

Cerdam advers. saer. c. 64. num. 2. Sheringham in Jom. 7, 5. Greg. Francum Lex. S. voc. 431. Palliorum illorum mentio fit Exod. 28. & alibi etiam Ethnicis non incognitorum, teste Herodoto. Ita *Tutulum* pallium erat, quo sacerdotes caput tegebant, cum ad sacrificium accessissent. Vid. Fulgentium. Virg. *Et caput ante aras Phrygio velatus amictu*. Palliorum illorum fimbriae tintinnabulis, malis punicis & globulis auro textis ornatae fuere. Exod. 28. vers. 34. c. 39. vers. 24. Hieronymus ad Fab. Sheringham ad Joma c. 7. §. 5. eos Suidas *ποικίλους* adpellat. Propter cultores tamen Baal-Peor, qui se retegebant, habuere Judaei braccas, quibus tegebant in sacrificiis, quae pudor cooperire jubet. Vid. R. Sapientissimus Moses Ben-Maimon in More-Nebochim 3. 46. & in Misnah Thorah tract. עכו"ם c. 3. Vestibus his sacris Sacerdotibus Ebrorum etiam extra immolationis tempus, tam in Sanctuario, quam extra illud, modo non extra urbem, uti licuisse contra Seldenum de success. in Pontific. Ebr. 2, 7. iterum probat Sheringham in Joma c. 7, §. 1. חוץ מן האכנס לפי שהיה שעטנו ולפיכך אסור שלנו בשער עבודתו. i. e. Excepta tamen baltheo, quia pannus mixtus erat, & propterea prohibitus eo tempore, quo non administrabat; ait R. Levi Barsellonius in Paras. Tetsauve. Opus etiam erat



erat inter singula ministeria mutare sacerdotem vestes, corpus lavare, & manus pedesque bis sanctificare. Vid. Sheringham ad Joma c. 3. & 7. Ob quam crebram vestium mutationem, & earum quidem utpote linearum tenuitatem, Sacerdd. sæpe in gravissimos incidisse morbos, ex Maim. refert Cunæus de R. E. 2, 14: Propterea sacerdotum salutis præficiebatur aliquis, **על מונח** **החולין** dictus. Ideo, etiam Sacerdos, amicis convivium parabat, **בשעה שיצא בשלום מן הקדש** i. e. quando in pace exierat e sanctuario. Joma. cap. 7, §. 4.

Provolvamur jam ad Sacrificulorum nostrorum pedes; Aliorum quidem nudos: Extat Pythagoræ symbolum: *Nudi pedibus rem divinam facito.* Juvenal. sat. 6. *Observant ubi festa mero pede Sabbata reges.* Strabo Germanorum Sacerdotes *γυμνὸς ποδὶς* tradit. l. 7. Certè Cunæus Celtes e vetustissimo templi cujusdam saxo Druidas nobis sistit nudis pedibus, capita intectos, græcanico pallio & cucullato, perulæque & barbâ ad inguina usque promissâ, & circa naris fistulas bifurcatâ, in manibus librum & baculum Diogenium gestantes, severâ fronte, tristi supercilio, obstipo capite & fidentes lumina terris. in Norimbergâ, c. 3. Virgines e Sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra comitantur. Florus 1. 13. Neque sacra  
loca

loca nisi nudatis pedibus calcari posse putabant Judæi; illisque Moſis exemplum obverſabatur, ad quem Jehova: *Solve calceamentum de pedibus tuis, quia locus, in quo ſtas, ſanctus.* Exod. 3. 5. quod idem Angelus Joſuæ repetit. Joſ. 5. verſ. ult. Hoc poſtea præceptum Sacerdotibus datum, R. Moſes Bar-Nachman Gerundenſis adnotat, ut nudi pedes in templo ſacris operarentur. Vid. Mart. Del-Rio adag. V. T. 173. Sal-muth, in Pancirollum R. M. t. 2. lit. 10. p. 440. Præcipue verò in die expiationis jubebantur nudis incedere pedibus ex ſequenti Miſchnâ:

זמן הכפורים אסור באכילה ובשתיה  
 וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל  
 ובתשיש הסטה והטלך והכלה ירחצו  
 את פניהם והתידה תנעול את הסנדל  
 וברי רבי אליעזר והכמים אוסרין:

i. e. In die expiationis interdictum eſt in cibo, & in potu, & in lotione, & in unctione, & in inductione calcei, & in ministerio lecti: Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas, & puerperæ calceos induent. Verba Rabbi Eleazar: ut ſapientes prohibent. In Joma c. 8, §. 1. Quod tamen de coriaceis tantum intelligendum eſt; cum ſecti ex panno neutiquam prohibiti fuerint, teſte Druſio ex Miſkuni c. 56. ad Levit. Arba Turim, in Hilcoth Joſem hakkippurim: מותר לילך באנפלאות של בגד לא שנה בבית שנה ברשו חדרים

i. e. Liki.

*l. e. Licitum est* (sc: in die expiationis) *incedere*  
*fossi pannis; nihil interest, siue privatim, siue publice.*  
 Vid. Menasseh ben-Israël in thesouro dos di-  
 nim, lingua Hispanica seu potius Portugallica  
 ab eo conscripto, c. 98. Buxtorfius synag. 21,  
 Seldenus de uxor. Ebr. 1, 14. Sheringham ad  
 Joma l. c. Cl. Geier de L. E. c. 15, §. 6. Sed & co-  
 riaceis uti poterāt infirmi & pede vulnerati, re-  
 ferente Menasseh ben-Israël; Item puerperæ,  
 ut notare licet ex Joma l. c. & Arba Turim in  
 Hilcoth Jom Hakkippurim: Necnon ij, qui-  
 bus à scorpionibus in loco periculum erat, at-  
 testante Gemarâ Babylonica ad cit. Mischnam.  
 Coeterum veluti hîc, ita & alias discalceatio  
 afflictionis ap. Judæos signum erat, ut videre  
 est ex 2. Sam. 15, 30. Vnde lugentes ap. eosd. nu-  
 dis incedebant pedibus. Vid. Geierum de L. E.  
 c. 15, §. 4. Quod ipsum de hodiernis Judæis ad-  
 ferunt Buxtorf. Synag. 53: & Cod. Minhagina  
 h. v. Wann das meth noch nicht zu kesura ist  
 kommen/ darf der asel nicht die Schuch auß-  
 thun: *Postmodum inchoato semel luctu*, muß  
 er die Schuch außthun/ und soll sein Weib ste-  
 hen lassen. cap. ult. De nudis pedibus orantium  
 Judæorum & Christianorum vet. Eccles. vid.  
 Virum Clariss. D. Hildebrand, rit. or. c. 8, §. 9.  
 & seqq.

Aliorum verò calceis varii generis muni-  
 to. Vid. Numes Choull p. 283, 284. Vix hîc  
 credi-

crediderim Porphyrio tradenti calceos non requiri ad sacrificia puros. Verba ejus sunt: *Οὐ γὰρ δὴ ἐν μὲν ἱεροῖς ὑπ' αὐθράων ποῖς ἀφωρισμένοις, καὶ τὰ ἐν ποσὶ καθάρᾳ δὲ εἶται, καὶ ἀκηλίδωτα πέλιδα.* l. 2. *περὶ ἀποχῆς,* §. 46. Caliga an calceamenti genus fuerit, variè differunt Viri litteratorum principes atque procures, Seldenus de uxor. Ebræorum p. 103. Dillherrus elect. 2, 16. Rubenius elect. 2, 14. Berneggerus in Justin. 38, 10. Joh. Tobias Major ad act. 12, 8. Item Jul. Nigronius pecul. tract. de Caligâ veterum. Calcei Auguralis formam lectori in tabellâ capiti huic præpositâ litt. E. ex antiquitate proponimus. Seneca *Phœcafios* Alexandrinorum Sacerdotum, qui inde *Phœcafii* dicti, calceos adfert. Vid. Parrhas. adnot. in Or. Cic. pro. Mil. Apulejus juvenem quempiam *palmeu baxeu* indutum producit in medium. l. 2. Miles. quæ erant philosophica aliàs calceamenta. Vid. Lipsium Elect. 1. 13. Hadr. Junium in de pall. Tertull. Taubm. in Men. Plut. 2. 3. Herodotus ap. Aegyptios calceos papyraceos à Sacerdotibus gestari consuetum fuisse refert. Marcellinus *lintheu quendam indumentis amictum, calceatumq;* *itidem lintheu socci* conspiciendum præbet l. 29. c. 7. Peculiares penè Gallorum Druidæ ex ligno gestabant; Sed num in lacris, ambigo: à quibus figura Mathematica.

der



der Drudensfus adpellatur. Aventinus l. 2. ann. Bojorum. Quod non intelligendum calceos fuisse pentagones, quam opinionem Schedl rectè præscindit Esaias Pufendorf. c. 3. de Druid. sed quod iis insculptum fuerit pentalpha, salutis symbolum; exinde postea Drudensfus dictum. Vid. Hermannum Lignaridum obsecr. Acad. c. 1. Quo etiam nomine insignitus erat Franciscus quidam numus, figuram istam incusam gerens, cujus meminit Celtes in Norimb. c. 3. Eos qui conficiebant *Gallicularii* dicti gloss. Isid. Aliàs ap. Græcos erat genus solearum *Diababara*, cujus confectores *diabatbarii*. Festus. Turneb. 23. 17. Romanorum calceis præfixæ erant Lunulæ, teste Plutarcho. probl. 75, cum notis Boxhorni; ubi causam reddit, quare lunati illi nobilium ferè fuerint. Vid. & Isaacum Grangæum comm. ad Juv. sat. 7. Nescio etiam annon Sacrificuli, Regibus & Summatibus omnimodò compares, adrogârunt sibi *Mullicos* sive purpureos calceos, quibus & *Tyrthenorum* nomen, regibus primùm & triumphantibus peculiâres; referente Catone origg. l. 7. Item Dione l. 43. Hinc illud: DE. MANVBUS. CIMBRICIS. ET. TEVTONICIS. ÆDEM. HONORI. ET. VIRTUTI. VICTOR. VESTE. TRIVMFA. LI. ET. CALCEIS. PVNICEIS. Postea Senatoribus, Patriciis & equitibus; tandem mili-

○

tibus

tibus communes. Servius in 8. Aen. Dicti illi sunt vel à *μούλλειν* subigere, vel; quod infustri Salmasio adridet, à *μούλλειν*, quod observante Hesychio est *κάμπυλον, σκολιδόν, κυλλόν, σρεβλόν*. Nominatus ab iis *Mullus*, perhibente Plinio H. N. 9. 17. piscis albo ventre, auteas habens lineas, sed dorso & capite rubens: de quo Ovid. in Halieut. & Oppianus l. 1. *άλιευτ*. Vid. aureolum Musarum caput Salmasius ad Tertull. de pall. Vossius de Idol. 4. 5.

At teneras foemellas in castitatis omen & puritatis oppidò ornabant calceamenta candida, è molliori pelliculâ ac attenuatâ membranâ, planè ut ea delineat Apulejus: *Summâ veste muliebri floridâ in sinus floscidos abundante, mitellâq; textili capite contexto, calcei feminini albi illis & tenuibus indutus, & in sequiorem sexum incertus atq; absconditus*. l. 7. Metam. His inferebant suber, ut augustiores viderentur, Vid. Victorium V. L. 15. 23. quales soleæ (quæ vox omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimè teguntur, cæteris prope nudis & teretibus habenis junctis, significat: cum eâ conveniunt *Crepidarum* & *Crepidularum* vocabula; quarum futores vocabantur *Crepidarii*, veluti calceorum *calceolarii*, solearum *solearii*. Lapis Narbonensis: L. BRAETIVS. LITARINVS. SOLEARIVS. Et qui his induti erant, *soleati*. Vid. Agell.

gell. 13. 21. Beroaldum ad. l. 9. Metam. Apul.)  
 nec hodie puellis ac mulierculis sunt insolentes.  
 Vergebat tandem ornatus hic in turpem  
 luxuriam ac confertam molliem. quando certi  
 ad id homines constituti erant, *Myrobathrarii*  
 vel *Myrobathraris*, qui calceamenta mulie-  
 bria unguentis, odoribus & suffimentis imbue-  
 bant, ut docent Turneb. not. ad Theophr. &  
 Taubmannus not. ad Aul. 3. 5. alii tamen in  
 hoc Plautino loco *myrobrecharii* substituere la-  
 borant, à *myrobrechis*, unguentariis vasibus;  
 de quibus Alciatus Lex. Plaut. voc. *Myropolias*:  
 quâ etiam voce L. II. l. 1. C. de Excusat. art.  
 quæ profectò multâ egere spongiâ videtur, re-  
 ponere non ambigo: *Signarii, fabri, myrobre-*  
*charii* &c: quum prius legeretur: *fabricarii, bra-*  
*tharii*; & hæc dictio nimis pueriliter à gravissi-  
 mo Icto Accursio exponeretur: à *longu brachii*  
*Teutonicorum vel torcularium*. Similis luxus Ju-  
 daicarum mulierum circa calceos fuit. Vid.  
 Jes. 3. v. 16, 18. quos R. Abarbanel altos fuisse  
 dicit. R. Jitzchack ait eas indidisse quoque ba-  
 samum & myrrham: Et hos Judaicarum cal-  
 ceos myrrhatos è corio molli, tenero ac elegan-  
 te, in usum virginum matronarumque delica-  
 tarum paratos, censet Osiander. Vid. Ezech. 16,  
 10; Cant. 7, 1, & ad eos interpretes. Certè san-  
 dalia Judith, (c. 16, 11.) rapuisse dicuntur oculos  
 Holofernis. Pro pretiosis istiusmodi calceis

vendidere pauperem. Vid. Philologum ad-  
 mussim Geierum de L. E. c. 15. §. 1. Eò verò la-  
 scivia exerevit, ut & aurei conficerentur calcei,  
 & aureis clavis confixi (*clavati dicti*) & gemmei.  
 Vid. Clem. Alex. pædag. 2. 9. Calceorum Ju-  
 nonis aureorum mentionem facit Giralduſ  
 synt. 3. Et tales quidem margaritas indebant,  
 quæ splendidum atque gratum sonum consiſ-  
 ederent, *Crotalia* dictas, de quibus Plinius lo-  
 quitur: *Quin & pedibus, nec crepidatum tantum  
 obstraguli, sed totum socculis addunt: Neq; enim ge-  
 ſtare jam margaritas, nisi calcent, ac per uniones e-  
 tiam ambulent, satis est.* H. N. 9, 35. In genere de  
 calceis vid. Turnebum 28, 11. Lipsium elect. 1.  
 13. Rosinum, 5, 36. & ad eum Demsterum, Pan-  
 cirollum 1, 44, & ad eum Salmuth. Bened. Bal-  
 duinum in calceo antiquo.

In scortis illis enervatis & quavis foemina  
 effœminatoribus Dæ Syriæ Sacerdotibus cal-  
 ceos *luteos* deprehendimus. Audiamus denuò  
 Apulejum: *Prodeunt mitelli, & crocoti, & car-  
 basini, & bombycini linteï; quidam tunicas albas  
 in modum lanciolarum, quoquò versum fluente  
 purpurâ depictâ, cingulo subligati, pedes lateis  
 induti calceis.* l. 8. Metam. Beroaldus h. l. cau-  
 sam adsignat, quoniam lutei coloris honos an-  
 tiquissimus in nubtialibus flammeis, totus fœ-  
 minis concessus sit: & paulò ante *Crocotas* i. e.  
 tunicas infectas croceo colore, dicit esse vesti-  
 menta



menta delicata, & foeminea; unde Nævius optimo epitheto *mollicinam crocotam* nuncupavit. At verò cur luteus color foeminarum, imprimis malacarum, imò prostibulorum proprius? Nesc: maculae illae, quae inter libidinandum vestibibus quandoque adlinerentur, alium colorem turparent: *Luteus quippe color, est rufus dilucidior*, ut inquit Agellius 2.26. Hujus coloris non difficulter arbitramur fuisse centonem, super quem in fornicibus rancidae Recclitluniae & Scranctiae subagitarentur, de quo Calderinus ad illa Juvénalis sat. 6.

*Intravit calidum veteri Contone lupanar,*

*Et cellam vacuum atq; suam: tunc nuda papillam*

*Constitit auratam, titulum mentis Lycisca;*

*Ostenditq; tuum generose Britannice ventrem:*

*Excepit blanda intrantem, atq; ara poposcit &c.*

Neque enim rem tetigit sagacissimus Terentii scholiasta, quando in Comœdiis veterum ideò luteis meretrices vestibibus atq; amiculis in theatrum introductas censet, ut earum avaritia

designaretur. præf. in Ter. Sed ne Sutor

ultra crepidam!

O 3

Cap. X.



## Cap. X.

**S**acerdotum *vitta. Infula. Infulati, verbenati. Flaminis Dialis apex. Ejus forma. Choulti conjectura levisissima profcinditur. Tiara, Galerus. Strophion, Strophus. Inarculum. Aliquot alia mitra. Sacerdotes. Offendices. Ebraorum sacerdotes pilei. Eorund. Lamina. Sacerdd. coronati cur?  $\alpha\phi\eta\phi\acute{o}\rho\alpha\iota$ . Varie variorum Sacerdd. corona. Laurus Apollini sacra. Mitra coronis religata: aut torulo. Sacerdd. quidam uncti:  $\epsilon$  pigmentis colorati. Glastrum: Luteum. Sacerdd. quidam comati. Arbor Capillata vel Capillaris. Rutilus Germanorum crinis: Ejus forma. Germanorum barba Sacerdd. quidam tonsi. Mulieres quomodo crinium abscissionem declinauerint? Sacerdd. cur Calvi dicti? Sacerdd. Christianorum primorum tonsi. Triplex tonsura.  $\kappa\epsilon\phi\alpha\iota\ \epsilon\pi\tau\acute{o}\rho\epsilon\iota\ \Theta$ . Tonsura Theseia. Arabum tondendi modus. Sacerdd. gentiles barbam radebant; Secus omnes viri Ebrai. Barba quinque partes. Raden-*

*Radentium pœna.* מַטְמִינִים *quinam?*  
*Hermaphroditorum Synonyma.* Quid de  
 eis Romanorum jus? Quid Ebraorum?  
*Codicis* מַטְמִינִים *Auctor.* Ebrais extre-  
 mitatem capilli auferre licebat: sed for-  
 fice tantum. שָׂרָאֵי: כְּהֵנָּה. Sacerdd.  
*rasura ab Ægyptiis orta:* Cur hi radantur.  
*Rasura in luctu initium:* Ebrais prohibita.  
*Lugentes tonsi.* Triplex modus consecrandi  
 mortuis capillos. Mulieres lugētes solvebant  
 crinem. Tibulli locus aliter atq; aliter expli-  
 catur. Capilli in fœminis ornamentum.  
*Fœmina Lucina sacrificantes solutis crini-  
 bus.* Mortui tonsi. Explicatio quadam in  
 Euripide respuitur. Veterum de agonizanti-  
 bus opinio. Periclitantes tonsi. Rasura  
 contemptus. Fœmina capilli studiosa. Ma-  
 tronarum coma nigra: Scortillorum ru-  
 tula. Varia capillorum ornamenta recen-  
 sita. Ornatrices. Rasura cur turpis? Victi  
 & servi rasi. Servi libertate donati rasi  
 cur? Adulteri rasi: Rasura genus pœna:  
 & contumelia. Punienti rasi. Bale. Cal-  
 vus convitiū nomen: Locus 2. Reg. 2. expli-  
 catur. Persi locus solide enucleatur. Scho-  
 lia 4 *liastarum*

*liaſtarum Perſi vana conjectura. Pbra-  
ſium quarundam Germanicarum ratio.  
Venus catua: Armata: Cluacina, Eque-  
ſtris, Maſcula.*



**A**tleſiōn, quod vix in eis nudatum  
planè aut apertum conſpiciemus.  
Vel enim mitrâ operiebantur, quales Aaroni  
& Sacerdotibus Judaicis imponuntur Ex. 28.  
39. Lev. 8. Prudentius: *Vittatus olim Pontifex.*  
hym. 2. *περασιφ.* Lucanus de Veſtalibus: *Ve-  
ſtalemq; chorum ducit vittata Sacerdos.* l. 1. Pharf.  
Vid. Lipſ. c. 12. de Veſt. Ovid. Trift. 4. 4.

*Et jam conſtiterat ſtriſſâ mucrone Sacerdos,*

*Cinxerat & Grajas barbara vitta comas.*

Seneca: *Sed cur ſacratæ diripi capiti infulae?* A-  
gam. 3. 2. *Infula*, teſte Varrone & Feſto, *ſύμματα*  
velamenta erant lanæ, quibus Sacerdotes &  
hoſtiæ templaq; velabantur. gloſſ. Iſidori:  
*Infula Sacerdotalis vitta.* Hinc Sacrificantes ap.  
Tranquillum *infulati* & *verbenati* dicuntur. in  
Calig. c. 28. De albo Flaminis Dialis galero  
Varro ap. Agellium. 10. 15. Dicebatur illè *Apex.*  
Arnob. *Diales cum apicibus Flamines.* l. 5. adverſ.  
gent. Servius: *Proprie dicitur apex in ſummo Fla-  
mini pileo virga lanata; i. e. cujus extremitati modi-  
ca lanæ*

ea tanta est, quod primum constat ap. Albam Ascanium constituisse; modò pro summitate pilei intelligimus. ad l. 2. Aen. Et alibi: Flamines in capite habebant pileum, in quo erat virga brevis, desuper habens lineam aliquid, quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare ceperunt; nam nudum penitus eos capitibus incedere nefas fuerat, unde à filo, quo utebantur, flamines dicti sunt quasi filamines. Verùm festis diebus filo deposito pilea necesse erat accipere, quae secundum alios ad ostendendam sacerdotum eminentiam sunt repertae sicut columna mortuorum nobilibus superponuntur, ad ostendendum eorum culmen; Alii dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum; sed quia cum sacrificarent apud Lustralavinium, & eum exa frequentes aves de vicinis venientes lucum abriperent, eminentiam virgarum eas terrene valuerunt; Exinde etiam consuetudo permansit, ut ap. Lustralavinium ingentes haberentur virgae, non breves, ut in urbe. ad l. 8. Aen. Non igitur intellexit Choulius, qualisnam ea esset vitta in numo argenteo Antonii p. 250, in numo argenteo Augusti. p. 260. & in fragm. lapidis Romani p. 259: Hanc Flaminis Dialis, illam Saliorum; istam ex suo ingenio (ut aliquando solet) comminiscitur quidem, sed tanquam certum tradit esse Augurum. Enimverò, praeterquam quod nunquam viderim in numis aut fragmentis, neque ille, ceteroquin curiosissimus harum rerum indagator, adducat Augurem ita vittatum;

tum; verè quidem hanc ait esse Flaminis Diali, quam etiam habet Vir Cl. Rubenius in Electis, & nos Lectori depinximus cap. preced. in tabellâ litt. B. ubi observari potest apex demissior, laurea, ac fulmen: At reliquæ illæ duæ iisdem competeabant Flaminibus, cùm extra urbem facerent, quod apex protensior indicat; qualem habes tab. cit. litt. A. Ibidem etiam litt. C, ex antiquitate proponimus Pontificis Romani vittam. De Cybeles Sacerdotibus Juvenalis: *Phrygiâ vestitur bucca tiarâ. Genus est vestimenti*, inquit S. Ecclesiæ Doctor Hieronymus, *rotundum pileolum, quale pictum in Ulysseo conspicimus, quasi sphaera media sit divisa, & pars una ponatur in capite; hoc Græci & nostri Tiaram, nonnulli Galerum vocant: Non habet acumen in summo, nec totum usq; ad comas caput tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atq; ita in occipitio vittâ constrictum est, ut non facile labatur ex capite. Est autem byssinum, & sic fabre operatum linteolo, ut nullâ acui vestigia forinsecus pateant.* in epistolâ ad Fabiol. de veste Sacerd. *Strophion* vel *Strophus* ab Attejo Philologo existimatur esse & vocari sacerdotale capitis insigne. Regina sacerorum, si sacra faceret, ex malo punico infulæ loco gerebat virgam, quam *Inarculum* vocabant. Vid. Festum. Refer huc & alia *ἱεροσώων* tegumenta: *Capital, Calipstram, Arculum, Mitras;* quæ

quæ exhibet Stuckius f, 69. Ex virtutibus sive infu-  
lis istis amenta dependebant, quòd in ligaturâ  
se mutuò offenderent *Offendices* dicta. Varro.  
Videsis tab. cit. litt. A, & C. Ebræorum pilei  
dicuntur מַצְנֶפֶת Levit. 16. 4. & מִכְעוּר,  
Exod. 28, 40. ad quam vocem Rabbi Kimchi:  
הם הכובעים אשר משימים על הראש  
לְתַפְתֹּר Vid. Boxbornium ad probl. II.  
Plut. Gerebant & eorum sacerdotes laminam,  
quæ erat coronâ aurea. Vid. Robert. Sherin-  
gham ad Joma c. 7, §. 5.

Vel coronâ ornabantur, ex eâ ratione, quia  
sanctimoniam rei coronis indicabant; unde &  
homines quoque sacrificantes, & dii, & victi-  
mæ, & aræ, & januæ, & Imperatores, & mini-  
stri sacrarum, & domus coronabantur. Vid.  
Paschaliū de coronis. Hinc tanta tamque  
singularis ἐφημέριος dignitas: quod ex Salma-  
stio docet piperati pectoris Critiens Joh. Fred.  
Gronovius: *Chlamydatis in Graciâ militantes, qui  
supra vulgum & à vulgo discreti. At supra milites  
ipsos cujuscunq; tandem dignitatis & ordinis in mili-  
tiâ, coronati seu ἐφημέριοι vel ἐφ' αὐτομέριοι ἱερῆς.*  
*Hæc amplissima in Oriente dignitas. Singula fere ci-  
vitates Asiæ Graciæq; habebant tunc temporis hujus-  
modi ἐφημέριος. not. ad Sen. de beat. Vit. c. 2.*  
Ostentat lauream suam Delphicus: Virg. 3.  
Aen.

Phœbiq;

*Vittū & sacrâ redimitus tempora lauro.*

cum illa Apollini fuerit sacra. Fulgentius l. 1: Albricus de deorum immag. c. 4. Palæphatus de fabb. c. de Ladon. Meursius c. de lauro. Itemque Flamines. Prudentius in apoth.

*Flamen & ipse suas miratur vertice laurus  
Cedere.*

Spiceam fratres aruales. Plin. H. N. 18. 2. Agell. 6. 7. Ant. Thylesius lib. de Coronis. Pineam Galli; quod Atys se sub pinu castrasset. Vid. Arnob. l. 5. Mimallones hederaceam. Tacit. l. 5. hist. Taxeam sacrorum infernalium antistes Seneca Oed. 3. 1.

*Squalente cultu moestum ingreditur senem,  
Mortifera canam taxus adstringit comam.*

Imò & quidam aureas. Stuck. f. 79. Fortissimus acerrimi fatuitatis idololatricæ propugnatoris antagonista Prudentius:

*Mivè infulatus secta vittâ tempora.*

*Nectens, coronâ tum repexus aureâ.*

Atque ex his sæpissimè eos etiam fertis infulas mitrasque conligasse clarè perspicere est. Nec obscurè insuper Plinius! *Arvorum sacerdotes Romulus inprimis instituit, seq; duodecimum fratrem adpellavit inter illos, ab Accâ Laurentiâ nutrice suâ: Spicea corona, quâ vitta alba conligaretur, in Sacerdotio eû pro religiosissimo insigni data.* l. c. Lucanus: *Candida Phœbeicâ complectitur infula lauro* l. 1. pharf. Virg. 7. Aen. Induit



Induit albos

*Cum vitæ crines, tum ramum innectit oliva :**Fit Chalybe Junonis anas, templiq; Sacerdos.*

Quod si frondes deessent, torulum aut spiram circumduxisse planè arbitror; & Ammianus Marcellinus producit nobis *lintei* quendam *indumentum amictum, torulo capite circumflexo.* 29. 7.

De Gallis aromatibus delibutis, aliisque Sacerdotibus unguento perunctis possunt evolveri Virgil. l. 4. Aen. Stuck. f. 55. Sed aromatum atque unguentorum loco sacerdotes Matris deum stercus inliniebant oculis & faciei. Apulejus eos nobis ita sistit: *Die sequenti variis coloribus indusiati, & deformiter quicq; formati, faciem cœnoso pigmento deliti, & oculi obuncti, graphice predeant* &c. ad l. 8. Metam. Quamvis interpretum quidam mitius explicent. Britannorum conjuges (quæ in sacris nudæ incedebant) *Glaſte*, plantagine, quæ atrum colorem rebus imprimebat, toto corpore inficiebantur, Aethiopes imitantes, ut ait Plinius: veluti *Luteo* herbâ ita adpellatâ, mariti earum in bellum abituri cœruleum sibi colorem inducebant, ut horribiliores essent in pugna adspectus; quod ex Cæsare (quem locum ejus primus egregiè restituit) P. Victorius probat V. L. 19, 3.

Comam non ap. quasvis gentes Sacerdotibus alere licebat: Aaroni quidem calvitium capitis & barbæ à Deo inhibetur. Lev. 21. R.  
Maimo-

Maimon l. **ענין** c. 11. & 12. Herodotus Deorum sacerdotes alibi comatos, in Aegypto detrasos scribit. Marcellinus Diodorum, quend. Ecclesiæ præfectum fune exanimatum refert, quod cirros puerorum licentius detonderet, dum id quoque ad cultum Deorum pertinere putabat. 22. 28. **εὐφροσύνης** Græcorum promissam ferre comam proprium erat. Alex. ab Alex. 2. 8. & 6. 12. Vestales semel in ingressu tonsæ, qui capillus ad Capillatam vel Capillarem arborem suspensus; postea longo & sparsio capillitio incedebant. Vid. Lips. de Vest. c. 12. Sacerdotes Germanorum, veluti Germani in genere, rutilam gestabant cæsariem; non modò nativam, sed & factitiam, comasque à fronte ad verticem, atque inde ad cervicem revocabant: Genas tonsurâ levigabant: barbas verò abradebant, vel modicè alebant. Mystaces i. e. superioris labri pilos demittebant, ut ora ipsorum obtegerentur. Confer Diod. Sic. l. 5. Bibl. Sueton. in Calig. Aufon. Idyll. 7. Ammianum Marc. l. 15. Clem. Alex. prædag. 3. 3. Juven. sat. 13. Eliam Schedium syn. 2. c. 4. de D. G. & Criticum multis præconiis spectabilem *Joh. Strabium* in Tac. de M. G. diss. 1. c. 6.

Tonsuræ autem lepidissimus fabularum Milesiarum Confertor meminit: *Hi capillum detrahi funditus magna religionis terrena sidera.* l. 11. A. A. Idem *Juvenem quendam linteum amiculum intectum,*

*intectum, & aduq; de raso capite* producit in medium. l. 2. *Metam.* In Adonidis sacris Aegyptiorum instar radebantur: Mulieres verò formæ studioſæ tale abnuentes, uno die peregrinis se prostituiebant, & quod inde meruiſſent, Veneri obferebant. Vid. Lucianum de Deâ Syriâ. Exinde Sacerdotes à Poëtis *calvos* proclamari reſtatur ſalvificæ fidei & amœnæ eloquentiæ flos lacteus Lactantiſius. Neque fallit; ita enim Martialis: *Linigeri ſugunt, calvi, ſiſtratuq; turba.* Juven. ſat. 6: *Cum grege linigero circumdatus & gregæ calvo.* Neque poſtea Chriſtiana Eccleſia ab hoc ritu abhorruit. Paulus quippe S. Apoſtolus in Cenachis comam detondet: & ap. Paulum Diaconum nobiliſſimi tenſi ſacerdotio funguntur & populo communionem in feſtivitàtē nativitatis Chriſti porrigunt. l. 23. c. 8.

Fuere autem varia ſaſuræ genera. Aliud erat, quo criſtas tondendo efficiebant, in medio tantum capillis relictis: de quo Herodotus l. 4. Aliud, quod vocabatur *Hæſtorea tonſura*, *ἡστέρεα* ἐν τῷ ὄρει, ubi circa frontem præcidebatur coma; per cervicem verò poſterioreſ diffluebat. Jul. Pollux. Aliud *Theſeia* nominabatur, ubi ſolum tondebatur ſynciput. Plut. in vit. Theſ. Unum atq; alterum attingit R. Moſes Ben-Maimon: לַנִּיחָל יִנְרֵל צִיצַת רֵאשׁוֹ לַנִּיחָל יִנְרֵל כִּמוֹ צִיצַת רֵאשׁוֹ וְלֵא יִנְרֵל מִן הַצִּיצִים

הצדים ויניח השער באמצע כמו שהן  
עושין והיו הנקדו בלורית ולא יגדל  
השער מכנגד פניו מאן לאון ויניח  
הפרע מלאחריו בדרך שעושין הן :

i. e. *Non gentium instar capillū erit promissū; non  
arrimq; tondebitur, relictū in medio capillū; nec a  
fronte precipiet capillos ab una aurium ad alteram,  
relictā occipitis comā; quandoquidem is mos genti-  
libus.* lib. עכ"ל c. 11. §. 2. Vid. Dionys. Vossii-  
um in not. ad h. l. Arabes in orbem tondebant  
comam. Herodotus: κείρονται ὅ ὑπερέχοντες  
μεγιστοὺς τὰς προτάφους. in Thalia c. 8.  
Pertinet huc etiam barbæ rasura Sacerdotibus  
Ethnicis valde usitata. Vid. Herod. in Eut. c.

36. R. Maimonides: כּוּם דרך כּוּמרי עובדי כּוּם  
היה להשחיר זקנם i. e. *Sacerdotes  
Idololatriæ solebant barbam radere.* l. c. c. 12. §. 5.  
Quod iterum Ebræis viris (excipiuntur enim  
mulieres) tam Sacerdotibus, quàm cæteris le-  
ge severâ prohibitum erat. Dividebant autem  
illi barbam in quinque extremitates: Maxillæ  
superioris & inferioris à dextro latere, totidem  
à sinistro; ac præterea cuspidem barbæ. Ob e-  
arum aliquam recisam Viri vapulabant: Quod  
si quis omnes simul rasisset, quinquies vapula-  
bat. Vid. R. cit. l. c. Alia tamen ratio erat,  
מוטוים & אגרוגים obstruorum & An-  
drogyno-

Androgynorum. **אֲנָדְרוֹגִינִים** dicebatur **אֲנָדְרוֹגִינִים**  
**וְלֹא נִרְאָה בּוֹ זָכוּת וְלֹא נִקְרָא**  
 i. e. *cujus membrum genitale est obturatum, ita ut*  
*non appareat, utrum masculus sit, an femina.* Da-  
 vid de Pomis. Vocabulum **אֲנָדְרוֹגִינִים** est plane  
 Græcum **ἀνδρῶγυνος** sive **ἀνδρόγυνος**, qui aliam  
 dicitur **γυναικός**, **ἐρμιαφρόδιτος**, **ἀρρενόγηλος**  
 &c: Plinius *Utrumque natura & utrumque sexus* vocat,  
 Livius *Seminarem*. Ap. Romanos ejus sexus  
 censebatur, qui praevalerat. l. 10. ff. de Statu  
 hom. l. 15. §. 1. ff. de testibus. At Ebraeorum jura  
 in hereditatibus ad eundis semper deteriori fe-  
 xui & filiabus accensent. Vid. Misnah tit. Baba  
 Bathra c. 9. Seldenum lib. ad Ll. Ebraeorum de  
 successionibus c. 9. Dionys. Vossium ad c. l.  
 Maim. Cum igitur Tomtom & Androgynus  
 nunq. ad Sacerdotium admissus fuerit, in cæceris,  
 puta rasiōe capillitii, barbæ, vestitu & simili-  
 bus, subinde mulierum privilegiis frui pote-  
 rant. Dilucidè laudatus Rabbi: **אֲנָדְרוֹגִינִים**  
**וְאֲנָדְרוֹגִינִים הָיוּ הֵן סֶפֶק נִתְּנוּ עֲלֵיהֶן**  
**חֻמְרֵי הָאִישׁ וְחֻמְרֵי הָאִשָּׁה בְּכָל**  
**מָקוֹם וְהָיָה בְּכָל וְאֵם עֲבָדִי אֵינָם לֹקְחִין**  
 i. e. *De obstructis & Androgynis dubitatur: Ubiq.*  
*tamen eis imponuntur onera virorum ac mulierum.*  
*Cæterum, si negligent, non rapulant.* l. **אֲנָדְרוֹגִינִים**  
 c. 12. §. 3. Exitit olim Codex de **אֲנָדְרוֹגִינִים**  
 obstructis

obstruatis, cujus meminit Maimon in More  
Nebuchim p. 3. 38. & 41. Auctorem ejus ipsum  
R. Mosén deprehendimus, qui primus eum A-  
rabice conscripsit, quem in Ebraum sermonem  
recepit R. Samuel Aben Tybbon. Extrema-  
tem autem capilli ap. Ebraeos quandoque au-  
ferre licebat, & quidem forfice, quod nos do-  
cent verba Maimonidis: **נָחַץ נְטֵר נְטֵר**  
**בַּחֶרֶץ** i. e. *Licet extremitatem au-*  
*ferre forfice, at scalpro non licet* c. 12. §. 4. lib.  
**עַרְבֵי** Erat & ap. gentes alia tonsio per pe-  
nem; alia usque ad vivam eutem: Hæc  
**ἐλάφισ**; illa **κῆτος** vocata. Vid. Turneb. ad-  
vbr. 14, 7.

Ritum illum tondendi Sacerdotes cæteras  
gentes ab Aegyptiis, præcipuis sacrarum ceri-  
moniarum inventoribus, videntur hausisse, de  
quibus Herodotus, quod non solum comas,  
verum & corpus alternis diebus radere soliti  
sint, ne inter Deorum cultum quicquam pedi-  
culorum aut alterius excrementitiæ sordis illos  
pollueret. Vnde Choulus: *Oulre toutes ces*  
*choses les prestres avoyent la teste rase, à la manière*  
*des Egyptiens.* pag. 299. Lampridius de Com-  
modo: *Sacra Isis coluit, ut & caput raderet, & A-*  
*nubim portaret.* c. 9. Rasurâ autem capitis Pli-  
nius Aegyptiacos sacerdotes Apidis submersi  
mortem morere tradit. H. N. 8. 46. Cul adsti-  
pulator

putatur Maternus Firmicus: Radant capita; ne  
 miserandum casum regis sui turpitudine capitis de-  
 honestati desleant. lib. de err. prof. relig. Qui  
 quidem mos tondendi in luctu comam ab E-  
 bræis, forte ad Aegyptios, & sic in cæteras per-  
 valit gentes. Hiob surgit & scindit vestimenta,  
 tonso capite congruens in terram. i. 20. Jeremiæ  
 Deus mandat, tondat capillum suum, & proji-  
 ciat, & sumat in directum planctum. 7. 29. Vid.  
 Is. 3. 17. cap. 15. 2. Jerem. 47. 5. & 48. 37. Ezech.  
 27. 31. Amos 8. 10. Mich. 1. 16. Cl. Geier. de  
 L. E. c. 8, §. 6. & seqq. Quamvis eund. Deus  
 Sanctissimus interdixerit Deut. 14. 1. Et R. Mai-  
 mon disertis verbis prohibeat, poenamque iis,  
 constituat, qui se mortui ergo calvum reddunt.  
 lib. מגילת c. 12. §. 14. Hinc hodie Judæi lugen-  
 tes intra 30. dies nec lavantur, nec tondentur.  
 Vid. Schindl. Lex. voc. גיר, Buxtorfium in  
 lynag. Jud.

Sed ap. Gentes in afflictione, luctu &  
 mortuorum sacrificiis comæ detonsæ. Ita Psy-  
 che misella ad Parentes suos ap. Apulejum: *Quid lachrymis inefficacibus ora mihi veneranda fæda-  
 tu; quid laceratis in vestrum oculum meo lamina; quid  
 canicem scinditis?* l. 4. Metam. Homer. odyll. 4.

Τὸ τοῦ νῦν γέρας οἷον οἱ ζυγοῖσι βροτοῖσι.

Κείρεται τε κόμην, βαλὲν τ' ὅσα δάκρυ  
 παρσίων.

P 2

Ovidius:

Ovidius: *Deplanxere domum scissis cum veste capilli.* l. 4. Metam. Idem: *Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos.* 3<sup>o</sup> trist. el. 3. Vel usque ad cutem: Alexus:

*πᾶσα δὲ διχομένη πύλαδι κακύνεται ἑλκὸς ἀπλεκτον χαίτων ἐν ῥοίᾳ περιεργιμένη.*

Vid. Bonfrerium ad Dent. 21, 12, Junium de comâ c. 2. & 5. & cent. 4. adag. 86. Drusium observ. l. 12, c. 1. Menochium de R. E. c. 6. l. 3. quæst. 8. Ravanellum voc. Capillus. Kirchmannum de E. R. l. 2, c. 14. & seq. Alex. ab Alex. cum notis Tiraquelli 3, 7: 6, 19. Hotomannum de barbâ. Demsterum in Rosin. 10, 29, Geierum de L. E. c. 8. §. 1. Qui capilli mortuis plerumque consecrati, aut eorum pectoribus imponebantur. Staius, l. 6. Theb.

*Tergoq; & pectore fuscâ  
Casariem ferro minuit, secūq; jacenti  
Obnubit tenera ora comis.*

Aut sepulcro. Eurip. in Iphig. Taur.

*Τύμβον ὃν ῥεύσον καὶ ἀπίδες μνημεῖα μοι,  
καὶ θάκευ, ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.*

Aut in rogam conjiciebantur. Ovid, l. 3. fasti.  
*Pellitur Atia domo, lacrymansq; sororis inquit  
Mænia, germana iustâ dat ante sua.*

*Mixta libunt molles lacrymâ unguentis fœvillæ  
vertice libatas accipiuntq; comas.*

Mulierculæ verò quædam exequiis aderant  
Solutis



Solutis crinibus. Ap. Virgilium in funereis sacerdotis conspiciuntur *Crines effusa sacerdos* l. 4. *Ann.* Ovid. l. 3. de art. am.

*Funere saepe viri vir queritur: ira solutio*

*Crinibus, & fletus non tenuisse decet.*

Tibullus, 3. 2.

*Ante meum veniat longos incensæ capillas,*

*Et flet ante meum massa Negra rogum.*

Idem l. 1.

*Tu manes ne lade meos, sed parce solutis*

*Crinibus.*

Nisi forte h. l. mavis ad morem veterum respici, quo solutus in foeminis atq; virginibus, crinibus adeo deprædicabatur. Vid. Apul. l. 2. *Metam.* Alias etiam foemellas Lucine ob parum facturas Crines solvisse ex Ovidi 3. fast. constat;

*Si qua tamen gravida est, resoluta crine præceat,*  
vers. 257. Vid. de solutione crinium Kimchi ad

Jes. 47. 2. Kirchmannus de F. R. l. 12. Crinis porro mortuo, ut primum animam exhalasset,

detonsus. Scholiasta Euripidis: *ὡς ἴδης οὐτὸν*

*τὸν θάνατον ἔμελλοντ' ὅτι θνήσκει τὴν κόμην*

*τεμύειν.* Quod etiam pertinent illa Euripidis:

*χαῖτα τ' ἔτις θνῆ πρόφρα τομαῖ,*

*ἃ δὴ νεκρῶν πένθει πινύει.* In Alceſtide vers. 99.

Quidam id velle Poëtam hic adserunt, defuncti capillum foribus fuisse adpensum. Sed fucosa

hæc excogitata. Erat & pristina opinio, morti

proximos à Proserpinâ primùm tonderi, & ita  
 quasi primitiis Orco initiari, id quod cum mul-  
 tis exemplis ostendit Canterus, tum verò exin-  
 de egregiè Horatî locum illum explicat: *Nul-  
 lum Sava caput Proserpina fugit.* l. 1. od. 28. Ra-  
 tionem eand. fuisse arbitratur, quam illius,  
 quando victimarum setæ capitis abscindeban-  
 tur. N. L. 4. 20. Adde Muretum V. L. 4. 16.  
 Schedium de D. G. 2. 50. Aliàs in periculis quo-  
 que comam tonsam testatur Nic. Rigaltius not.  
 ad Artemidori onirocr. De tonsurâ in genere  
 evolvi possunt Bellarminus t. 2. de monach. c.  
 40, t. 2. Sutlivius de monach. c. 30. Schultingus  
 thes. antiq. eccl. t. 1. c. 82, 108, 259, 260, 269. Six-  
 tus Senensis 1. 3. Bibl. ann. 244. Fernandus di-  
 dasc. mult. Petrus V. L. 1. 1, c. 2. & 3. & Vir lon-  
 gè Clariss. Hottingerus l. 1. hist. eccl.

Indecorum postea planè, ne dicam infamè  
 fuit, esse tonsum. Ideò tam curiosæ erant  
 gentes in adornandis capillis; præsertim fœ-  
 minæ, quibus nigras competere volebant co-  
 mas, cum impudicæ, ut eò magis amatoribus  
 suis placerent, cinere capillum ungerent, ut  
 rutilus fieret vel flavesceret, de quo plurima  
 coacervavit Schedius de D. G. 2. 4. Vid. Judith.  
 10, 3: 16, 10: 1. Timoth. 2, 9. 1. Petr. 3, 3. Huc  
 pertinent *Trecia* & *Cicada* aureæ crinibus inne-  
 xæ; congestus in conum, in viris *καυβύλα*

καυβύλα

καὶ κόρυμβη, in mulieribus κόρυμβος dictas,  
 in pueris σκορπίος, Romanis fœminis Tutulus:  
 Crines calamistrati, comæ πρόσθετο: Persarum  
 &c: Vid. de his & variis formis capillorum,  
 Clem. Alexandrinum pædag. 3, 2, Tertull. de  
 veland. virgg. c. 6. & 7. cum notis Joh. Ludov.  
 de La Cérda, Alex. ab Alex. 5, 18: cum notis  
 Patritii clariss. Tiraquelli, Demsterum ad Ro-  
 sinum 5, 37. Salmuth ad Pancirollum 1, 44.  
 Coel. Rhod. L. A. 5, 18. Cunaum de R. E. 2, 18,  
 Brissonium de R. P. l. 2. pag. 255. Cœcejum ad  
 tit. Sanh. & Mac. p. 117, 124. Sam. Bocharti Ca-  
 nân f. 379. Heinsii Aristar. c. 4, Salmasium de  
 comâ, Pierium Valer. in hierogl. f. 230. Geie-  
 rum de L. E. c. 8. Neque adeo ignotæ sunt Orna-  
 trices veterum, quæ matronas comabant, qua-  
 rum meminere l. item legat. ff. de legat. & fi-  
 deic. l. Legatis servis. §. Ornatrixibus ff. eod.  
 & Inscriptio vetus Romæ, sexto ferme ab urbe  
 mihari: LIVIAE. NEPEVRICIAE. ORNATRIX. A-  
 lia in ædibus Marli Delphini: DOMITIAE. DO-  
 MITIANI. ORNATRICE. In Museo Carp. Ossa  
 JULIAE. ↓ LIVIAE ↓ AVG. AVRILIAE OR-  
 NATRIX. Ibid. APONTIAE SVCCESAE AT TV-  
 TVL ORNATR. Ap. Maphicos.

CALPURNIA

L. ET. O. L. CALPURNIA

ORNATRIX

P 4

In S. Jo-

In Sillo hinc ante portam Latinam

CINERIBUS. HAMILLAE

ALPIONIAE. QUINTAE

ORNATRICE

RESTVS Hic. visitur M. SEPTIME

GALLI Speculum DISPEN

CONTVBERNALL B. M. FEGDE

ET. SIBI

Unde Firmicus supra notanter dixit: *Radunt capita, ut miserandum casum regu sui turpitudine capiti dehonefati defleant*, l. c. Ovidius l. 3. de art. am.

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus*

*Et sine fronde frutex, & sine crine caput.*

Causas si persequimur; a victoribus victos, ser-  
vos a dominis rasos fuisse accipimus. Vid.  
Deut. 32. 42. Salsè ille ap. Aristophanem: *Ser-  
vus cum sis, comam nutris?* Ipsique libertate do-  
nati denud radebantur in signum præcedentia  
servitutis, & prioris terræ conditionis argu-  
mentum, ut loquitur Pomp. Lætus. Ap. Apule-  
jum *homines fronses literati & capillum semirasi*  
conjunguntur. l. 9. A. A. Quid? quod ratio  
in poenæ genus cesserit adulterorum. Harmeno-  
pulus: οἱ μοιχοὶ τυττάταινοι καὶ χρονομένοι  
ἐν ἀκροπείθῳ σαρ l. 6. tit. 22. §. 20. & §. 25. γυνή  
μειχούσα τυττάται καὶ χρονομένη. Tacit-  
tus l. de Mor. Germ. accisis crinibus nudatam co-

καὶ τὸν προσηλυτὴν expellit domo maritus. Philostr. de  
vit. Apoll. Tyanæi: ἀρχεται τὸ ἐνθῆτε τῆς  
ἐς τὸν ἀνδρᾶ ὕβρεως, γενέων τε δολικῆρας αὐ-  
τὸν καὶ χαίτης ἔντε τοῖς κακουργοτάτοις δήσας.

l. 7. Ap. Apulejum Venus involat in Psychen,  
concubinam Cupidinis filii sui, vestemq; pluri-  
fariam diloricat, capilloq; discisso, & capite conqvas-  
sato, graviter, adfligit. l. 6. Metam. Ita Longo-  
bardi in damnatos, animadvertēbant. Fortipe &  
Scopi. Ex Jure Feudali pro majori æstimatur  
injuriā, si quis alteri Crinem & barbā expilā-  
verit, quā si pugno vel manu eum percutiat.  
Jus Saxonicum furem minorem punit in Cato  
& Crinibus. Vid. Salmuth ad Papicollum t. 1,  
tit. 44. Mart. Geier, de L. E. c. 8. §. 5. Ap. Ger-  
manos reges regumque filii aliquando alendi  
comam jus solis sibi tribuere; ita, ut si quis vel  
de solio deturbandus, vel regni spe excluden-  
dus foret, prius tonderetur. Vnde Chlothildis  
regina duobus suis nepotibus caput quā com-  
mam abscindi maluit, teste Turonensi l. 3, c. 18.  
Aliquando poenam præcessit; (id quod adhuc  
in vilioribus illis, qui capite mulctandi abdu-  
cuntur, aut qui laqueo obstringendi longa lit-  
tera fient, usu venit;) Nicolaus Damascenus;  
τὸν ὃ μέγιστα ἀδικήσαντα ὁ βασιλεὺς κατένευ-  
κεν αὐτῷ, ὡς ἐλάττω ἔσθλην αὐτῷ. Hammonci-  
pulus: τυπόμεν ὃ κακρυόμεν ὃ ἐξορῶ δέομαι.  
P 5 l. 6. tit.

l. 6. tit. 6. §. 18. Certè *Bale*, quod Angli calvum indigitant; Belgis adhuc in compositis sonat malus v. g. *Bal daet* malum factum, *Bal berich* malè audiens &c;

Satis ex his intelligas quare *Calv* ap. tot gentes convitii vox fuerit: quæ cum Tiberius pateretur, lauseam, quod obtegeret calvitium, ferre consuevit; ut prodit Tranquillus in ejus vitâ. Huc etiam pertinet; quod puer Ebræus perulanti splenæ cachinno venerando Prophetæ exclamans *Adscende Calve, Adscende Calve!* 2. Reg. 2. in fine. Nec difficulter nebulosissimi Satyrici locus à nobis enodabitur, qui extat sat. 4.

————— *Nugari, cum tibi, Calve!*

*Pinguis aquiliculus propenso se quipede extet.*

Ubi se scholiastæ mirum in modum gyraunt, Britannicus, Badius, Foquelinus, Valentinus & plerique *Calvum* Poëtam nobilissimum à Nasone insigniter commendatum designari, & ironicè in miserandum istum versificem transferri autumant. Inter hos circa corticem palpat J. Bond, qui jocose Poëtastrum à Persio *calvum* dici scribit: Imò potius mordaciter, *σχαλινός*, & usitato Romanis convitio; Quod quidem frequentissimè quoq; in poëtastros ac versifices desortum, etiam ex Martiale manifestum est; qui nostræ loci illius Persiani explicationi plurimum momenti adfert l. 1. epigr. 72.

*Nostræ*

*Nostri versibus esse te poetam.*

*Eidontine, putas, cupiſq; credi?*

*Sic dentata sibi videtur Aegle,*

*Emti ossibus, Indicoq; cornu:*

*Sic, qua nigrior est cadente mora,*

*Cernassata sibi placet Lycorh.*

*Hac & iuratiſſione, quâ poeta es,*

*Calvus cum fueris, eris comatus.*

Ab eo etiam penitus est nostrum, quando vap-  
pas, fūgos & huiuscemodi agasones Rahle Kerk  
nominamus: Itemque phraſes illæ pervulgatæ  
Germanorum, si alter alterum injuriâ aut acer-  
bioribus probris inſectatur: *Das heißt geſcho-  
ren? Er hat ſich tapfer herſamgeſchoren.* Nec-  
non de homine, qui tetra, squalido, aut ridi-  
culo vultu, ac detriori ſive inſolentiori habi-  
tu incedit: *Wie ſieht er ſo verſchoren auß?* Cal-  
vam autem Venerem Romani colere cœpere,  
cū obſeſſis in Capitolio, deficientibus in ar-  
cubus venis, matronæ pro venis abſciſſas con-  
ferrent comas, teſte Lactantio l. i. Similis fere  
ratio Veneri impoſuit nomen *armata*, quod no-  
vimus ex Pauſaniæ Laconiciſ: Item *Cluſina*,

*Equeſtri, Mascula &c. Evolve Sched.*

*de D. G. i. 9.*

Cap.

## Cap. XI.

**P**rogressus ad Personas sacrificia obferentes. Ritus vox solemnis. *Karia* persona sacrificia. Fors fortunâ à Fortunâ differt. *Fortuna* dubia. *ἀρετή*. *Fortunus* à pueris cultus; cur? Recensentur quidam *ἀτέλεστοι*. Conditum Germ. Schelm, unde? Certi quidam in certis sacris *βέβηλοι*. *Ara Maxima* Roma. *ὅσις* iuuentia. Proverba *Herculis* ædem mulier non intrat. An mulieres per *Herculem*, viri per *Castorem* non jurarint? *Agellus* fallaciosus. *Frischlinus* contra *Pincierum* defenditur. *Agelli* officie infringuntur. *Boxborni* cessitatio quedam. *Templa* hodie Roma quibus *feminae* excluduntur. *Vestes* sacrificantium lintee, albae. *Sacrificantes* *Candidati*. *Candidati* qui proprie? *Antius* *Candidatorum*: *Annus* *Misericordie*. *Triumfatorum* & aliorum quorundam habitus sacrificalis. *Vestes* in superum sacris purpurea; in inferum alba. *Sacrificantes* coronati: Variis frondibus. Variis coronanda



*nandi modus. Sacerd. & sacrificantes manu frondes gestabant. ικετήρια. Θαλασσοφόροι, proverb. Fœmine cur caprificum gestarint in Capratina sacris? Polluti ante sacrificia lustrati. Lustrationis synonyma: tres species. Lustratio per aërem. Oscilla, vannus. Lustratio per ignem. Locus Virg. à Servio claratus. Περιοχυλακισμός. Lustratio cœdiū. Vis purgativa ignis. Lustratio per aquam: etiam animantibus communis. Homicida lustratio: καθάρασι. In cœdiū lustratione exspuebant. Lustrandi ad ortū versi. Lustrabantur aquâ purâ fluviali. Binarius numerus expiationibus proprius. Varia aquæ ad lustrandum. Ramorum arborum in lustrationibus usus. Adspersionum. Stadium puritatis in gentilibus. Omnes sacrificantes ante sacrificia loti: In primis manus: Latio earum ante preces: ante lectionem sacrorum librorum: ante & post cœnam. Faviæ. Vas Futile. Præfericulum. Vasa sacrificalia abluta. Differentia inter inferum & superiū sacra circa lotionem. Sordes ex lotionem quoniam abjecte. Ebreorum lotionem: varia earundemq.*

*demq; ritus. Ante sacrificia à conjugali consuetudine abstinebant. Ebraei ante gentium sacra. abius nec emebant, nec vendebant; nec dabant, nec accipiebant; Es quare? De abstinentiâ Ebraorum à variis rebus in sacrificii die.*



**E**Xcrevisset pagina, si Antistitibus voluissem lenocinari. Sed ne major thylaco! Ulterioris jam sint curæ Sacrifici latius ita dicti, seu homines, ob quos Hierophantæ faciebant; & eorū in sacris actiones ac *Ritus*, quæ vox specialiter & propriè ad sacrificandi morem pertinet, teste Jac. Spiegelio lex. Jur. civ. voc. *Ritus*. Compareant hîc reges & terræ filii, adultiores cum junioribus, potior sequiorque sexus. De rege sacrificulo consuli potest Agellius 10. 15. Infimæ conditionis homines, veluti operarii, rustici, servi (qui ap. Græcos sacris exacti) & omnes, qui sine arte vivebant, Forti fortunæ sacra faciebant, quæ in eo distulit à Fortunâ, quod illa potuerit tantum prodesse, hæc etiam obesse; illa templum habuerit in Janiculo trans Tiberim, hæc in Aventino; & *Fortuna Dubia* dicta est. Vid. Fabric. Rom. c. 9. Dianæ Brauroniæ vel Munichæ, virgunculæ non minores quinquennibus, nec decennibus majores crocotulâ

*Εὐτὺλᾶ* induta sacra faciebant, quod dixerunt *Ἐκτίουν*. Aristoph. in *Lystr.* In Tenedo Portunum Deum marinum pueri victimis generabantur, quod ipse quondam puer perisset. Canterus not. ad *Lycoph. Alexandram*.

Neque verò omnibus ad aras tendere licebat. Ap. Romanos enim hostes, vincti, ac duobus viris nuba, inde arcebantur; quod produnt *Festus & Livius l. ult. dec. i.* Ne non illi, qui nondum essent expiati, de quibus paulo post agemus. Ap. Græcos inter *Βεβήλας* habebantur servus & serva, mulier ianubra, ære coëctus: Ap. Scythas, qui in acie nullum interemissent hostem. Vid. *Stuck. f. 81.* Ap. Germanos, qui scutum in bello amisisset, tanquam inhonestus à sacrificiis propellebatur, teste *Tacito de M. G.* mansitque ad hoc usque tempus enorme istud convivium, quo huiusmodi nebulonem, & fruges consimere natum, cum quo vir bonus & honesti amās versari horret, *Einem. Schelm i. e. Schildenem* proclamamus, qualis sc: olim habitus est, qui sibi scutum in conflictu eripi permisit. Vid. *Besoldum & Gorop. Becanum.* Neque etiam, quibus licebat, omnibus ad una eademque sacra aditus patebat: Siquidem ad *Matralia i. e. Matris Matutæ*, quæ Græcis *Leucothea*, sacra ancillis accedere non licebat. *Girald. synt. 17.* Causam ejus refert *Plu-*

Plutarch. probl. 16. Herculis Victoris sacris ingenui tantum intererant, testibus Cornelio Balbo & Servio gramm. ad l. 8. Aen. Ad Aram Maximam in foro boario (in quâ decimæ de facultatibus obferebantur, & ad quam iusjurandum fiebat, pactaque firmabantur) & sacrificia in eâ exhibita omnis ætas, sed non omnis ordo aut sexus admittebatur. Abigebantur enim servi & mulieres, proturbabantur canes, nec advolabant muscæ. Vid. Fabrici Rom. c. 9. In Vestæ templo maribus pernoctare non licuit. Lips. c. 3. de Vest. Cœlestis Veneris fanum viri ne intrabant quidem. Pausan. in Achaic. Item templum Dianæ in vico patricio. Plut. qst. 3. Abstinebant Viri sacris Cereris Eleusiniæ & Bonæ, Deæ vel Veneris Chidiæ, quæ inde Deos juvenæcia audiebat. Tibullus: *Sacra Bonæ maribus non adunda dea.* l. 6. Huc Minutius Felix respicit: *Quadam fana semel anno adire permittunt, quadam in totum nefas videre est, quadam viro non licet, nonnulla absq; fœminis sacra sunt; Etiam servo quibusdam cerimoniu interesse piaculare flagitium est; Alia sacra coronat univira, alia multivira &c.* in Octavio. Vid. not. Geverh. Elmenhorst I, Lactantium 3, 20. Cic. de arusp. resp. Juvenal. sat. 2. & 6. Propertium l. 4. Fœminas contra, sacra Martis Silvani & templum Herculis vitare necesseerat. Vid. Caton. de R. R. c. 83. Sextum Pompejum voc. *Exesto.* Agellii 11. 16.

111ud

illud postea: *Herculis ædem mulier non intrat*, exivit in commune dictionum de eo, qui indignus aliquid audebat & attrectabat. Vid. Hadr. Junium adag. 13. cent. 7. Ex hoc quoque ait Agellius esse id, quod mulieres Romane in veteribus scribitis nunquam per Herculem jurarint, sicuti nec viri per Castorem, & antiquitus per Pollucem. l. 1. c. Quo ipso quidem cum ad stipulatorem suo Varro- ne, viros plurimos, perquam claros, magnosq; litteratores, à veritate turpiter deduxit, inter quos Pincierus doctissimus qui in Otio Marp. p. 299. Nicodemum Frischlinum adeò misere flagellat, quod ignarus atque imprudens sine ullo discrimine utrique juramenta hæc sextum attribuat, contra veterum & idoneorum aucto- rum scribita, ut vult Agellius. Itane verò, mæ Agelli? at confundit te Fotis Apuleji scribto- ris satis vetusti & sagacis; ita enim illa ad Lu- cium suum: *Specta deniq; quam parvis, quamq; futilibus tanta res procuratur? Hercules, aneti mo- dicum cum lauri foliis immixtum, rore fontano datur lavacrum.* l. 3. Metam. Confundit illa pannucia Baucis ap. eund. Fletui adsuspirans anus, sic inci- pit: *Bono animo esto, me hercules! nec vanis somni- orum figmentis terreat* l. 4. Metam. Psyche so- ror ap. eund: *Sic est, Hercules! sic se gerebat.* l. 5. Si huic denegas fidem, producit Plautus ancil- lam suam Astraphium, quam cachinnantem audi: *Ha, ha, ha, Herc'le, quæpi, quia introivit odi-*

um. in Truc. 2. 1. Ita ap. eund. Parasitus: *Mecastor dignus est.* Asin. 5. 2. Quid tibi, Agelli, de Plauto videtur? Satisne hic idoneus Scribtor? Eum certè *lingua atq; elegantia in verbis Latina principem*, 7. 17. Eum *lingua Latina decem* 19, 8. Eum *verborum Latinorum elegantissimum* 1, 7. nominas; Eum plus vices adlegas. Statuamus ergo cum Anselmo Epiphyllide Agellium h. l. in noctibus suis dormitasse. Decepit interim etiam Brissonium l. 1. form. & l. 8, Jacobum Ebertum in hist. juram. p. 74, Joh. Limnæum coroll. 6, diss. 1. de Academiis, & alios. Boethorius, quare Herculis sacrum foemina non fuerit ingressa, quæst. 23. aliquot causas coacervat; non autem cur foeminis per Herculem jurare non licuerit, prout est titulus quæstionis. Sed revertamur. *Talia sacella*, ait Fabricius, *à quorum ingressu sexus muliebris arceatur, ne quid paganismus decedat, adhuc Roma sunt in divo Petro Vaticano, in divo Joanne Laterano, in S. Cruce in Hierusalem, in diva Praxedi, in lavacro Constantini, & locis fortasse pluribus.* in Róm. c. 9:

Habitus sacrificantium pariter, ut Sacerdotum, erat *linteus & candidus.* Tibullus 1. 3.

*Ut mea votivas persolvens Delia laudes  
ante sacras lino tecta fores sedeat.*

In Galliis adhuc Fulgosi tempore reges depositis ornamentis lineis vestibus ad sacra pergebant. 1. 1. Ap. Lampridium Alex. Severo hostia  
cruenta

cruenta aufugiens, albam ejus vestem, cum quâ  
constiterat, cruentavit. c. 60. Ovid. 3. fast. Ni-  
veo velatus amictu. Id. 2. fast. Spectant & linguis  
candida turba favent. Idem 3. amorum el. 13.  
Movere patrum sanctæ velata vestibus albi. Idem  
4. fast.

*Alba decent Cererem: festis Cerealibus albas  
Sumite.*

Idem 10. Metam.

*Festa pia Cereris celebrabant annua matres,  
Illa quibus niveâ velata corpora veste.*

Idem 3. trist. el. 13:

*Scilicet expectas solitum tibi meris honorem,  
pendeat ex humeris vestis ut alba meus.*

Perfius sat. 2:

————— *Vota negato*  
*Juppiter hac illi, quamvis albata rogârit.*

Vid. summum Casaubonum comm. in h. l. &  
exerc. in Baron. 16, sect. 73. Janum Parrhasium  
comm. in l. 1. Claud. Ab hoc vestitu sacrifican-  
tes *Candidati* dicebantur. Plaut: *Aequius viderat*  
*Candidatas venire hostiatusq.* in Rud. 1. 5. sumtâ  
hac denominatione â petentibus Magistrum, qui  
absque inferiore tunicâ in comitia candidâ o-  
perti veste descendebant, ut eo habitu ad sup-  
plicandum humiliores accederent, seu albo co-  
lore innotuiss se ostenderent; & hi propriè  
*Candidati* dicti. *Candidatorum* annus, qui & ali-  
as annus *Miserisordie* vocatus, nominabatur â sa-

Q 2

lutifero

lucifero partu M. CCC. XCIX, a sectâ quadam, quæ ex Galliâ in Italiam linteis indumentis, ut à Deo Misericordiam peteret, commeavit: Ejus auctor Romæ à Bonifacio IX vivus combustus fuit. Vid. Baptist. Fulgosium l. i. memorabilem c. i. Cretes nudis pedibus quædam sacra peragebant; nulli enim eorum nisi nuda vestigia ædem Dianæ ingredi licebat. Solin. c. 17. Triumphales viri habitu triumphali, coronati, nudis pedibus, & tonsâ comâ ad rem div. accedebant. Vid. Foquelinum in sat. 2. Persl. Alexander M. armatus de navi profliciens hostias cecidit. Justinus. ii 5. Mutino Deo mulieres velatæ togis prætextatis solebant sacrificare. Fabr. c. 10. Rom. In sacris Bacchi quasdam è corticibus sibi formas fingeant, ad movendum risum. Virg. 2. Georg:

*Versibus in comitū ludunt, visuq; soluto,*

*Oraq; corticibus sumunt horrenda cavatū,*

*Et te Bacche vocant per carmina lata. — —*

Facibus etiam ora adaspergebant. Horat. de Art. Poët.

*Quæ canerent agerentq; peruncti facibus ora.*

Britannorum conjuges nurusq; nudæ in sacris incedebant Glasto toto corpore oblitæ, Aethiopum colorem imitantes, ut supra diximus. Menander de myst. scribit in<sup>u</sup> inferiorum atras, in superiorum Purpureas vestes esse adhibitas. Vid. quid de Purpurâ supra à nobis adnotatum.



notatum. De atrato in infernalibus vestitu Apollonius l. 3. argon.

ἐπ' ἅκ' ἢ βελμὸν κεροτέοφον, ἐγκαλίσασα  
βελμὸν τυκλὶ πόλον, χθονίην ἐπ' αἰροισιν ἄνασσαν  
λυγαίῃ ἐνὶ τυκλῇ σὺν ὀρφναίοις φαρόεσσιν.

Ovidius in Ibin:

*Et nigrae vestes corpora vestra tegent:*

*Tu quoq; quid dubitas ferales sumere vittas.*

Capita similiter cingebant coronis. Suet in Aug. Candidati coronatiq; & thura libantes.

Cydonius: θύεσσι θηνίκια καὶ εὐφραδύνται.

Ovidius trist. 5. 3: Festaq; odoratis innectunt tempora fertis. Virg. l. Georg. Cereri tortâ redimitus

tempora quercu. l. 3. Georg. Ipse caput tonse foliis ornatus oliva. Id. 5. Aen: Ipse caput tonse foliis

vinctus oliva. Id. l. 8. Aen. Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris. Tibullus. l. 10:

*Hunc purâ cum veste sequar, myrtoq; canistra*

*vinctâ getam, myrto vinctus & ipse caput.*

Idem. 2. 1.

*Cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras:*

*vinctâq; post oleâ candida turba comas.*

Seneca H. F. 3. 3:

*Stantes sacrificus comas*

*Dilectâ tege populo.*

& scenâ 4:

*Conferre in aras pingui exundet vapor;*

*Populea nostras arbor exornet comas:*

*Te ramus olea fronde gentili tegat.*

Q 3

Idem

Idem Agam. 2. 3:

*Tibi nexilibus**Turbā coronis redimita venit.*

Idem H. O. 3. 2

*Canā revinctus populo horrentem comam  
Succendit aras.*

Verū coronæ hæ ex aliis subinde necēbantur frondibus: v. g. Dionysiacis myrto; Cereali-  
bus quercu; Sacris Apollineis lauru; Herculis  
populo; prout nimirum hæc vel illa arbor huic  
vel illi Deo dicata esset, de quā re Benedictus  
Curtius Symforianus l. 3. & 5. hortorum. Et  
ita quidem coronabantur, ut alii tantū capi-  
ti eas imponerent superius, alii ad tempora de-  
primerent, alii ad collum usque, quæ omnia in-  
lustravit exemplis Nat. Comes mythol. 1. 10.  
Et qui eum exscribit Schedius de D. G. 2. 29.  
Myricā coronabantur, teste Nicandro, quæ est  
antiquissima planta, ut tradit idem in Theria-  
cis, & Metrodorus l. de consuetud. In sacris  
Bacchi florum aut herbarum vicem angues ge-  
rebant, quibus coronabantur. Clemens Alex.  
Διόνυσον μαινόμενῃν ὀργιάζειν βάκχαι ἀνεστει-  
μέναι τοῖς ὄφεσιν admon. ad Gent. Euripides;  
ἐφάνωσέν τε δράκόντων ἐφάνοις. Bacch.  
Contra ap. Indos neminem coronatum sacri-  
ficasse ait Girald. synt. 17, p. 470. Manibus ra-  
mum arboreum gestabant, quod etiam de Sa-  
cerdoti-

cerdotibus intelligendum submoneo. Ita *ἱετήρια* olea erat lanâ obvoluta, quam supplicantes in manibus ferebant. Stuck. f. 85. In Panathenæis senes tantum oleaginas gestasse termites, Philochorus & Xenophon confirmant: unde inutiles homines *Ἰαλλοφῶρες* proverbio dixere. Hadr. Junius cent. 4. adag. 61. Casaubonusexerc. in Baronium 16. sect. 2. Sacerdotes Isiaci absinthii marini ramum manibus versabant. Plinius l. 27. Caprifici virgas gerebant mulieres in Junonis Capratinæ sacris, quorum initium ab ancillis, quæ ex obsessâ Româ ad Fidenates, omnes puellas & matres familiâs Romanorum minis poscentes, dominarum loco exiverunt; hostesq; vino sopitos Romanis per *signum è caprifico* datum prodidere. Auctores sunt Varro & Festus.

Opus inprimis erat piaculo contaminatis ac pollutis sive hominibus, seu victimis, vel locis, sive etiam vasibus, ut ad sacra admitti possent, atque *ἱστίαις* idonea rursus efficerentur, mundatione aliquâ, quæ Græcis *ἀπολύμανσις*, *ἀγιασμός*, *ἀγνισμός*, *τελείωσις*, *καθαρσμός*, *καθαρμός*, *ἐξοργισμός*; Latinis purgatio, purificatio, sanctificatio, lustratio, expiatio, consecratio, inauguratio, initiatio &c. dicta. Vid. Stuck. f. 79. Fiebat illa tribus modis, ut

Q 4

Servius

Servius Honoratus monet, AERE, TÆDA, & AQVA. Ipse quoque Virgilius 6. Aen:

*Alia panduntur manes,  
Suspenda ad ventos, alii sub gurgite vasto*

*Infestum eluitur scelus, aut exuritur igni.*

Ad AEREM pertinet vannus illa & oscilla, in sacris Liberi ad purgationem animarum suspenda, de quibus Maro 2. Georg. *Oscilla ex altâ suspendunt mollia quercu.* Secundò lustrabantur TÆDÆ sive sulfuris levi perfusione, cui apud Romanos adjiciebantur manides, scillæ vel capæ, crines, & ova. Hom. 16. Il.

*Τὸ πᾶν τὸ ἐν χηλοῖο λαβὼν ἐκὰς ἤρε Ἰεείω  
πρῶτον, ἔπειτα ἡ νίψ' ὕδατος καλῆς ῥοῆσιν.*

Ovidius l. 7. Metam:

*Terq; senem flammâ, ter aquâ, ter sulfure lustras.*

Idem. de art. am.

*Et veniat quæ lustret anus lectumq; locumq;  
præferat & tremulâ sulfur & ova manu.*

Idem 4. fast:

*Carulei fiant puro de sulfure fumi;  
tectaq; fumanti sulfure balet ovis;*

*Ure mares oleas, tadamq; herbasq; Sabinas &c.*  
Martialis. 7. 54.

*Consumsi falsâsq; molas & iburi acervos,*

*Decrevêre greges, dum cædit agna frequens:*

*Non porcus, non cortis aves, non ova supersunt &c.*

Tibullus 1. 5:

*Ipseq; ter circum lustravi sulfure puro.*

Græci

Græci ad sulfur adhibebant l'asphalte, ou bitume, & de l'eau de mer, pour ce que le soufre purifie pour l'acuite de son odeur, ait Choul ex Proclo p. 292.

His ita peractis sal injiciebatur aquæ; mox lauri, vel olivæ, vel arboris Deo, cui operabantur, dicatæ, ramo, in aquam illam demerso, locus leviter inrigabatur, ut docet Theocritus in parv. Herc. Idque ter more cæterarum lustrationum fiebat. Adi Nat. Com. I. 14. Stuck. f. 78, 41, 42. Ovidius l. 5. fæst:

*Huc venit incinctus tunicâ mercator, & arnâ  
purus subfusâ, quam ferat, haurit aquam:*

*Uda sit hinc laurus: lauro sparguntur ab udâ. Omnia*  
Virg. 6. Aen:

*Idem ter socios purâ circumtulit undâ,*

*Spargens rore levi & ramo frondentis olivæ,*

*Lustravitq; viros.*

Sed Romani Codicis lectio plus adridet, quæ est: *Lustravitq; domos.* Servius propter Augustum Poëtam pro lauro olivam ait posuisse, eod. die, quo Augustus, natâ, ne sc: ea officium lugubre præstare videretur: fuisseque aliàs moris, ut de Lauro fieret. not. in h. l. Vid. Choul. p. 288.

& seqq. In mysteriorum lustratione juxta ignem Mel requirebatur. Porphyrius: ὅταν μὲν ἐν τοῖς τὰ λεονικὰ μυημένοις, εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ὕδατ' & μέλι νίψασθαι ἐγχείωσι καὶ θαραὶ ἔχον τὰς χεῖρας παραγέλλωσιν, ἀπὸ πάντες λυπηρῶν.

Q 5

καὶ

καὶ βλαπτικῇ, καὶ μυσαρῇ. Καὶ ὡς μύτη κα-  
θαρτικῇ ὄντ' ἔστι πρὸς οἰκῆα νύπτεα προσ-  
αγῶσι παραιτησάμενοι τὸ ὕδωρ ὡς πλεμῶν  
τῷ πυρὶ. lib. de antro Nymfarum. Erat & alia  
lustratio, περισκυλακισμὸς vocata, quā catu-  
lus circa corpus ducebatur. Vid. Casaub. not.  
ad Theoph. charact. Ad expiandas cædes arma  
cremabant. Vulcano, eorum fabro; Marti ac  
Minervæ, Diis bellicis; Lux, deæ purgatrici.  
Theocr. Idyll. Α' Α':

καθάρῳ ἧ πυρώσατε δῶμα θεῶν  
πρῶτον· ἔπειτα δ' ἄλεσθ' ἑμιγμένον ὡς  
γενόμεισαι

Θάλλω ἡπύρραινεν ἐστμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.  
Habet enim ignis purgandi vim. Vnde Plutar-  
chus inter alias causas, quare sponsa in nubtiis  
aquam & ignem tangat, hanc quoque profert.  
ὅτι τὸ πῦρ καθαίρει καὶ τὸ ὕδωρ ἀγρίζει. Δεῖ  
ἧ καθάραν ἢ ἀγνὴν διαμένειν τῷ γαμηθεῖσαν.  
probl. 1.

Tertius denique lustrationis modus pera-  
gi solebat AQVA. Androtioni ap. Plutarch.  
Cornelius mandavit λέσασθ' πρὸ τῆς θυσιᾶς  
ἀπὸ ἑὸς θυμβρεως. Νενομίασθ' ὃ ἔτω τὰς καλ-  
λιερῆντας. quæst. 4. Cicero: Aqua adspersione  
labem corpoream tolli, & castimoniam corpori judi-  
cabant. l. 2. de LL. Id. ibid. Incestum adspersione aqua  
vel

vel dierum numero tollitur. Ovid, 2. fast.

*Ab nimium faciles, qui tristia crimina cadis  
flumineâ tolli posse putant aquâ.*

Catullus de Gellio, homine prodigiosissimæ libidinis, qui matrem, sororem, patrui uxorem, patrum, pluresq; cognatas puellas unus contaminavit, carm. 89:

*Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys,  
Non genitor hymfarum abluat Occamus*

Vid. Aug. l. 21. de Civ. Dei, Pausan. in Att. & Corinth. Herodotum l. 1. de Adrast. Pers. sat. 2. Hanc lustrationem etiam quædam animantia, præsertim Elefantos observare docet Plinius & Aelianus, Manilius: *Corporaq; ad Luna nascentia cornua lustrant.* l. 5. Astron. Vid. Scalig. notas. At cædis reus manus porcelli mactati sanguine abluebat, aliiq; interim porcelli, καθαρστια dicti urebantur; quod tamen vix de eâ cæde intelligendum opinor, quæ in bello pro patriâ committebatur. Aeneas sanè â nece adhuc αἰμαλέῃ tantum aquâ purgatur ap. Virgilium:

*Sacrâ manu patriosq; penatei  
Me bello è tanto digressum, & cæde madentem,  
Attrectare nefas, donec me flumine vivo  
Abluero.*

Cæterum ad cædes expiandas ter exspuebant, Apollonius: τοῖς δὲ ἀπέλαξε φόνος, τοῖς δὲ ἐξ ἄγῃ ἐπτυσ' ὀδόντων. l. 4. Argon.

Duo

Duo autem præcipuè ad lustrationem illam exigebantur: Alterum ut ad Orientem fieret Solem, devotis precibus: Confer Nat. Com. l. 14. Alterum, ut *vivum & purum* in purgatione adhiberetur flumen. Vid. Briffon. l. 1. form. Lactantius: *Elagitiq; omnibus inquinati veniunt ad precandum, & se pie sacrificasse opinantur, si cutem laverint, tanquam ad libidines intra pedus inclusas ulli amnes abluant.* 5. c. 3. Virgil. *Donc me flumine vivo Abluero.* 6. Aen. Ovid. 4. fast.

*Hic Dea placanda est. hæc tu conversus ad aras*

*Dic quater, & vivo perluere rores manus.*

(quare: *Dic quater*? Duplicat binarium, in expiationibus perusitatum; veluti & Septenarius: Et ternarius in sacrificiis in genere. Naso l. c.

*Bu caput intonsum fontana spargitur unda,*

*Bis sua faginea tempora fronde tegit.)*

Hesiodus:

πρὶν γ' εὐχῇ ἰδὼν εἰς καλὰ ρέεθρα  
χθρᾶς νύψαμεν. πολυκράτω ὕδατι λευκῷ.

Commoda hujuscemodi purificationibus habebatur Camœnarum aqua Romæ; veluti aquâ Mercuri extra Campenam portam à perjurio se liberari credebantur. Plut. & Ovid. 5. fast. Add. Choul. p. 289. In Tiberi morbis gravibus soluti lavabantur. Petroniam Magistratus in campo quid acturus transgrediebatur, boni ominis causâ. Aqua verò Juturnæ in foro præ cæteris generaliter ad sacrificia adhibebatur;



tur; ut Callirhoe ab Atheniensibus, à Trœzeniis fons Hippocrène. In Almone vel Alcmone extra portam Ostiensem, qui non procul ab urbe cum Tiberi miscetur, VI. Kal. April. quorannis simulacrum Cybeles, & carpentum, & leones, & cultri Phrygii à Sacerdotibus abluebantur, ut testatur Vibius Sequester. Vid. Ovid. 4. fast. Lucanum l. 1. Statium 1. silv. Martial. 3. 47. Fabric. Rom. c. 16. Hinc benè Fulv. Ursinus ap. Cicer. pro *Anemone*, *Alcmone* rescribit. ad l. 3. de N. D. Quod si vivus amnis (propter congelationem, ut conjicio) lotionem inhiberet, februare licebat aquâ, in quam torrem ex altari, ubi rem divinam obibant, sumtum, restinxissent; Vid. Coel. Rhod. L. A. 12. 1. & 6. 44. Choul: *Qui trempoit en l' eau, en laquelle la torche (qui servoit à l' autel, ou ils auoyent célébré les choses divines) avoit esté premierement est éinte.* p. 289. Ad hoc certi arborum rami destinati erant: Ovid. *Spargit & ipse suos lauro rotante capillos* l. 5. fast. Ap. Romanos *Adspergillum* erat, cujus picturam, qui desiderat, videre poterit infra in tabellâ cap. XVII præfixâ litt. A. Pertinet huc illud, quando Pilatus manus in tribunali, ut innocens ac purus evaderet, perluit. Matth. 27.

Cæterum casti omnes animo & corpore Deos volebant adire, ex lege illâ: AD. DIVOS. CASTE. ADEVNTO. l. 1. de Cult. Deor. tit. de Relig. XII. Tabb. cùmque etiam Gentiles neminem

minem immaculatum vivere agnoverint, ne  
 conspurcati coram Diis suis consisterent, sin-  
 guli sacrificaturi ante sacra curiosè perlueban-  
 tur; sed aliter longè quàm à certo piaculo lu-  
 strandi, quibus precibus, conversione ad So-  
 lem &c; opus fuit. De illis Plautus: *Ego eo la-  
 vatam ut sacrificem.* Aul. 3. 8. Id. ibid. *Nunc la-  
 vabo ut rem divinam faciam* 4. 2. Tibull. *Tum sa-  
 cra colu pureq; lavati Te vicimini.* 1. 3. In hac lotio-  
 ne præcipua ratio manuum habebatur. Dionys.  
 χειρὶν ψάμενοι γὰρ αὐτοὶ, καὶ τὰ ἱερά καθαρά  
 περιελαγκήσαντες ὕδατι. 1. 7. Homerus Il. 6.

χειρὶ ᾗ ἀνιπτοῖς δὲ λείβειν αἷθροπα οἶνον  
 ἄζομαι.

Hesiod. l. β. ἔργ. καὶ ἡμέρων:

Μὴ ᾗ πατ' ἐξ ἧς δὲ λείβειν αἷθροπα οἶνον  
 χερσὶν ἀνιπτοῖσιν μὴ δὲ ἄλλοις ἀθανάτοισιν.

Et paulò pòst:

Πρὶν γ' εὐξῇ ἰδὼν εἰς καλὰ ῥέεθρα  
 χεῖρας νιψάμεν &c;

Plautus Truc. 2. 5:

*Ecce huc verbonam mihi tibi & bellaria.*

*Date aquam manibus.*

Tibullus 2. 1:

————— pura cum veste venite;

*Et manibus puris sumite fontem aquam.*

Lucianus de sacrif. Inscriptionis mentionem  
 facit, quâ prohibetur, ne quis intra vasa pura  
 consi-

consistat, qui manibus sit impuris. Aliàs ante preces quoque manus lotæ. Vid. Judith. 12. vers. 7, 8. Homerum iliad. 2, Tertull. de orat. c. 2, Virg. l. 11. Aen. Ovid. 4. fast. Plut. l. 2. de esu carnium, Stegerum de L. R. c. 5. Turcis ante Alcorani contactum præceptum erat manus abluere; unde extensius in compacturâ legitur: **NON ATTINGAT NISI MVNDVS.** Schickardus de jur. reg. Ebr. 22, theor. 6. (De Turcarum lotionibus confer Heinsium in Arist. c. 3, Hoornbec. sum. controvers. p. 149.) Similem morem tenuere Christiani primitivæ Ecclesiæ teste Chrysostomo hom. 52, in Joh. tom. 3, & tom. 5, hom. 7. ad pop. Antioch. Ante & post cœnam quoq; manus lotæ. Vid. R. Jacob Baal Turim c. 181, Buxtorfium F. diatr. de lotionem manuum ant. & post. cœn. Adde Becan. annal. V. & N. T. c. 15, quæst. 5. Menochium de R. E. 6, 3, 3. Lud. Capellæ spicil. Gilb. Gaulmyn. not. ad l. de vit & mort. Mosis, 2, 6. Buxtorfium Lex Talm. 707, Schickardum 707 c. 5. Pocoke not. misc. c. 9, & qui hos ferè citat, amplissimæ doctrinæ atque famæ virum, Marr. Geierum de L. E. c. 21.

Ideò templis certa vasa, quibus aqua continebatur lustralis, præfixa erant, Romanis fuisse dicta, qualium picturam adfert Guilielmus du Choul. l. de Relig. Rom. Et nos in tabellâ

bellâ ad Cap. XVII. Simile erat vas lato ore & fundo angusto, ne stare posset (quia aquam lustralem super terram posuisse piaculare erat) *Futile* dictum, de quo Lactantius l. 8. Quædam enim præferebantur *Præfericula* exinde nuncupata, quorum formam denuò habet Choulius l. c. Philippus Camerarius vidisse se ait Neapoli tabellam marmoream vetustissimam, in quâ vetus sacrificantium mos, ubi sacerdos aræ rotundæ adstet, manus lavans ex vase, quod in manibus puella gestet. Hor. subsec. 2, 1. Vid. de malluviis Riberam de templo l. 2. c. 16. & 17, Stegerum de lotionibus vet. Rom. c. 2. Delubra exinde quidam â diluendo dicta contendunt. Confer Stuck. f. 77. 78. Idem planè de Vasibus enunciaverim, quæ ante sacrificia similiter purgabantur, sed non veluti earum quæ essent impiata, & tædâ atque sulfure opus habebant. Plautus: *Jube vasa pura actutum adornari mihi.* Amph. 5, 2. Idem: *Vascula intus purè propera atq; elue.* Aul. 2, 3. Distinguendum tamen accuratè inter cultores superiorum ac inferiorum: Illi toti, ubi res. postulabat, aut saltem manus abluebantur; hi leviter tantùm inrorabantur. De hac differentiâ Macrobius monet: *Constat Dis superis sacra facturum corporis ablutione purgari: cum vero inferis litandum est, satis actum videtur, si adpersio sola contingit.* Saturn. 3, 1. Sordes denique in mare abiciebantur, quoniam

marina

marina aqua sordibus abluendis peridonea. Qui verò à mari remotiores essent, in aquas dulces projectabant. Videantur de hisce Dio l. 39. & 48. Cato origg. 3. Tertull. de bapt. c. 5. Seneca Herc. Fur. Apulejus l. 9. A. A. Clem. Alex. l. 7. Strom. Justinus Mart. apolog. 2. Eurip. in Iphig. Taur. Ovid. 5. fast. 4. & 7. Metam. Serv. ad 6. Aen. Stuck. f. 77. & seqq. Schedius de D. G. 2. 27. Phil. Caroli antiqq. 1. 12.

Ap. Ebræos oportebat omnes tam mundos quam immundos lavari (ubi & sacerdos ad domum lotionis deducebatur. Joma c. 3, §. 2, 3.) & quidem stantes, non innitentes parieti, aut alleui sustentaculo; nec super solum, propter halitus nocivos ibi hærentes, sed super pavimentum ligneum & consimile. Aquam elegere non corruptam, non turbidam; qualis illa, ex quâ vitrea vasa vel cyathi perlui solent, vel ex quâ galli gallinacci & gallinæ aut canes biberint: sed limpidam atque claram, nulliq; aliî rei adhuc adhibitam. Pro adspergillo, olivæ vel lauri loco, hyssopo utebantur. Vid. Buxtorfium synag. Jud. c. 4. & 6, Hug. Grotium in Marc. c. 7. Münsterum in Deut. c. 8. Schickardum de jur. reg Ebr. c. 5, theor. 18, Choulum pag. 291, Glassium Phil. 5. l. 3, tr. 5, tan. Stegerum de L. R. c. 6. Distinguebant autem illi, teste Levi Barsellonio, in Sepher Hachinnuc Paraft. tiffa, inter טבילין, quæ erat  
R totius

totius corporis immersio; & קרושׁ, quæ manuum & pedum ablutio. Hanc, sc: manuum, etiam in funeribus eorum fuisse consuetam & adhuc esse præter Maimonidem l. Efel, 5, 3, Sanctium ad 2. Sam. 19, 24, Buxtorfium l. c. & c. 35, Geierum de luct. Ebr. testatur quoque Cod. Minhagim: Man wäscht die Hände/wann man das mesh niederställt auff das beth bakkesuroth; und wann man es Kabber-Haz gewesen / da wäscht man sie wieder: Illa contra planè in funere fuit interdicta; quod spectant hæc seqq. ejusd. Cod: Der asel darf nicht baden / noch schmieren mit wolschmeißendem Oele &c. Posterior, nempe קרושׁ, talimodo fiebat: מניחת על גבי רגלו הימנית וידו השמאלית על גבי ורגלו השמאלית ומקושׁ: i. e. *Imponebat manum dextram, super dextrum pedem; & manum sinistram, super sinistrum pedem: & sanctificabat.* Sed in die expiationis quinquies se lavare, & decies sanctificare debebat sacerdos, cujus causas vid. in Torath Cohanim Paras. Acharne mot. c. 6. & ap. Sheringham in Joma l. c. Aliter autem se res habebat, si nocturnus casus accidisset, quod Horatius l. 1, sat. 5. enunciat:

*Immando somnia visu*

*Nocturnam vestem maculant, ventremq; supinum;  
Ibi enim sacerdotes ante sacrificia in locum  
templi*

templi subterraneum descendebant, illitque  
 lustrabantur; quod describit Cod. Tamid:  
 אירע קרי לאחד מהם יוצא וחולך לו  
 במסיבה ההולכת תחת הבירה והנדרות  
 דולקין מכאן ומכאן עד שהוציא מגיע  
 לבית הטבילה ומדורה היתה שם ובית  
 כסא של כבוד וזה היה כבוד מצאן  
 בעיל יורע שיש שם אדם פתוח יורע  
 שאין שם אדם יורע וטבל עלה ונסתפם  
 i. e. Si nocturnus  
 casus accidisset, ibat per cochleam sub templo, lucenti-  
 bus undecunq; facibus, donec ad domum lotionu per-  
 venisset; & ibi ignis erat, locuq; secretus honoris:  
 Et iste fait honor ejus; si quis obseratum invenisset,  
 sciret esse intus aliquem. si apertum, neminem. De-  
 scendebat, & lavabat; adscendebat, & abstergebat,  
 & calefaciebat se ad ignem.

Erant & alia, quæ Gentiles ante sacra ob-  
 servare necesse erat, ut ritè præstruerentur, &  
 ad aras decenter accederent. Inter ea est, quod  
 ante sacrificii festum à concubitu conjugali, &  
 carnali commistione abstinuerint. Juvenalis  
 sat. 6.

*Non abstinet uxor*

*Concubitu sacrum, observandūq; diebus*

Tibullus. 2. 1:

*Vos quoq; abesse procul jubeo; distedite ab aris,  
 quæ in istis hæstet nocte gaudia Venus.*

R 2

Ovid

Ovid. l. 10. Metam.

*Primitias frugum dant spīcea festa suarum,*

*Perq̃ novem noctes Venerem tactusq̃ virorum*

*In vetitū numerant.*

Vid. eund. l. 3. amor. el. 10. Inde feeminae initiandæ lectos è viticis foliis substernebant, ut refrenarent libidinem. Ebraei prohibebantur.

שלשה ימים לפני אידיהם של גוים  
ליקח מהם ולמכור להם דבר המתקיים  
בללוות מהן ולהלוותן ליפרע מהן וליפוע  
להם כלומר בשטר או על המשכון;

i. e. triduo ante festa gentilium idola colentium ab  
iis emere, illis vendere rem ullam duraturam; *mutuum*  
quid accipere, vel dare; capere solutionem, aut  
solvere mutuum scribo vel pignore. R. Maim. lib.

ערכו c. 9. §. 1. Causas addit Vossius F. 1. Ne  
si emerint ab iis quicquam, pecuniâ illâ tem  
pore festi se oblectent. 2. Si vendiderint, læ  
tentur gentiles ob rem bono pretio compara  
tam, ac hilariores ad festum contendant, Disq̃  
suis, puta Mercurio Deo lucri, aut aliis,  
gratias ac *χαριστίας* obferant. 3. Si debita  
solverint, iterum pecuniam in festum ac sacra  
impendant: idè etiam olera, carnes coctas,  
& res non durabiles eis vendere licebat, quò  
veniente festo gentiles non haberent pecuni  
am. Deinde ne defecationi solutis debitis ani  
mo essent. 4. Si mutuum dederint, gentiles ad  
Deos



Deos colendos uterentur: Si acceperint, Ethnicus latior ad festum properaret, quasi Dis gratias acturus, quod tantò felicior esset Israëlita, ut hic sui indigeret. Sed hoc in regione Judæorum tantum verabatur. Vid. c. c. §. 2.

Ebræis concubitus tantum abest ut fuerit interdictus ante sacrificium; ut potius sacerdotem magnum ante diem expiationis à domo sua septem diebus in domum Parhedrorum sejunxerint, ipsique alium sacerdotem substituerint; aliamque uxorem, si uxor ejus mortua fuisset. Vid. Cod. Para c. 3, & Joma c. 1, §. 1, cum not. Sheringham. At, in ipso festo, aut sacrificii die serio erat vetitus. Menasseh ben Israël *He peccado casar na mulher, como se fosse menstruada, e non podem dormir numa mesma cama por fugir a occasiõ de peccar i. e. Peccatum est ranguere mulierem, ac si esset menstruada; nec in eodem lecto dormire possunt, ut fugiant occasionem peccati.* In thesouro dos dinim. Eadem proflus lex Moslemannis lata est in Alkorano, surata 2: *Litet vobis nocte jejunii coire cum uxoribus vestris, ipse sunt indumentum vobis, & vos indumentum ipsis. Novit Deus quod vos defraudati animas vestras, & clementer agit vobiscum, & parcit vobis. Itaq; jam commiscetini cum eis, & inquirete, quod præscribit Deus vobis; & comedite & bibite, quoad agnoscatur vobis filum album pra filio nigro ex aurora inlucescente. Exin complete jejunium ad noctem usq; neq; com-*

*miscemini cum eis, sed permanete in templis.* Vid. Theologum, Philologum & Philosophum incomparabilem, cujus in Sancti sermonis idiomate scientiam incredibilem & Orientalium linguarum cognitionem stupendam vix ullus unquam adæquabit, THEODORICVM HACKSPAN; quem velut olim doctorem immensæ comitatus me fuisse nactum in primâ felicitatis meæ parte posui; ita Eund. atrocitate factorum properiter mihi nuper sublatum, ingemisco, indignor, & æternum doleo: lib. de fid. & Ll. Mohammædis pos. 6, l. 3. Et diss. de passione dominicâ. Eadem ferè Ebræis leges erant in abstinentiâ à cibo & potu. Sacerdotem enim magnum ante expiationis festum separatim septem diebus בל שבעת הימים לא היו מונעין מסנו מאכל ומשתה ערב יום הכפורים עם השיכה לא היו מניחים אותו לאכול הרבה מפני שהמאכל מביא את השינה i. e. non arcebant eum à cibo & potu, toto hoc septem dierum spatio: Vesperâ autem diés expiationis post exortas tenebras non sinebant eum mulctum edere, quia sibus somnum inducit. Joma c. 1, §. 4. Et quidem non sinebant eum edere (ut inquit Gemara Hierosolymitana) ולא מצים ולא גבינה ולא בשר שמן ולא יין ושן ולא קונדיטון ולא גריסין ועוד, &c. i. e. לא, nec פור ולא ערשין; nec

*nec caseum, nec carnem pinguem, nec vinum verum, nec conditum, nec fabas frescas, nec lentes.* Mandatum insuper erat, ut pridie diei expiationis plus solito ederet, quò alacrior magisque dispositus esset ad diem sequentem jejunii; quamvis & hic cibus concoctu facilis requirebatur, ut docet Menassêh ben-Israel in thes. dos dinim c. 96. Vid. Sheringham in l. c. Joma. At in ipso die expiationis inhibitus erat cibus, omnisque operis peractio. Vid. Levit. 16, 29. & 23, 29. Qui cibum sumserit, aut opus fecerit in die hac dicitur esse vapulandus; in Maecoth c. 3. Et plane excindendus è populo, in Kerithoth. c. 1. Quid autem prohibitum fuerit, & quot cibi & potus; item cui licitum aut interdictum? prolixè vid. in Joma c. 8. cum Gemarâ & not. Sheringh. Adde Arba-Turim in Hilcoth jom Hakkippurim; necnon Maimonidem, Bartenoram, & alios. Hæc etiam in Ecclesiæ N. T. tam Græcæ quàm Latinæ sacris ac jejuniis usum venisse ex Bassamone, Leunclavio, & aliunde probat Sheringham ad Joma 8, 1. Neq; sacerdotè magnum dormire patiebatur; sed vel in Jobo, vel Hezrà, vel Zachariâ, aut etiam Daniele legébant. Quod si verò jam dormire inciperet, sacerdotes juniores digito percutiebant coram ipso; & quidem, docente Mischnâ Cod. Jom. c. 1. §. 6, & 7. **אֵלֶּיָּהוּ מִיָּדָם**; quod Gemara, & ad eum R. Salomon; item R. Huna; R. Jochanan,

chanan, Buxtorfius, & R. Sheringham de *Indice* digito vertunt: Sed R. Maimon & alii *Medium* esse digitum existimant. Et hæcenus de præliminaribus requisitis, ac Personarum ad sacrificia adoratione.



## Cap. XII.

**V**ehiculis quinam ad sacrificia delati? Currus arcuatus ap. Livium qualis? Sacerdotes cur vecti ad sacrificia? Remotio Βεβήλων à sacris per lictorem. Varia Βεβήλων nomina. Formula quedam solemnes ante sacrificia. Profani funiculis à sacrificiis exclusi. χοινία. ἀποχοινία μὲν quid ap. Demosthenem. χοινία puel-  
larum juncea, cur? Commentaculum. Læ-  
tius. Sacra ἀβέβηλα. An Favete linguis  
silentium significarit? Valla, Castalioni, &  
aliorum opiniones rejectæ; & Seneca cum  
Festo ac Cicerone conciliatus. Favere i. e.  
bona fari. Favere i. e. silere. Pascito lin-  
guam in sacrificiis solemne dictarium.  
Formula Favete linguis explicatur: For-  
mula Græcorum parallela. *Mysterion*  
Mureti

Mureti error grandis. Capitis in sacrificiis velatio: Ejus aliquot cause. (Canterus obiter coarguitur.) Flammeum quid? Cur in nubiliis usitatum? Feminarum velatio: Et puerorum. Rica. Velamina, Velamenta, Velata colus: πέπματα. Velati qui proprie? פְּעֻמָּה. Velamenta subjectionis signum. Velatio lugentium: Ignominiosorum: Regum. Velatio unde orta? Quibusdam Diis se non velabant. Saturni siue Crodonis effigies apud Germanos capite nudo, & cur? Schedl ratio longius petita. Lucem facere Phraſis ſolemnis. Apertio capitis honoris signum. Velatio in ſacris etiam hodie uſitata. Converſio in ſacris, & ejus causa: Quorſum fuerit facta? Varia in Ouidio lectio exponitur. Tempia & ara cur verſus orientem? Sanctum Sanctorum in occidente: Ita & Chriſtianorum templa, & cur? Baptizandorum in prima Eccleſia mos: Vertebantur ad dextram, & cur? Galli ad ſiniſtram. Ebraeorum פָּנִים. Voſſius notatur. Verſio adhuc Turcis in uſu. Lapis Veneris apud Turcas. Oſculatio manuum in ſacris.

*Aliquot S. Scr. locis lux adfunditur. Certe  
 osculandi manum modus. Adorare  
 unde? Vossius de Etymologia compellatur.  
 StuckI Etymon eliminatum. Idola oscula-  
 bantur. Osculatio manuum olim & bodie  
 venerationis genus. Manu venerari:  
 Manu salutare. Baise les mains. Post  
 preces in terram procubere: Ejus ali-  
 quot causa. Stuckius notatur. Crusenio ad-  
 versus Vossium tutela prestita. καθήκον  
 προσκυνήσας proverb. & residere mortuis  
 exhibitum. | Τὸ προσκυνεῖν Persarum:  
 Ejus derivatio. Rüssen unde? Locus  
 Matth. 2. dilucidatur. Προσκύνῃς super la-  
 pidem figuratum: Manibus pedibusq;: Ju-  
 daeis prohibita. Quatuor Ebraeorum bono-  
 ris genera. Phrasium quarund. Biblic. o-  
 rigo. Humiles & lugentes bumi cubabant.  
 An προσκύνῃς in sacris ab humicubatione  
 distincta? Digitus in sacris ori adnotus:  
 Talia simulacra in Coemeteriis vett: Cur in  
 Templo Isidis & Serapis? Harpocratis Ef-  
 figies. Trascodrugitæ: Perticonasati.  
 Quisnam ille digitus? Digitus in S. Scr.  
 pro totâ manu. Pollex pro digito: Unde  
 dictus?*

*dictus? AVTIXEIP. Pollicis dignitas. Loco  
Jud. 1. fax praefertur. Singuli olim digiti  
certis Diis consecrati. Indice silentium in-  
dicatum. Index digitus salutaris cur? Si-  
lentium in Sacris dogma Pythagoricum.  
Virgili locus enodatur. Agesilai profanum  
factum. Barcani pediculatorum ridiculi  
cultores.*

**R**urgati itaque & condeco-  
rati actutum ad sacra pergebant,  
quò matronæ primùm vehiculis  
delatae. Livius legem recenser quã  
cautum, *Ne mulier juncto vehiculo nisi sacrorum  
publicorum causâ veheretur.* l. 34. Postea Sacerdo-  
ribus tantum permittebatur. Virgilius l. 3.  
Georg.

*Quasitas ad sacra boves Junoni, & urii  
Imparibus ductos alta ad donaria curru.*

Ad quæ Servius: Mos erat Sacerdotem Argivam  
junctis bobus ire ad templa Junoni, & cum solemn-  
die boves non invenirentur, duo sacerdotis filii Cleo-  
bi & Biton matrem subeuntes, jugo ad templa du-  
xere. Tunc Juno probans eorum religionem, obtulit,  
matri, id, quod veller, postere filii: Illa piâ respon-  
sione ait, ut quod siceret utile Dea mortalibus, id præ-  
staret. Altero itaq; die, Sacerdotis filii juvenes ro-  
peri

periti sunt mortui. Ex quo probatur, nihil esse morte  
 præstantius. Hæc ille ex Her. l. 1. Livius: Ad Fidei  
 sacrariū Flamines bigū, curru arcuato, vebī jussit. l. 1.  
 Quis ille currus arcuatus, quærit Lipsius de Vest.  
 c. 11. & respondet: Carpentū i.e. lectum supernū, &  
 camera in modum. Talis enim hæc fuisse Numi hodie  
 dicunt, qui plures extant: Neq; d. Thensi nimis diver-  
 sum fuit. Id quoque enim vehiculum sacrorum & c.  
 Causam vectionis Sacerdotum obgerit Tacitus:  
 Suum quoque fastigium Agrippina altius extollere,  
 carpenti Capitolium ingredi, qui mos Sacerdotibus  
 & sacri antiquitus concessus, venerationem augebat.  
 l. 12. Ann. Vid. felicissimum Criticum Lipsium  
 in h. l. & L. A. 2. 16. Ad sacra ubi esset perven-  
 tum, removebantur, & exesse jubebantur.  
 βέβηλοι, q. aliās, ἀμυστηρίατοι ἀτέλειτοι, ἀμώ-  
 ητοι, μίαιοι, παμμίαιοι, ἀνόσοι, ἀκάθαρτοι, ἐξ-  
 αιργόμενοι, ἐναγῆς, δυσάγῆς, μυάσματα, μύση  
 &c: Vid. Stuck. f. 81. Idcirco initio per Lictor.  
 exclamabatur: HOSTIS, VINCTVS, MV-  
 LIER, VIRGO, EXESTO! Item --- ἐκὰς ἐκὰς  
 ὅσις ἄλιτρος; ἐκὰς ἐκὰς ἐστὶ βέβηλοι! Quod  
 Poëta Romanus vertit: *procul, o procul este pro-  
 fani.* l. 6. Aen. Vid. Briff. in form. Ap. Græcos  
 Sacerdos accedens ἐγὼν interrogabat: Τίς τῇ θεῷ;  
 alii boni ominis causā respondebant: .  
 πολλοίτε, ἀγαθαίτε. Sardus de Mor. Gent. 3. 15.  
 Add. Philippum Caroli antiq. Eccl. l. 1, c. 12.  
 Ethnicos imitati Christiani primitivæ Ecclesiæ,  
 ante



ante quorum sacra Hypodiacono aquam manibus sacerdotis adfundente, diaconus personabat: **NULLVS CATECHVMENVS, NULLVS AVDITOR, NULLVS INFIDELIS, NULLVS HAERETICVS. QVI PRIMAM ORATIONEM PERFECISTIS, DISCEDITE. PVEROS RECIPITE MATRES. NE QVIS CONTRA ALIQVEM. NE QVIS IN HYPOCRISI. ERECTI AD DOMINVM CVM TIMORE ET TREMORE SINAMVS OFFERRI.** Vid. Const. Apost. Aliquando arcebant funiculis, qui dicebantur *χοινία*, teste Polluce l. 8. Unde in sacris obsequiis aditus ad diobolaria Babyloniorum scorta *χοινίας* erant circumsepti, & ad fornicum protensi. Herodoto *διξάδοι χοινοτένεις* vocantur. Demosthenes, gravis atque inlustris orator, *ἀποχοινισμὲν* voce de eo utitur, qui foro *περὶ χοινισμὲν* excludebatur. orat. i. advers. Aristogit. Alias *χοινία* erant impudicarum puellarum cingula juncea (ut eo facilius dirumpi possent) quibus pudenda duntaxat operiebant, cætera nudæ. Vid. Olympiodorum & Seldenum de D. S. 2. 7. Flamines, concedentes ad sacrificia, homines à se removebant virgâ, quæ erat *Commentaculum* teste Festo. Gerebant & augures incurvum & leviter inflexum bacillum, *Lituum* dictum propter ejus, quo ca-

Ritur,

nitur, litui similitudinem. Aliter tamen Servius: *Litus incurvus augurum baculus, quo utebantur ad celi spatia designanda; nam manu non licebat &c.* Vel *Lituum* i.e. *regium baculum, in quo potestas erat dirimendarum litium.* ad. l. 7. Aen. Vid. Cic. 1. de div. Agellium 5, 8. Wolfg. Lazium comm. vetust. nomism. sect. 3, part. 2, tab. 1. C. A. Rupertum ad Vrsin. de fam. Rom. Ejus formam ex antiquitate mansuetiorum Musarum cultoribus in picturarum tabellâ ad cap. IX. litt. D. exhibemus: Insuper etiam in numis nostris cap. XVII. conspiciere erit. Fuere tamen etiam *αἰσιβηλα* sacra ap. Græcos, quibus profanis interesse licebat, de quibus Stuckf. 81.

Dehinc Præcones imponebant silentium, sed an formulâ illâ: *Favete linguis*, nemo hactenus, qui planius id ostenderet, adfirmavit. Tuebantur tamen paginis longis partes suas, qui à negativis stabant, & eand. cum *Bona verba dicere facere volebant*, Viri amplissimæ famæ & multi salis, quorum primipilarii P. Valla & Jos. Castalio, magnificè de bonis studiis meriti. Jactant illi pro se, & gloriosè efferunt duo præcipuè loca, alterum Festi: *In Sacrificiis præcones clamantes populum sacrificiis favere* i. e. *bona fari jubebant; nam favere est bona fari* Alterum Ciceronis: *Omina majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod Bonum,*

*bonum, faustum, felix, fortunatumq; esset precabantur; rebusq; divinis, quæ publicè fierent, ut faverent linguæ imperabatur, inq; feriis imperandū, ut litibus & jurgiis abstinerent.* l. l. de div. Rejiciunt oppositum his Annæi locum: **FAVETE LINGVIS.** Hoc verbum, non ut pleriq; existimant à favore trahitur; sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum nullâ malâ voce obstrepente. l. de beat. vit. c. 26. Tanti verò non erat, ut sapientissimum Philosophum vel imperitiæ accusarent, & silentium etiam hâc formulâ indictum negitarent, vel Festo & Ciceroni opponerent Senecam, cum nihil eum ab illis diversi statuere videam. Quòdenim ait *favere* hîc non à favore deduci, idem Festus innuit quâdo scribit: *favere est bona fari.* Quòd pergit: *imperari silentium,* id ipsum in seqq. verbis Festi l. c. invenias, quæ sunt: *favere veti. Poeta pro filere usi sunt.* Idem Festus alibi similem formulam adducit quâ silentium mandatum: *Pascito linguam,* inquit, *in sacrificiis dicebatur i. e. coerceto, contineto, taceo.* Quod tandem Cicero & Festus de litibus & jurgiis abstinendis, de bonis faustisque fandis ac precandis memorant, id Seneca exprimit h. v. *Nullâ voce malâ obstrepente.* Duplicis igitur erat significati phrasis illa; alterum silere, alterum bona verba dicere denotabat: Ad hoc primariò in ludis, epulis &c: ad illud potissimum respiciebatur in sacrificiis, & sonabat:

**Favete**

*Favete linguâ* i. e. omnimodò solida linguâs freno injicite, cùm id sacra isthæc poscunt, & si quispiam inter cæsa & porrecta, ubi fari licet, proloqui desideraret, operam navet atque scudulam adhibeat cautelam; ne infaustum ac malè ominatum erumpat verbum. Hoc modo Servius cui plurima antiquitatis studiosi pollebent, solemnem illam Phrasin nobis exponit ad illud Virg: *Ore favete omnes & cingite tempora ramis*. l. 5. Aen: h. v. *ORE FAVETE*; aptè sermone & sacri & ludis utitur; Nam in sacris taciturnitas, in ludis necessarius est favor. Favet quis ore etiam per taciturnitatem. Horat. Favete linguâ carmina non prius audita Musarum sacerdos &c. Nec malè vegetissimi ingenii & beati acuminis Juvenis Elias Schedius: In sacris taciturnitas necessaria erat, quod etiam præco magistratu sacrificante dicebat: Favete linguâ, favete vocibus i. e. bona omnia habete aut tacete. de D. G. l. 9. Itemque Muretus illa Tibulli: *linguâ vir mulierq; fave*. 22. commodè interpretatur ἢ σίγα, ἢ εὐφροσύνη. Ita de hac formulâ Giraldus: Si n. opus facientem sacerdoti inter sacra videre contigisset temerari & pollui putabatur: Ideo ei custos dabatur, qui sacra inspiceret: & alter, qui linguâ favere juberet. Synt. 17, p. 498 Sed Choulius de silentio tantum explicare videtur; cujus en verba: *Car aux sacrifices des Dieux devant toutes choses,*

choisi, on uſoit de taciturnité & ſidelle ſilence :  
Comme le moigne Vergile ſous ces mots

Hinc fida ſilentia ſacris.

Bource, qu' il manifeſte, que tous biens viennent &  
conſiſtant de ſilence & taciturnité. Le preſtre com-  
mandoit favere ſacris, ou favere linguis. Et pro-  
prement favere, comme dit Feſtus, eſt bona fari.  
Et de ces mots Latins i' ay voulu uſer, pour ne ſortir  
point hors des termes de nos ſacrifices. Toutes fois les  
anciens Poëtes uſerent de ce mot favere, pour mon-  
ſtrer le ſilence, qu' il falloit garder pour deuëment  
acheuer les ſacrifices. pag. 295. Propertius: Sa-  
cra facit vates, ſine ora faventia linguæ. l. 3. Stati-  
us: Lucanum canimus, favete linguæ. Martialis:  
Linguæ omnibus & favete votis. l. 10. Ovid. Ore fa-  
vent (Stuckius inepté legit: tacent) populi, cum  
cum venit aurea pompa. l. 3. am. el. 13. Idem:  
Concipiamq; bonas ore favente precis. triſt. 3. 13.  
Et 4. 2. Inde petet arcem & delubra faventia votis.  
Necnon 5. 5.

Lingua favens adſit noſtrorum oblita laborum,  
que puto dedit jam bona verba loqui.

Idem. 4. faſt.

Peſcite ibare dato formam populiq; favorem,  
peſcite blanditiis dignaq; verba loco.

Id. dir. in Ibin:

peragam rata vota ſacerdos;  
Quiqui ader ſacri ore favete meum.

§

Similes

similes formæ erāt ap. Græc. σίγα πρὸ ἑσθ' ἀκούε.  
 It: γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων. Neenon  
 ἀλλ' ἄγε τέμνετε γλῶσσας. Vid. Plut. in Isid.  
 & Osiride. Brisson. in form. Vnde Myſterium  
 quaſi μύων ἢ τόμα dictum quidam volunt.  
 Refer huc Pythagoræ ſymbola: *Cum veneris in  
 templum adora, nec interea aliud quid facias:* Et:  
*Echemythia fervanda, sive, Linguam Coercito de-  
 am imitans.* Muretus autem delirat, quando ea-  
 dem de causâ *Hoc age!* inclamatum tradit V. L.  
 15. 17. Sed de hoc nos suo loco.

Inde ſacrificantes ipſi veſtibus ad aures  
 adductis caput operiebant, ne ſe inter religio-  
 nem vagis aliquid obſcuret obtutibus; ut ait  
 Virgilius 3. Aen:

*Purpureo velare comas adopertas amicta,*

*Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum*

*Hoſtili ſacies obcurrat, & omnia turbet.*

(Canterus N. L. 1. 8. Orgia prodere & abſtruſa  
 recensere nititur, qui ſcribit: *Omnia pro Omnia  
 tam crebro legitur &c: In Virgilio primum ſepius  
 hoc erratum commiſſum eſt &c.* Et inter alios eti-  
 am ultimum hunc verſum enumerat, quem ta-  
 men unâ cum cæteris, ut ſupra memoravimus,  
 in vetuſtis quos vidi (modernos enim ipſe ex-  
 cipit) Codd. non aliter reperio, nec alio modo  
 ap. antiquos ſcholiaſtas citatum aut adga-  
 tum; quod etiam Alex. Vellutelli obſoleti

Codd.

Codd. confirmant) Vel ut sentit Plutarchus in quaest. ne pares Dīs cum mortalibus honores exhiberentur, quibus caput aperimus: aut etiam ut seipfos humiliores & ceciores agnoscerent. Seneca Oct. 2, 1:

*Thura cum superis dares,*

*Sacræq; grato spargeres aras mero,*

*Velata summum flammeo teoni caput.*

Flammeum tegmen erat languineum, quo se virgines ipso nubtiarum die velabant boni ominis causâ, quod eo Flaminica Flaminis uxor uteretur, cui divortium facere non licebat. Vid. Nonium Marcellum, Festum, scholiastam Juv. sat. 6. (Velabantur enim virgines in nubtiis, & extra nubtias, ne pudicitia earum ad spectu pollueretur. Vid. Floram 4, 2. Val. Max. 1, 3, 16. Tertullianum de veland. virgg. Brissonium de nubt. Idem ap. Turcas & Arabes etiam hodie observari testantur B. Lutherus in Gen. 38, 16, Joh. Lud. de la Cerda advers. sacr. l. 1. De Ebræorum mulieribus velatis confer. Exod. 3, 6. 1. Cor. 11, 10. & seqq. Pradum ad Ezech. 16, Full. lerum miscell. 4, 7. Mart. de Roâ p. 2. singul. l. 39 c. 4, Beierlinck theat. hum. litt. S. Geierum de L. E. c. 11. Quorum etiam pueros velatos docet Buxtorf. synag. c. 3. & 8.) Propertius l. 2: *Ante tuosq; pedes illa ipsa adoperta sedebis.* Virg. 3. Aen. *Et capita ante aras Phrygio velamur ami-* & 4. Juv. sat. 6:

S 2

Stetit

*Stetit ante aras, nec turpe putavit  
Pro citharâ velare caput,*  
Tale velamen erat *Rica*, teste Festo: Inde etiam  
infulæ & vittæ *velamina*, *velamenta*; ac *velata co-*  
*lles* adpellabantur; Græcis vero *περικεκαλμένοι* i. e.  
vellera. Sciliger propriè *Velatos* dicit esse dictos,  
qui caput cinctum licio laneo habebant. con-  
ject. ad Festum. Vid. P. Colvium in l. ii. Me-  
tam. Apuleji. Ebræi caput operiebant *סדין*  
i. e. cidari. Exod. 29, 6. Lev. 16, 4. Vid. Box-  
horn. ad Plut. probl. ii. Aliàs velamenta ac in-  
fulæ subjectionis ac demissionis fuere signum.  
Evolui aureas H. Savill notas in l. 2. Hist. Tac.  
Ap. Romanos filii parentes velatis caputibus  
efferebant; utpote quibus hi venerandi sunt  
tanquam dii: Vnde & supersepulchris eorum se  
circumagebant. Vid. Plutarch. quæst. 14. Ap.  
eosdem & ignominiosi velati. Adi Festum l.  
15, Drusium obs. 12, 18. Demsterum ad Ros. l. 8.  
Contra ap. Ebræos reges & principes recent  
creati velabantur. Schebhar Jehuda: *Wann*  
*der Naschi geht / da ist sein panim verdeckt / mit*  
*einem seiden Tuch / daß man ihm das panim nit*  
*sieht.* Et paulò post: *Alsdann bringen sie den*  
*Naschi alleröberst auff den mighdal, und sein pa-*  
*nim ist verdeckt.*

Ritus ille velandi se in sacrificiis ab Aeneâ  
ortum traxit, ut nos docet Orig. Gent. Rom:  
Cam



*Cum vereretur; ne ab hoste cognitus periculum subiret, itemq; rem divinam interrompere summam nefas duceret, caput velamento obduxisse, atq; ita plenu ritu sacra perfecisse, inde posteru traditum moxam ita sacrificandi.* c. 11. Non autem exhibebatur honos hic Herculi, teste Brissonio: Neque Honori, quia splendidum quiddam, inlustre, & apertum, ac late patens est gloria: Plut. probl. 13. Neque etiam Saturno; hinc ille ap. Germanos quidem sub Crodonis nomine in arce Hartesburg ad Silvam Hercyniam civitatemque Goslarensem colebatur, imagine senis, stantis in pisce Persico, indusio amicti, lineo vinculo cincti, tenentis rotam, ac urnam, nudis pedibus, capiteque nudo. El. Sched. 4. 2. de D. G. Capitis nuditatem Schedius ait denotasse colendum Deum pectore puro, causâ mehercules nimis alienâ: Indicârunt potius Veritatem occultari non posse cuius Saturnus parens ac Deus habebatur: Vel quia Saturnus inter inferos terrestresque deos: Vel, quia, cum velatio Aeneæ institutum sit, Saturni sacrificium multo sit vetustius. Evolv. Plutarch. probl. 11. cum notis Boxhorni. Idem Plut. probl. 10, quærit, & multas rationes profert, quare Diis caput operiamus, honestis viris aperiamus? Qui hoc modo caput Deis istis retegebant, *lucem facere* dicebantur. Vid. Coel. Rhod. L. A. 20. 12. De apertione capitis videbis Vincentium

Turturatum in parall. diss. 29. Ap. nos quidem hodie adhuc velatio quampiam obtinet, quando in templis inter orandum, ne quicquam profani devotionem nostram turbet, pileis, vittis, manicis aut manibus oculos operimus.

Velati se vertebant; quod tradente Plutarcho fiebat cœlestis vertiginis quada[m] imagine; vel, quod Aegyptiæ indicant rotæ, quia in humanis nihil stabile est & constans, & ut cunq[ue] Deus volvat revolvatq[ue] vitam, nobis id libenter admittendum. Circumferatur Pythagoræ symbolum: *Circumactus adora*; Vbi Joh. Capnio sive Reuchlin prudentiam circa preces mandari existimat. Mercurius in Asclepio prodit sacra peracturos die medio meridie[m], occiduo occasum versus se convertisse: Alii ex Græcis perhibent, si Dis rem obirent divinam, exortivas partes; si heroibus, occasum spectare solitos. Clem. Alexandrinus: *περὶ τὴν ἐωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί*. I. 7. Strom. Latinus Pacatus Drepanius: *Nam ut diximus rebus operantes in eam cœli plagam ora convertimus, à quâ lucis exordium est*. in paneg. Theod. c. 3. Virg. l. 12. Aen. *Illi ad surgentem converti lumina Solem*. Ovid. 4. fast.

*Hu Dea placanda est, hæc tu conversus ad aras dic quater &c.*

Alii h. l. *ad aras* legunt, eodem sensu; quia hæc  
fini

ἦν οὐ μόνον ἡ ἰψή τεμπλα ἡ ἐκτρυκτα ἐρὰντ, ὡτ ὁ  
 μὲν σὲν ἡ ἰψήν ἐκτρυκτὲν ἰὸλὲν. *Dion. Thrax*  
 οἰκονομῶν τῶν παλαιῶν καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκόψαντες  
 εὐθὺς ὑποδέχεσθαι εἰώθεσαν. καὶ ἔφωτις εὐθὺς  
 ἐμπροπλάσθαι τῶν ἡμερῶν ἀναπιπταμένων, ὅπως  
 καὶ τὰ ἱερὰ ἐρρεζαν. l. 3. *diæres*. Verum etiam  
*aræ*. *Vitruvius: Ara spectent Orientem* l. 4. cap.  
 ult. *Judaicum Sanctum Sanctorum erat in par-*  
*te Occidentali templi conlocatum, veluti ho-*  
*dīe Christiani templa ab occidente in Orien-*  
*tem ingrediuntur, non solum quod Christus*  
*crucifixus Occidentem versus spectaret; sed &*  
*quia ut fulguris ab oriente in Occidentem mo-*  
*tus, ita aliquando filii Dei adventus. Ap. vet.*  
*Christianos, qui sacro lavacro suscipiendus*  
*erat, diabolum versus Occidentem ejurabat,*  
*ac statim Christum in Orientem adorabat. Vid.*  
*Clem. Alex. Strom. 7. & Respons. (quæ Justino*  
*Martyri adscribuntur) 118, Damascenum de*  
*Orthod. fide 4. 13. Dionys. Areopag. in cœl.*  
*Hierar. c. 2. Angliæ eruditæ Principem Selde-*  
*num 2. 8. & Philip. Caroli antiq. Rom. 1. 4.*

Fiebat porro versio illa ap. Romanos &  
 Græcos à sinistrâ ad dextram. Unde cum ama-  
 tor insaniens Phædromus præ nimio æstu ac  
 angore, quò se verteret, nescire se querebatur;  
 subdit per jocum *Palinurus: Si deos salutas, dex-*  
*tro versus sum censeo.* *Plautus, in Curc.* Hoc ad  
 mundi,

mundi, ut diximus, imitationem fiebat, cujus ortus, ut docet Plinius, est à laeva parte in dextram præcep̃s. Galli contra sinistrorū & in laevam partem adorantes religiosius se vertere arbitrabantur. Fervidissimus historicorum, ac naturæ indagator: In adorando dextram ad os, ulum referimus, totumq; corpus circumagimus, quod in l. rum fecisse Gallie religiosi creduntur. H. N. 28. 1. Ap. Ebræos certum erat sacrificiū genus ׀ dictum, quod fiebat agitatione versus Orientem & Occidentem, Meridiem & Septentrionem, ad ostendendum in quatuor mundi partibus debere sacrificia ad laudem nominis divini offerri, ut vet. Ebræorum sapientes tradiderunt, Cod. Talmud. Merachorh c. 5. Cod. Succa c. 3. R. Salom. Exod. 29. 24. Vid. Buxtorf Lex Hanc in sacris circumactionem ap. Romanos à Numā inventam ait Choul. p. 300. Ex his adparet, quanto opere adlidat Vir infinitæ scientiæ & planè stupendi iudicii Vossius, qui dubitare haut dubitat, sitne adeo antiquus circumactio in sacrificiis ritus? de Idol. 2. 3. Talem in adorando versionem Muhamedanis adhuc usitatam, quibus Imperium Byzantinum visum est, constanter adserunt: Et testatur Euthymius Zygabenus h. v. c. Græco sc. versis: *Anathematizo etiam ipsam illam precationis domum in Make, in cuius medio jacere ajunt lapidem magnum, Veneri effigiem habentem. Hono-*

nam autem istum lapidem, quasi Abraham super eum  
 sum agaro coierit, aut camelum ei adligaverit, quum  
 Isaacum sacrificaturus erat. Hos autem qui prelatum  
 illuc eunt, alteram manum ad Lapidem extendere,  
 alteram vero aurem suam tenere, atque ita in orbem se  
 circumagere, donec e vertigine obsusis tenebris con-  
 tidant. in catech. Sarac. Idem: Supplicantes verò  
 ex præcepto Muhamedis ad Austrum conversi. in pa-  
 triopliâ. Hoc quoque Bartholomæus Georgie-  
 vitz de Turcarum fœminis enarrat. Vid. Salom.  
 Schweiggeri itinerarium.

In circumgyratione illâ manum inclinato  
 capite subinde osculabantur, quod præcipuum  
 venerationis genus existimabant. Ruffinus;  
 Qui adorant, solent deosculari manum. l. i. Apule-  
 jus: Si sanum aliquod præterent, nefas habet ada-  
 vandi gratiâ manum labrii admove. apolog. c. l.  
 Minucius Felix: Cæcilius simulacro Serapii de-  
 notato (ut vulgus superstitiosus solet) manum ori  
 admovent, osculum labii impressit. in Octav. Hinc  
 B. Hieronymus. illud Psalm. 2. Exoscul. mini fi-  
 lium, interpretatur adorare. Ebrai, inquit Bero-  
 aldus, linguâ suâ deosculatorem pro veneratione  
 ponunt. Pertinent huc loca Scribituræ. i. Reg. 19:  
 Genua, quæ non incurvata sunt ante Baal, & omni-  
 os, quod non adoravit eum, osculans manum. v. 29.  
 Job. 31. Si vidi solem, cum luceret, & lunam, ince-  
 dantem clare: Et latatum est in abscondito cor me-  
 um. & osculatus sum manum meam ore meo. vers.

26. 27. & similia. Osculabantur autem non solum manum, sed & in osculando indicem pollicis superinjectum ori admovebant, ut crucem representaret. Apulejus: *Admovebant oribus suam dexteram priore digito in arctum pollicem resedente; ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosam adorationibus venerarentur.* L. 4. Metam. Hinc *Adorare* Viri quidam eruditi interpretantur quasi manum ad os movere. Lipsius-Elect. 2. 6. Muretus. V. L. 10. 1. Scioppius verisim. 1. 8. Stuck. f. 3. quia in deorum salutatione erinus stantes, ne ore profano Deos tangerent, manum ori admovebant ac suaviabantur, quae derivatio cum non placeat Vossio Inst. Orat. 4. 7. 2. potiozem vellem adduxisset: Neque enim illa firma satis atque valens esse videtur, quam habet Stuckius, qui *adorare* dici refert quasi *adorari* f. 138. Aliquando & ipsa Idola osculabantur. Vid. Osee 13. 2. R. Maimonides: *המנקה עכום והמנשק* i. e. *Qui amplectitur idolum, aut osculatur.* lib. עכום c. 3. §. 9. Deinde Magnates eo, quo Deos, honore, osculatione sc: manuum, vel manum ori admovento, prosequabantur, quod *manu venerari*, item *manu salutare* dixere. Ritus hic hodieum hinc atque astubi perstat; Gallibaise *les mains* vocant. Vid. de hisce Plut. in Num. & Camill. Plin. H. N. 28. 2. Lucret. l. 5. Ovid. 3. fast. Statium 5.

tiarum 5. Theb. Propert. l. 16. Sueton. Vitell. c. 2. Briff. l. 1. form. Turnebum l. 17. & 22. 23. advers. Pithaeum advers. l. 7.

Peractis aliquibus precibus, & piis votis deprecatis, procubere. Quod satis declarat Tranquillus: *Primum C. Caesarem adorari ut Deum instituit, cum reversus e Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumversusq; se, deinde procumbens.* in Vit. c. 2. Quo vel ratas fore preces indicabant; vel actionum nostrarum divisionem esse quietem. Quam quidem procubitionem miror non intellexisse Struckium, quando his Apolloni verbis:

Τῷ δὲ ἀνεῶν ἢ ἀναυδοὶ ἐφ' ἐστὶν αἰζηαίτες.

Ἰζανον, ἥτε δίκη λυγροῖς ἐκέτης τέτυκται. hæc subjungit: *Sed illud non est hujus loci, neq; videretur supplicem decere, ut sedeat* &c. p. 88. Neque adeo cum Vossio improbare possum Crusii explicationem proverbi: καθῆδ' προσκυνήσοντας, *Sedeas cum adoraveris*; quæ magis ad ritum, quam verba respicit, & forte intelligit: *Cum adoraturus es, sive vadis ad adorandum, ubi postea adoraveris, sed eas.* Ita certè Plutarchus: ἐτι νῦν προσευζάμενοι καὶ προσκυνήσαστες ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιμένει ἢ καθίζαν εἰώθασιν. probl. 25. Illud autem Pythagoræ symbolum: *Adoraturi sedeant*, plerisque exponitur: *Oportere certa vota concipere & in optimis perseverare:*

verare. Mortui quoque quotannis Denicabitur feriis sedendo & quiescendo colebantur, dicebanturque *resideri*. Vid. Cic. l. 2. de Ll.

Alii malant venerationis genus quoddam fuisse Persis, Græcis, & Orientalibus commune; idque vocabant *προσκύβειν* & *προσκύβω*, *ὄνι κυνός*, quod catelli instar ad pedes devoverentur; vel à *κυνίω*, quod idem est cum *κύω*, osculor, suavior, unde & Stuckio Germ. *Küssen* deducitur f. 5. Humum enim mento contingebant, ut osculari viderentur. Ita magi venerunt ad Christum *προσκύβηται ἐνεκα*, ut eum tanq. Regem i. e. more illo, quo Reges suos solent Persæ, adorarent. Matth. 2. 2. Aliquando *προσκύβησις* illa supra lapidem figuratum fiebat, quod perspicuum est ex Maimonide:

וכן אבן משכית האמורה בתורה אעפ  
שהוא שנ ואבן משכית לא תתנו  
בארצכם להשתחוות עליו מפני שהיה  
דרך עכום להניח אבן להשתחוות עליו

i. e. *Similiter qui se incurvat super lapide figurato, de quo lex loquitur, etsi vero Deo id praestet, vapulat:*

*Quia dictum: Neq. figuratum lapidem ponite in terrâ vestrâ, ut vos incurvetis super eo. Id enim in Idolorum cultu obtinebat, ut lapis poneretur, super quo se prasternerent.* lib. Akom c. 6. §. 8. Vid. Dionys. Voss. Idemdem ex R. Bahy:

מנס





i. e. Hunc ob causam solebat omnium Israël in Synagogis, quae lapide essent substrata, Strepas sternere, aut straminis genus, quod inter ipsos & lapides aliquid intermedium foret. Quod si deesset, quo lapides contererent; alium in locum ibant, atq; ibi se prosternebant; vel in latus inclinabant, ne facie lapides contererent. הררר i. e.

Rabbi magnus, ceu eum Kimchi vocat, Moses lib. c. c. c. §. 10. Inclinationis hæc ad terram expansis manibus pedibusque refertur ab Ebraeis ad honoris cultum; cujus quatuor erant species. Prima dicebatur קרר, quando verticem tantum incurvabant, ut docet R. Salomo ad Genes. 43. 28. Altera כרע, quæ erat, notante Kimchio, demisso capitis cum quadam parte corporis, five, cum superiote corpore usque in genua. Tertia ברר, ipsorum genuum flexio; Quarta tandem השתחוה, corporis totius prostratio. Ita quidem enumerant Talmudici lib. שבויעור fol. 16. & Megilla l. 22. Ortæ sunt ex eo Phrasæ: Ad terram incurvari, lingere pulverem terræ, de pulvere erigere, prosternere se Psal. 72, 9. 113, 7. Mich. 7, 17. Esa. 49, 23. 3, 26. 29, 4. 47, 1. 5. 52, 2. &c. Erat enim humicubatio isthæc tum humiliatorum, & demissorum, tum etiam lugentium signum. Vid. Curtium l. 6. Val. Max. 8. 1. Geierum de Luct. Ebr. c. 18. An autem non alia fuerit προσκύνησις live

השתחוה

**וְהָיָה** in sacrificiis, alia iterum sessio in terram post preces peractas, perpendendum relinquere.

Procumbentes digitum simul ori admovebant; qualia simulacra in omnibus templis, ubi Isis & Serapis colebantur, fuisse testatur Varro ap. Augustinum: *Quoniam in omnibus templis, ubi Isis & Serapis colebatur, erat etiam simulacrum, quod digito labii impresso admonere videbatur, ut silentia fierent: Hoc significant, ut homines eos fuisse taceretur.* de Civ. Dei. 18. 5. Similiter Aringus super cœmeterialia cubicula imagg. nonnullas conspici ait, quæ manus vel digitos ori præferant. Rom. subterr. 4, 26. Meminit Giraldus æneæ imagunculæ Harpocratis, effossæ ex Mutinensibus ruinis. Erat autem puer imberbis, nudus, qui dextræ indice digito os obsignabat. Et sic ab Ovidio describitur: *Quisq; premit vocem digitoq; silentia suadet.* Quintilliani sive Cataphryges nominati sunt *Trascodrugita & Perticonasati*, quod inter orandum digitum indicem naso imponent. Vid. Epiphanium hæc. 48. Sed de digito, quisnam fuerit, laborandum. Arias Montanus mirandus Ebrææ linguæ Phoenix digitum in sacris litteris pro totâ sæpe manu positum observat, quod tamen in hunc ritum quadrare non videtur. Romana festivitas Plautus scribit: *Vultus te turbat tuus.* Epid. 4. 1. ubi Camerarius, Gruterus,

Gruterus, Meursius & Taubmannus pro ~~vulgaribus~~  
 substituant *dignus*, ac postremus horum *pollicem*  
 κατ' ἐξοχήν intelligendum censet; quia nem-  
 pe primarius digitus; ab ipso *pollendu* Latinis,  
 Græcis ἀνὶ χηρῶ dictus, Oratoribus in dicendo  
 crebro adhibitus: Unde ob ingentem contu-  
 meliam pollices olim præcisi, quod fecit ac ipse  
 postea passus est Adonibesek rex Cananitarum.  
 Jud. 1. v. 6. 7. At in nostram rem nec pollex  
 quicquam facit. Quid ergo? Notum, fere sin-  
 gulos digitos diis certis fuisse consecratos; scilicet  
 pollicem Veneri, Marti indicem, Infamem Sa-  
 turno, Soli annularem, auricularem Mercurio.  
 An igitur singulos in singulorum sacrificiis di-  
 gitos ori admos credamus? Incertum hoc;  
 & quid de cæteris Diis factum diceremus? For-  
 tius certe pedem in *indice* figimus, quo ori ad-  
 moto silentium indicasse veteres, constat ex A-  
 pulejo: *At ille digitum à pollice proximum ori suo*  
*admoveus, & in stuporem attonitus; Tace, Tace, in-*  
*quit. l. 1. Metam.* Exinde *salutari* dictus, quod  
 silentium res sit maximè salutaris. Mart. Capel-  
 la: *Quidam redimitus puer, ad os compresso digito*  
*salutari silentia commonebat.* de Nubr. Philof.  
 Qui quidem mos non tam communis multis  
 gentibus, quàm vetustissimus. Hiob: *Attendite*  
*me, & obstupescite, & superponite digitum ori vo-*  
*stro. 21, 5. adde cap. 39, vers. 37.* Non ergo in-

con-

conveniens puto veteres, peracto voto, satis verborum factum, Silentii digito indicasse seq; hoc modo repressisse. Vid. Del Rio. V. T. adag. 165. cum præcipue tanti in sacris silentium fecerint, ex dogmate Aegyptiorum & maxime Pythagorico; unde Virgilianus clarescit locus 4. Georg.

*Ipse ego se, metuos quum Sol accenderit æstus,  
Quum sitiant herba, & pecori jam gravior um-  
bra est.*

*In Secreta senis ducam.*

Sed Servius de Dis marinis exponit. Hinc nescio quis sibi à stomacho aut splene potius temperaret, profanam Agesilai stoliditatem inaudiens, Palladis aræ, ut bovem immolaret, adstantis; qui, cum eum momordisset pediculus, non aversus est; sed: *Per Deum*, inquit, *equidem insidiatorem vel in aræ ipsa confodiendum puto*; adreptum palam omnibus occidit. Erasmus I. L. Apophth. Milella ista bestiola Barcanorum aliquem hic exoptasset, qui ei magno viram pretio redemisset, quod recordi illi populo Indiarum in regno Guzzarat in more positum legimus, si quis coram eo pediculos conficere tendit: quod hæc nimis sint molesti, incolæ deserti, quales Christianis sunt eremitæ, arcessunt, qui eos legant, suisque impositos capinibus nutriant. Sed hæc *est napéda*.

T

Cap.

## Cap. XIII.

**P**Reces in sacrificiis. Tē precari synonyma. Precantium varia gesticulationes. Curpes Spondæus? Tangebant aras, & quare? VossI sinistra lectio loci Agelliani. Precantes tenebant sasirum, & cur? Sasirus cui sacer? Ejus virtus. Duo precantibus prepositi: Eorum officium. Seneca lux. Deorum nomina in precibus varia congesta: Prasertim in hymnis. Duo loca Scriptura plenè inluminantur. Seu quo alio nomine invocari volueris, clausula precum. Dii aliqui Patres dicti. Muretus tentatur. Janus in omnibus sacrificiis invocatus: Ejus varia cause. Janus deorum maximus, cur? Jani etymon. Janus templorum inventor: Ei omne principium sacratum: Deorum fuit antiquissimus. Ignis omnibus sacrificiis invocatus: Similiter Melissa, & cur? Item Vesta. Sive tu deus es, sive tu dea; formula. Omina pro precibus: alia AsconI explicatio. Da, vox  
in pre-

*In precibus solemnibus. Myſteriorum ſymbola.*

*Κύριε ἐλέησον, Ethnicis in ſacris uſitata formula: Canebatur etiam in bello. 𐤇 𐤍 𐤅*

*𐤇 𐤍 𐤅 Baccho adclamatum. Προσόδιον.*

*Precationum in variis ſacrificiis exempla.*

*In confœderationibus utraq; pars precabatur. Γλῶσσαι τύχη, γλῶσσαι δαίμων. Α-*

*gonizantium formula. Precum operatio*

*in ſacris magicis & mortualibus. Preces*

*in libatione renovata. Vota varia. In Lin-*

*dienſi ſacrificio maledicta & convitia: E-*

*jus origo. Lactanti commendatio. Ara*

*βαζυγῶ. Lindi ſacrum, Rhodiense ſa-*

*crificium, proverb. Ebraorum ſolemnis*

*precatio. 𐤇 𐤍 𐤅 𐤇 𐤍 𐤅 epilogus precum.*

**C**ircumgyrationem illam manuumque deosculatorem, devotam prius quam procumberent, intercedebant preces, potissima, ut ait Stuekius, sacrificiorum pars; quâ sacra potissimum impleri, confici atque vires nancisci videbantur: Eas, qui fundebant, dicebantur deos Orare, adorare, precari, deprecari, obsecrare, obtestari, contendere, flagitare, efflagitare, exigere, implorare, supplicare, votare, vota facere. Gracis ἱυχέω, ἱκεῶ, αἰτέω, δέω.

ἄεταξ, λίσσεταξ, λίσσεταξ, λιτάξεταξ, γοῦπεταξ;  
 Ebraeis לָנִיחַ. Vid. Stuck. f. 82. & seqq.

Precentes primum ipsos ubi consideramus, videmus eos caput huc atque illuc convertere, in altum tollere, in terram dejicere, attingere, sicut Græci mentum; voce nunc altissimā, nunc submissā uti, verba plerumque barbara, osca, ac obsoleta projicere; manus complicare, in crucis speciem expandere, in altum tollere; quandoque & Deorum genua tangere, quæ omnia ulterius explanavit Stuckius f. 86. & seqq. & Phil. Caroli antiqq. Eccl. 1, 3. Inde duæ syllabæ longæ *Pes Spondæus* dicuntur, quod sacrificantes cuncta bundā ac morosā voce uterentur. Inprimis verò aras manibus tangebant, genibus flexis. Extat antiquissima hæc Numæ Pompilii lex ap. Agellium PELEX. ASAM. JVNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGET. JVNONI. CRINIBOVS. DEMISSIS. ARNVN. FEMINAM. CAIDITO. 4 3. in quā Vossius, nescio unde, certè contra ritum pro ASAM legit ÆDEM, de Idol. 2. 27. Apulejus: *Tunc genu nixa & manibus aram repente amplexa.* l. 6. Metam. Plautus: *Te obsecramus, aram amplexantes hanc tuam, lacrymantes, genibus nixa.* Rud. 3. 3. Virgilius: *Talibus orabat dictū aramq; tenebat.* Seneca Herc. Fur. 3. 3.

*Thebi lata dies adest.*

ARAS



*Atas tangite supplices,*

*Pingues cadite victimas.*

Ovidius l. 9. Metam.

*passis aram complexa capillis*

*Ter ; precor, inquit, opem.*

Idem. amor. l. 4.

*Tange manu mensam, tangunt quo more precentes,*

*Optabim meriti cum mala multa viro.*

Causam subindicat Choultius : Le prestre, qui faisoit le sacrifice, tenoit l'autel avecques la main : Car s'il n'eust tenu l'are, ils estimoient que les dieux n'estoient point appelez. pag. 305. Aliquando gemmam Sisirum, Apollini sacram, secum gerebant, quo rata magis fieri putarunt vota, ut ex Dioseoride notat Pictorius scholiasta Galli perantiqui atque doctissimi Marbodei, & hic ipse etiam Marbodeus meminit de lapp. pret. c. 53. de Saisro:

*Hæc sacer, & merito gemmarum gemma vocatur*

*Pacatumq; Deum reddit, precibusq; faventem.*

Neque hic omittendi sunt illi duo, qui precantibus præponebantur, quorum alter in votis verbis præiret; alter, an sacrificans probè ac ritè dictata redderet, observaret: ille, ne quid in concipiendò; hic, ne quid in recitando erraretur, caveret. Vid. Livium dec. l. l. 8. Phinius: Quippe victimas cadi sine procatione non videtur referre, nec Deos rite consuli: Præterea alia sunt verba impetranti, alia depulsori, alia commenta-

tionis; vidimusq; certis precationibus obsecrâsse summos Magistratus: Et ne quid verborum preceatur, aut praposterum dicatur, de scribere præire aliquem; rursusq; alium custodem dari, qui attendat. l. 28. H. N. c. 2. Ad hos ferè respicere videtur Seneca: *Audiat licet, quemadmodum se gerere debeat in sacrificiis.* ep. 95. Vid. amullicatas Gronovl notas in h. l.

Deinde circumspicimus Deos, ad quos solebant *Murmurq; humilesq; susurros Tollere de templis*; quorum nomina varia omnia in invocando congerebant. Catullus:

*Nunc o cœruleo creata Ponto,  
Quæ sanctum Idaliū, Vriosq; apertas;  
Quaq; Ancona, Cnidumq; arundinosam  
Colis; quaq; Amathunta, quaq; Colchos;  
Quaq; Dyrrbachium, Adriæ tabernam;  
Acceptum face, redditumq; votum.*

Id quod in primis in hymnis observabatur, qualis adhuc habetur de Apolline vetustissimus, scholio concinno ab Alexandro Brassicano adornatus, in quo omnia ejus nomina atque epitheta Alphabeticâ serie contexta reperias: Neque eum, licet prolixiorē, adducere pigebit.

Τρηνείῳ Παῖᾶνα, μέγας θεὸν Απόλλωνα,  
Ἄβροτον, ἀγλαόμορφον, ἀπερσπόμην, ἀ-  
βροχαίτην,

Βειθύ-

βελιδύκον, βασιλῆα, βελειωτῆα, βινδῶ-  
την,

γηθόστον, γελόωντα, γγαυτολέτην, γλυ-  
κύθυμον,

διογενῆ, δίοπαιδα, δρακοντολέτην, δαφνο-  
γηθῆ,

εὐλαλον, εὐρυβίην, ἐκατήβολον, ἐλπιδοδώ-  
την,

ζωογόον, ζάθρον, ζηνόφρονα, ζηνοδοτῆρα,  
ἥπιον, ἡδυεπῆ, ἡδυθρον, ἡπόχειρα,

θηροφάνον, θαλερόν, θελξίφρονα, θελγεσί-  
μυθον,

ἰαφίτην, ἰμετόν, ἰήιον, ἰππορυστήν,

κροσμοπλόκον, κλάριον, κρατερόφρονα, καρ-  
πογένεθλον,

λητογενῆ, λαρὸν, λυρογηθῆα, λαμπιτόωντα,  
μυσοπόλον, μάντην, μεγαλήτορα, μυελό-  
μορφον,

νεβροχαρῆ, νερόν, νηπενθῆα, νηφάλεόν τε,

ζυνοχαρῆ, ζυνόν, ζυνόφρονα, ζηνοδοτῆρα,

ὄλβιον, ὄλβιοεργόν, ὄλύμπιον, οὐρεσφοίτην,

πρηϋν, παυδερχῆ, παναπήμονα, πλατοδο-  
τῆρα,

ῥυσίπαχον, ῥοδόχρουν, ῥηξήνορα, ῥηξικέλευθον,

σιγαλόεντα, σφόν, σελαηγενέτην, σωτῆρα,

τρεῖς χεῖρας, τρεῖς ἄκρα, τρεῖς ἑσθῆρας,  
 ὑμναγόρην, ὑπατον, ὑψαύγενα, ὑετόεντα,  
 Φοῖβον, Φαιβάζοντα, Φιλοσόφον, Φρενο-  
 γηθῆ,

χεῖρ μαγόρην, χεῖρ σπον, χεῖρ σόχρα, χεῖρ σ-  
 βέλεμνον,

ψαλμοχαρῆ, ψάλτην, ψωσίτυχα, ψυ-  
 χοδοτῆρα,

ὠκύπαι, ὠκυεπῆ, ὠκύσκοπον, ὠρεσιδάτην.

Similem de Baccho ex antiquitate depromit  
 Joh. Soter in epigr. l. i. pag. 96. Adde Nonnum  
 l. 46. Dionys. Clarè hîc inlucescit locus ille de  
 sacricolis Baalis. *Invocârunt nomen Baalis à ma-  
 ne usq; ad meridiem*, l. Reg. 18. 26. Hujusce-  
 modi morem Sanctissimus Salvator adhuc  
 βροττειδῆς severè discipulis suis interdixit h. v.  
 προσευχόμενοι. μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ  
 ἔθνη. Matth. 6. 7. Vid. de βαττολογία & ejus  
 speciebus Theologos celebratissimos Erasmus  
 lib. de modo orand. deum, Dillherrum in ele-  
 ctis, Hildebrand. ritual. orant. cap. 4. Vnde u-  
 sitata precum clausula, fuit: SEV QVO ALIO  
 NOMINE INVOCARI VOLVERIS. Itaque  
 qui accuratî in suis precibus esse volebant vix  
 ullo tam multorum nominum omisso deos  
 compellabant: Sive quod hoc aliquid majesta-  
 tis haberet; sive quod ignorarent, quo nomine  
 dii ma-

δὲι maxime delebantur. Lucianus mordaci-  
 ἡμῶν scurra: Ωρεῖν Φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταῖρεν  
 καὶ ἑφέσκε, καὶ ἀστρεψητὰ, καὶ ὄρκιε, καὶ νεφε-  
 ληγερέτα, καὶ εἴτι ἄλλο οἱ ἐμβρόντητι ποιητὰ  
 καλῶσι, καὶ μάλιστ' ὅταν ἀπρῶσι πρὸς τὰ μέ-  
 τρα· Τότε γὰρ αὐτοῖς πολὺνυμῶν γινόμενῶν  
 ὑπερβόης τὸ πίπλον ἔ' μέτρα καὶ ἀναπληρεῖς  
 τὸ κεχηνὸς ἔ' ρυθμῶν. Vid. Apul. l. de Mund.  
 & l. ii. Metam. Boxhorn, quæst. Rom. i. Aliqui  
 autem Deorum in adoratione audiebāt Patres,  
 quos ferè perstringit Lucilius l. i. satyr.

*Ute nemo sit nostrum, quin pater optimus Divinus  
 Ute Neptunus pater, Liber, Saturnus, pater Mars,  
 Janus, Quirinus pater, nomen dicantur ad unum.*  
 Atque adeò falsissimum videtur, quod sentit  
 Muretus, omnes Deos ab antiquis Patres fuisse  
 vocatos. comm. ad Catull. epigr. 63. de nabi-  
 tiis Pel. & Thet. Inter omnes tamen præcipuè  
 eminebat Janus, qui perpetuam hanc in omni-  
 bus sacrificiis meruit præfationem: JANE  
 PATER! Vid. Macrobian. Saturn. l. 9. Parrhasium  
 in epistolis. Vel quia aliis est Sol, aliis annus,  
 aliis mundus, ideoque meritò Deorum maxi-  
 mus; unde & quidam nomen ejus deducere ni-  
 tuntur à  $\text{I} \text{---} \text{I}$ , contracto ex  $\text{I} \text{---} \text{I} \text{---} \text{I}$ , alii à  $\text{I} \text{---}$ ,  
 alii à Javan, alii à  $\text{I} \alpha \omega \nu$ . Confer Voss. de Idol.  
 i. 18. & 2. 16. Stuck. f. 85. 86. Vel, quia primus

T 5

templa

templis Diis. struxit, ritusq; sacrorum instituit, ut prodit Macrobi. l. i. Saturn. Vel, quia Jano omne principium consecratum erat, unde & januas, & domuum ei ingressus sacrabant. Servius ad l. Aen. Vel quia Deorum fuit antiquissimus, testibus Orpheo in hymnis, & Ovidio in fast. quare & tantâ ap. ceteros cum deos poluisse auctoritate sibi persuadebant, ut benevolentiam eorum facile extorqueret. Diserte id indicat Arnobius: *Quod si accipiemus, ut verum sit, sequitur, ut intelligi debeat, nullum unquam fuisse Janum, quem ferunt Cælo atq; Hecate progenitum in Italiâ regnâsse primum, Janiculi oppidi conditorem, patrem Fouti, Vulturii generum, Juturna maritum; Atq; ita per vos Dei nomen eraditur, quem in cunctis anteponitur precibus, & viam vobis pandere deorum ad audientiam creditis.* l. 3. advers. gent. Simili modo, quo Romani Janum, ignem Persas in omnibus sacrificiis invocâsse refert Strabo: ὅρα δ' αὖ θύων θεῶν, πρῶτον τῶν πυλῶν θυχονται &c: Vid. Boxhorn. ad Plut. probl. 22: Girald. synt. 17. p. 501. & seqq. In Peloponneso Melissa Nympha ob mellis usum datum in sacrorum præfatione adhibebatur; veluti apud Romanos, unâ cum Jano, Vesta, ut tradit Servius l. c. & subinnuit Juvenalis sat 6:

*Cum farre & vino Janum Vestamq; rogabat:*

*Dic mihi nunc queso, dic antiquissime divum*

*Respondes his Jane Pater?*

**Adde-**

Addebant etiam precationibus: **SIVE TV DEVS ES, SIVE TV DEA.** Macrobi. l. 3. Arnobius: *Nam consueſti in precibus, SIVE TV DEVS ES, SIVE TV DEA, dicere.* l. c. Evolv. notas Elmenhorſt in h. l. & Meurſii in Caton. de R. R. c. 139. Virgil. *Dicq̃ Deaq̃ omnes ſtudium quibus arva tueri.* l. 1. Georg. Id eò pertinebat, quòd gentiles aut ignorârint ſexum deorum, aut non putârint deos ſexu diſtingui; vel ut ſignificarent numen ignotum. Vid. Agellium 2, 28. Seldenum de D. S. proleg. c. 3. & ſynt. 2. c. 2. Boxhorn. quæſt. 13.

Attendamus tandem ſacrificulorum precibus & votis, quæ, teſtibus Donato & Marcello, *Omina*, dicebantur; quamvis hæc Aſconius auſpicia, cauſas, excuſationes explicet. 3. in Verr. Cic. Solemnem in his vocem *Da* iterari percipimus. Vid. Briff. l. 1. form. Lucanus: *Date felices in cætera curſus* l. 9. Pharf. Perf. ſat. 2.

*Da fortunare penateſ,*

*Da pecus, & gregibus factum.*

Horatius l. 1. ep. 16:

*Quandocunq̃ Deos vel porco, vel bove placet:*

*Jane Pater! clarè, clarè cùm dixit Apollo;*

*Labra movet metuens audiri: Pulcra Laverna,*

*Da mihi fallere, da Juſtum Sanctumq̃ue videri.*

**In Sacris Eleuſiniis Cereris certa erant  
Symbola**

Symbola, ut commemorat Clemens Alexandrinus: τὸ σύνθημα ἐλευσινίων μυστηρίων, ἐν-  
 θύετα· ἐπὶ τοὺς κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίσης·  
 ἔργα αὐτῶν ἀπεθῆναι εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ  
 κάλαθου εἰς κίσην καλὰ γὰρ τὰ θάματα καὶ  
 θὰ πρῶτα. Itemque Rhetor Africæ elo-  
 quentiſſimus mox verò presbyter pientissim⁹  
 Arnobius, qui, ut ab Episcopis baptizaretur,  
 ad contestandam sinceram & infucatam fidem  
 suam libros adversus gentes multifariam an-  
 tiquitatis genere repletissimos conscribit: E-  
 leusiorum vestrorum, inquit, notas & origines  
 prædunt urbes, & antiquarum elogia litterarum, ipsæ  
 deniq; symbola, quæ rogati sacrorum in acceptioni-  
 bus respondetis: Jejunavi, atq; ebrii cyceonem; ex-  
 cista summi & in calathum misi: accepi rursum, in  
 cistulam transtuli. l. 5. advers. gent. Ideo & in  
 mysteriis deos aliis invocabant nominibus,  
 quæ recenset Porphyrius: καὶ θεὸς ὃ τέρας  
 δημιουργεῖς ἑὶ πρὸς γόρευσαν. Τὴν μὲν Ἄρ-  
 τεμιν λυκάσας, τὸν δὲ Ἡλίον σαῦρον, δράκοντα  
 ἰβρακα, τὴν δὲ Ἑκάτην ἰππῶν, λίκαναι, κύνα  
 &c. de abst. l. 4, §. 16.

Quidam Gentiles invocârunt in εὐκαίτοις  
 Deum formulâ in Christianorum hymnis ac  
 Ecclesiis antiquissimâ, vetatissimâ: Κύριε ἑ-  
 λῆσον! Ariani: τὸν θεὸν ἐπικαλέμεθα, θεό-  
 μετα



περὶ αὐτοῦ. ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ. l. 2. c. 7. in  
 Epist. Vid. Seldenum addend. ad Eurych. p. 172.  
 Philippum Caroli antiqq. eccl. 1, 5. Eand. for-  
 mulam in castris ante prælium cantari solitam,  
 videre est ex Maurici Strateg. 3. 19. cujus verba  
 vide ap. Rigaltium glossar. voc. Νοβιονη.  
 In sacris Bacchi sanctissimum nomen **ΒΑΧΧΙ** &  
**ΠΑΝΙ**, sive hoc enunciârint Jave, sive Jahave,  
 sive Jeheve, sive Jehova; à profanis **Idolo** suo  
 adclamatum. Vossius tamen unâ cum aliis no-  
 tam illam formulam fuisse sentit: in Βάχχε!  
 2. 14. de Idol. Neque verò operam lufuros nos  
 putamus, si singulas quasdam preces proprius  
 lustremus.

Illæ, quibus victimam ad aras dedêre  
 προσοδίου dicebantur, teste Athenæo l. 6. & tales  
 ferè erant: Ego servitor tuus hæc tibi obfero, & sa-  
 crifico, auctorem sanctitatis te confiteor, & ad san-  
 ctificandum invoco hanc oblationem, ut infundas sibi  
 virtutem spiritus tui alti ac honorati, ut per eam ob-  
 tineamus quod petimus. Ceterum vero sicut res ista  
 præsens oblatione meâ tua efficitur, ita, ut de cætero  
 tibi vivat ac moriatur: Ita & ego tuus efficiar, qui  
 per hanc oblationem & communionem, per hoc, quod  
 ad obferendum & sacrificandum tibi venio, de fami-  
 liâ & cultoribus tuis me esse profiteor. Præterea eti-  
 am dicebatur: Sicut istud animal in potestate meâ  
 est ad occidendum si voluero, vel ad salvandum, ita

in potestate sua est ad auferendum per iram, vel ad largiendum per benevolentiam, turpem, quod optamus. Porro orabant: Sicut morietur animal in manu mea; morietur in me omne vitium, omni immunditia. Vel: Sicut morietur & adveniet tale vel tale malum, sive incommodum. Ita: Sicut effunditur sanguis huius animalis de corpore suo; ita effluet à me omne vitium, omni immunditia. In holocausto: sicut hoc oblatio igni consumitur, ita, quod nihil remaneat ex corpore consumatur in me omne malum, seu tale vel tale incommodum. Hæc ex Henr. Corn. Agrippæ O. P. 3. 60. In negotiis, agrorumque partitionibus tales preces agitas, Tibullus agitavit 2. 1.

*Di patrii! purgamus agros, purgamus agrestes!*

*Vos mala de nostris pellite limitibus:*

*Neu seges eludat messem fallacibus herbis,*

*Neu timeat celeres tardior agna lupos,*

*Tunc nitidus pleni confusus rusticus agris*

*Ingeret ardenti grandia ligna foco:*

*Turbæq; vernarum saturi bona signa coloni*

*ludet, & e virgine extruet arte casas.*

*Eventura precor!*

Similes in Solitaurilibus exsignat Cato: Mars pater, te precor, quæsoq; uti sis volens propitius mihi, domo, familiæq; nostræ; quous rei ergo agrum, fundumq; meum Suovitautilia circumagi jussi, uti tu

*maiores*

morbos visos in visosq; viduertatem, vastitudinemq;  
calamitates, intemperiasq; prohibeſſis, defendas, aver-  
runcesq; ; utiq; tu fruges, frumenta, vineta, virgul-  
taq; grandire, beneq; evenire ſinas; paſtores pecuaq;  
ſalva ſervaſſis, duiq; bonam ſalutem valetudinemq;  
mihi, domo, familiaeq; noſtræ. Harunce rerum ergo  
fundi, terræ, agriq; mei luſtrandi, luſtriq; faciendi  
ergo, ſicuti dixi, mactæ hiſce Suovitaurilibus læten-  
dis immolandis eſt. de R. R. c. 141. Item in Robi-  
galibus. Ovidius 4. faſt.

*Aſpera Rubigo parcas Cerealibus herbis,  
Et tremat in ſummâ lene cacumen humo.*

*Tu ſata ſideribus cœli nutrita ſecundis  
Crefcere, dum ſiant falcibus apta, ſinas.*

*Vis tua non levis eſt, quâ tu frumenta notâſſi;  
mœſtus in amiſſis illa colonus habet.*

*Nec venti tantum Cereri nocuere, nec imbres,  
nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu:*

*Quantum, ſi culmos Titan incalfacit udos,  
tunc locus eſt ira, Diva timenda, tue*

*Parce precor, ſcabrasq; manus à meſſibus aufer;  
neve noce cultis; poſſe nocere ſat eſt.*

*Nec teneras ſegetes, ſed durû amplexere ferrû:  
Quodq; poteſt alios perdere, perde prior.*

*Vtilius gladios & tela nocentia carpes;  
Nil opus eſt illis; otia mundus agat.*

*Sarcula nunc, durusq; bidens, & vomer aduncq;  
rûris opes niteant: inquinet arma ſitus.*

*Conatusq;*

*Constatq; aliquis vaginâ ducere ferrum,  
adstrictum longa sentiat esse morâ.*

*At tu ne viola Cererem: semperq; colonus  
absenti possit solvere vota tibi!*

**Et paulò ante in Palilibus:**

*Consule tu pariter pecori, pecorisq; magistris:  
effugiat stabulis noxa repulsa meis.*

*Sive sacro parâ, sive sub arbore sacrâ,  
pabulaq; è bustis inscia carpsit ovis.*

*Si nemo intravi vetitum, nostrisve fugata  
sunt oculis Nymfe, semicaperq; Deus:*

*Si mea falx ramo lucum spoliavit opaco,  
unde data est agra fiscina frondis ovi:*

*Da veniam culpa: nec. dum degrandinat, obsit  
agresti fano supposuisse Decus.*

*Ne noceat turbasse lacus: Ignoscite Nymfe,  
mota quod obscuras ungula fecit aquas,*

*Tu dea pro nobis fontes, fontanaq; placa  
Numina; tu sparsos per nemus omne Deos.*

*Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ,  
Nec Faunum, medio cum premit arva die.*

*Pelle procul morbos: Valeant hominesq; gregesq;  
Et valeant vigiles provida turba canes,*

*Neve minus multas redigam, quam mane fu-  
erunt;*

*Neve gemam referens vellera raptâ lupb.  
Absit iniqua fames herba, frondesq; supersint;  
Quaq; lavent artus, quaq; bibantur aqua.*

*Vbera*

*Obra plena premam; resenas mihi casus era,  
 Dentq; viam liquido vimina rura sero.  
 Sive salax aries, conceptaq; femina conjux  
 reddat, & in stabulis multa sit agna meis.  
 Lanaq; proveniat nullas lesum puellas,  
 Mollis, & ad teneras quamlibet apta manus.  
 Qua precore veniant! & nos faciamus ad annū  
 pastorum Domina grandis iliba Pali.*

*Apud Eundem Mercator Mercurio à consuetis  
 istis propolarum prastigiis & negotiatorum  
 improbis fustelis l. 5. fast. sese lustrans:*

*Ablue prastix perjurii temporis, inquit,  
 Ablue prastitā perfida verba fide.  
 Sive ego te foci testem, fassove citavi  
 Non audituri numina vana Jovis.  
 Sive Deum prudens alium, divamve, fefelli:  
 Abstulerint celeras improba verba Noti.  
 Et pereant veniente die perjuria nobis:  
 Nec curent superi, si qua locutus ero.  
 Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro,  
 Et face ut emtori verba dedisse jure.*

*Apud Virgilium Harbas hostem persequutus,  
 siti que adfectus, Jovem facto sacrificio implo-  
 rat l. 4. Aen:*

*Juppiter omnipotens! cui nunc Maurusia pictū  
 Gens epulata toris Lenaum libat honorem:  
 Adspici hac? an te, genitor, cum fulmina torques  
 Ne quisquam horremur? caciq; in nubibus ignos*

Terrificant animos, & inania marmura miscuit?  
 Femina, quæ nostris errans in sinibus, urbem  
 Exiguam pretio posuit, cui litus arandum  
 Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra  
 Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.  
 Et nunc ille Paris cum semivito comitatus,  
 Maroniam mentum mitra crinemq; madentem  
 Subnixus, rapto potitur. Nos munera templi  
 Quippe tui ferimus, famamq; foremus inanam.  
 In foederibus autem pangendis utraq; pars  
 certas faciebat preces, quale exemplum iterum  
 habemus apud Maronem l. 12. Aen. Ubi Ae-  
 neas primò stricto sic ense precatur:

Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,  
 Quam propter tantos potui perferre labores;  
 Es pater omnipotens, & tu Saturnia conjux,  
 Jam melior, jam diva precor, tuq; inclute Mavors,  
 Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:  
 Fontesq; fluviosq; voco, quaq; ætheris alti  
 Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto!  
 Cesserit Ausonio si fors victoria Turvo,  
 Convenit Evandri rectos discedere ad urbem:  
 Cedit Iulus agri, nec post arma ulla rebelles  
 Aeneada referent, ferrove hæc regna laceſſent:  
 Sin nostram adnuerit nobis victoria Marcem,  
 Ut potius eor, & potius Dæ numine firment;  
 Non ego nec Teucris Italos parere jubebo,  
 Nec mihi regna peto: paribus se legibus amba;  
 Inpicta gentes aeterna in fœdera mittant,

SACRA

*Sacrâ Deosq; dabo: socer arma Latinus habeto,  
Imperium solemne socer mibi mœnia Teucræ,  
Constituent, urbiq; dabit Lavinia nomen!  
Quem sequitur Latinus, suspiciens cœlum, ten-  
densq; ad sidera dextram:*

*Hæc eadem Aenea terram, mare, sidera juro;  
Latonæq; genus duplex, Janumq; bifrontem,  
Vimq; Deum infernam, & Divi sacraia Divi:  
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit!  
Tango aras, mediosq; ignes, & sidera testor:  
Nulla dies pacem hanc Itali, nec fœdera rumpet,  
Quod nec cœnq; cadent, hoc me vi ulla volentem  
Avertet; non si Tellurem effundit in undas  
Diluvio miscens, cœlumve i Tartara solvat,  
Ite, sceptrū hoc (dextrâ sceptrū nam forte gerebat)  
Nunquam fronde levi fundet virgulta, nec umbras  
Cum semel in silvâ imo de stirpe recisum  
Matre caret, posuitq; comas & brachia ferro,  
Olim arbas; nunc artificū manus ære decoro  
Inclusit, patribusq; dedit gestare Latinis.*

Plures precationum formulas coaggerârunt  
Stœck. f. 89. & seqq. Girald. Synt. 17, p. 486.

Cum Harpocrati leguminibus facerent,  
exclamabant: γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων.  
Plutarch. de Isid. ac Osir. Causam ejus rei inve-  
nies ap. Macrobi. Sat. 1. 19. & Seldenum de D.S.  
1.1. Ap. Tacitum prudentiores in viciniâ mortis  
invocabant Jovem, h. v. Libemus Jovi Liberatori &

l. 15. ann. Proserpina ita in sacris invocata: *πλουθύσανε ἄρτεμι, πλουθύσανε κῆρυ*: In magicis sacris Spiritus certis precationibus procurari credebant, ut abunde elucet ex Deo Socratico Apuleji; veluti in Inferiis animas Deosve ad tumulum trahi; qualia fascinatoria verba adscribit Aeschylus in Pers.

*Βαλὴν δὲ χαῖ @ βαλὴν*

*Ἰδι' ἱκσ' ἐλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμ —*

*βον ὅχθ' ἀποκάβαπτον.*

Pastebantur interea tam diu linguae, donec eis frena cum Libatione laxarentur. Nova hic Insipiria, & integrata murmura; de quibus Arnobius: *Opera pretium est, etiam verba ipsa deprecatoria, quibus, cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est: MACTUS HOC VINO INTERIO ESTO.*

l. 7. advers. gent. Pertinent huc etiam vota publica, quinquennalia, decennalia, vicennalia, tricennalia, quadricennalia: Quod ex aliquot numis ulterius persequitur Choul. p. 274. & seqq.

Contraria planè in Lindiensi sacrificio consuetudo, non quidem preces, sed metas rixas, jurgia, & non nisi malè ominata verba exstantium. Prodeat, & accuratius eam nobis tradat Firmianus, Arnobi discipulus, Caesaria Crisp. præceptor, primus à Cicerone in sacralia, primum Nicomediae, mox Romæ, Eloquentiae



quentiæ Professor: Ap. Lindum, inquit, quod est oppidum Rhodi, Herculi sacra sunt, quorum à ceteris longe diversus est ritus; siquidem non évφφία, quæ Græci vocant, sed maledictu & execratione celebrantur, eaq; pro violatu habent, nisi quando inter solemnes ritus vel imprudenti alicui exciderit. bonum verbum, cuius res hac ratio redditur, si tamen ullus esse in rebus vanissimè posest. Hercules, cum eò diutius esset, famemq; pateretur, aratorem quendam adspexit operantem, ab eoq; petere cepit, ut sibi unum bovem venderet: Enim verò ille negavit fieri posse, quia spes sua omni colende terra duobus illi iuvenci niteretur. Hercules solita violentiâ usus, quia unum accipere non potuit, utrumq; sustulit. At ille infelix, cum boves suos, mactari videret, injuriam suam maledictu ultus est; quod homini eleganti & urbano gratissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas adparat, dumq; alienos boves devorat, illi sibi amarissime conviciantur, eum risu & cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi divinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit à civibus, ei ara posita est, quam de συζυγίων i. e. bovum jugum nominarunt, ad quam duo iuncti boves immolarentur, sicut illi, quos abstulerat aratori; eumq; ipsum sibi constituit sacerdotem, ac precepit, eundem maledictu semper in celebrandis sacrificiis uteretur, quod negare, se unquam epulatum jucundum. Hactenus flos Ecclesiæ lectissimus, qui blandicias serit & mat-

Spirat, Lactantius lib. I, inst. div. Hinc *ἡγο-  
μῶν* de rixoso convivio, aut disputatione, vel  
quavis re malis omnibus cœptâ proclamaba-  
tur *Lindi sacrum*, vel *Rhadiense sacrificium*; Vid.  
Erasmum & P. Manutium in adagg. Rhodi e-  
nim civitas est Lindus, teste Stephano, lib. de  
Urbibus. Et nescio annon quoq; huc spectent  
duo nomismata aureum & æreum; in quibus  
Hercules duos abigit boves: Licet Choulius  
pag. 198. longè aliter ea explicet.

Formula precandi solemnis Ebraeorum in  
expiationis festo, cùm duas victimæ manus im-  
posuissent, talis erat: **אנחנו השם עוירי**  
**פשעתי חטאתי לפניך אני וביתי אנא כבר**  
**נא לעזנו ולפשעים ולחטאים שעויתי**  
**ושפשעתי ושחטאתי לפניך אני וזכיתי ככתוב**  
**בתורת משה עברך כי ביום הזה יכפר**  
**עלילם** i. e. *Obsecra Domine, deliqui, rebellii fui,*  
*& peccavi coram te ego & domus mea: Obsecra Do-*  
*mine, remitte nunc & delicta, & rebelliones, & pec-*  
*cata, qua deliqui, & in quibus rebellii fui, & qua*  
*peccavi coram te ego & domus mea: Juxta quod*  
*scriptum est in lege Moysis servi tui; quoniam in die*  
*hac expiabit: Joma c. 3, §. 8. Adde c. 4, §. 2. c. 6,*  
*§. 2. Ubi alii respondebant: ברוך שם כבוד  
**וער מלכותו לעולם ועד** i. e. *Benedictum sit no-*  
*men gloriosum regni ejus in secula. Quotiescunq;*  
*enim**

etiam nominis Domini mentio fiebat, oportebat Israelitas illud magnificare & benedicere atque sic respondere. Vid. R. Salom. Jarchi ad Deut. 32, 3. & Gemaram Babylonicam ad l. c. Joma. Notanda etiam clausula usitata לעולם, ועד & evolvendi Cod. Beracoth c. 9. Sheringham ad Joma l. c. Possunt videri תפלה מכל השנה qui est liber precum annuarum; & alius liber precum סליחות dictus: item מחזור quo continentur preces, quibus in tribus annis festis solemnibus utuntur Judæi: Qui singuli e sermone Ebræo in Germanicum idioma translati extant.

## Cap. XIV.

**L**oca sacrificalia. *Jehova ubi sacrificatum?*  
*Locus Captus quomodo ita dictus? Sacrificatum in antris: In compitis: (Hecate unde Trivia dicta? Herculis aliquot cognomina) in silvis: Ante januam. Apollo Ἀπολλών &c. Ἀγριατίδες θεράπαινοι. Laræ Picumina in foro sacrificatum, & cur? Ejus epitheta? Ἡρώες κατοικίδιοι: Πάτριες θεοί, κατοικίδιοι. Lararum: Curvis familia necessarium. Ejus descriptio. Cubiculares*



Ejus nomen Christianis vet. invisum. Delubrum quid? Servius & Festus ex Asconio notantur. Fanum quid? Differt à templo: Ejus etyma: Quadam eliminata. Male PHanum scribitur. Bidental quid? Lucus quid? Ejus etymon: Prisciani & Quinctiliani rationes rescinduntur. Lucidus consecrati. Conlucatio: Ejus formula. Luci quomodo profanati? Lucuci. Lucaria. Lucar: Lucaris pecunia. Mortuorum anima lucorum incolæ habita: Lares viales credita. Lucorum delubra, proverb. Lucos in villis habere opus erat. Jupiter in dardanio. Germani multi in lucis. Wathfahre quid, & unde? Hagen/Hayn, quid, & unde? item Ham. Hamburgi etymon. Pagus Hamme: Nobiles ab Hamme. Sacellum quid? Ejus etymon. Guidonis idem cum Agelli Trebatio lapsus. Kappel adicula sacra unde dicatur? Item Kappelan? Etyma quadam proculcata. Cappete nostra à sacellis veterum differunt. Job. Camer's notatur. Sacrarium quid? ἱερόν, ἱερουργία. Sacrarium in navi quid? Pastophoria. Tholus quid? Σηπὸς, τέμπε-

1. &c. Serpens locis sacris adpictus, &  
 cur? Veterum in locis sacris puris servan-  
 dis cura. Rhodiensium oraculum, pro-  
 verb. Serpens terribile insectum. Egyptii  
 reges cur in coronis serpentem ostentâxint.  
 Serpentum visus acutus: Habebantur the-  
 saurorum custodes. Æsculapius cur ser-  
 pentis figurâ cultus? Ejus navis eadem no-  
 tata. Serpens salutis symbolum. Serpens  
 aeneus, Num. 21. Serpens Genia sacratus:  
 Genius per eundem adparebat. Osiris ser-  
 pentina figura. Serpentes Callectensibus  
 Dæmones. Ophite quinam, & eorum ri-  
 tus. Serpentine. Serpens aureus in sacris  
 Sabadiis. Arnobii locus ad limam protra-  
 hitur: Etiam magno Vossio aliquantulum  
 reluctante. Elmenhorstii lectio valde stra-  
 minea. Firmici locus sanatur. Sabazius  
 unde? Aureus coluber in sacris Sabaziis  
 quid signârit? Leo templis adpictus; Ritus  
 hodierni origo. Egyptiis leonis pictura  
 quid? Leo vigilantia nota. Templis canes  
 vivi inclusi & cur? Canes domestici. Ca-  
 ve canem? Canis catenarius. Serbus o-  
 stiarius. Anseres templorum custodes.

Haud

**H**Aud extra viam aut oleas vagabimur, si quando orbitam, quæ sacrificulos nostros ad sacra perduxit loca, duobus pedibus premamus. Fortean sagacius nidorem victimarum, ubi surgat, odorabimur.

*Quàm canis acer, ubi lateat suus.*

Jehovam Sanctissimum initio Silo in tabernaculo coram arcâ colebant; postea in templo Salomonis, in quo solo Ei adoratio sacrificiis juncta placebat, nec etiam alibi licita erat. Causab. exerc. 1. 3. num. 27. Sigonius de R. E. 2. 2. Romanis in genere locus sacrificiis destinatus Locus *Captus* dicebatur, eo forte sensu, quo Flamen dialis, & Virgg. Vestales *Capi* dicebantur, de quo Agell. 1. 12. Facta autem primum apud Ethnicos in antris sacrificia, quæ ante templorum inventionem Dis consecrata erant, sicut in Cretâ Jovi à Curetibus, in Arcadiâ Lunæ ac Pani Lyceò, Dionysio apud Naxum, Mithræ ubicunque, is coleretur. Causam dabit Wouwerius de umbrâ quem vid. c. 9. Et Holstenius in vit. Pyth. Postea à rusticis in compitis exhibebantur. Britannicus ad illud Persl.: *Qui quandoq; jugum pertusa ad compita figit, sat. 4.* Rustici, inquit, finitu sationibus in compitu aratri suspensis sacrificia celebrabant, magnâ animorum relaxatione. Certè Hecate sive Proserpina, quod in tri-

in triviis & quadriviis colebatur, ut quidam sentiunt, *trivis* cognominata fuit Athen. l. 7. Sery. in Ecl. 3. Virg. Veluti Hercules, quod in saxeto, SAXANVS & SAXETANVS; item MERCVEES IN PETRA audivit. Vid. Boxhorn. quæst. 1. Fauno obferebantur in silvis. Poeta Venusinus: *Nunc & in umbrosis Fauno decet immolare lucu.* l. 1. od. 4. Apollo ἀλεξίμαχος ante januam colebatur; unde ipse ἀγχεύς, & ἀγχαίης, necnon προσετῆρ. Ἰοπέε; & ara ejus ἀγχαλίδες ἡράπαιραι dictæ. Vid. Coel. Rhod. L. A. 10. 18. Sic Germani Deo suo Suanto Wito ante ostium templi semel quotannis post lectas fruges immolabant. Aedem enim Sacerdos tantum intrabat spiritu oris compresso; quem quotiens renovare opus erat, ad ostium decurrebat. Münst. l. 3. Cosm. Larem Picumnus in loco venerabantur. Eucchio ap. Plautum: *Hæc imponentes in foco Nestro Lari.* Quia nempe erat προσετῆρ, & ἡὲς κατοικίδιος, ut ait Priscianus, veluti Lares familiares ἡὲς κατοικίδιοι, Penates πατρῷοι ἡὲς κατοικίδιοι vocabantur. Hinc Lar Arnobio est *Genius focorum* l. 4. advers. Gent. Aliud v. erat *Lararium* i. e. Latium sacrarium quod quævis familia non modò habebat, sed quævis habere necesse erat ex L. illâ XII Tabb. ET. LARI-VM. SEDES. RITVS. FAMILIÆ. PATRIÆ. QVE.



**QUE SERVANTO.** rit. de Relig. c. de templis & lucis. Berqaldus locum, in quo simulacra imaginesque conlocatas adorabant, *Lararium* dictum opinatur. Dexterrimè! Lampridius enim Alexandrum Imp. Rom. in larario habuisse narrat majore Apollonium, Habramum, Orpheum: in secundo Virgill & Ciceronis imagines. - In Vitelli larario Narcissi & Pallantis effigies conspiciebantur. Tales statuas Tranquillus *cubiculares* vocat in Aug. c. 7. vid. Figrel. de statuis in lustr. Rom. c. 10. extr.

Præcipue tamen adridebant montium colliumque cacumina, Judæis **במוצא** i. e. *Excelsa* dicta, in quibus contra legem sacrificarunt, patiente primùm Deo, postea etiam aliquoties prohibente. Confer Sigon. de R. E. 2. 4. Propheta minorum maximus: *Super capita montium sacrificarunt, & super colles acornabant thyanima, subrus quercum & terebinthum: quia bona erat umbra ejus.* 4. 13. Adde Jud. 6. 25. 2. Reg. 17. Ezech. 6. 13. B Hieronymum ad c. 7. & 32. Jer. & in c. 10. Matth. R. Moses Ben-Maimon: **והתחילו על דרך ה' לעשות צורת כתיכלות וצורת האילנות וכדאשי חתרים חגבעות: ומהקבצין ומשתחיים להם:** i. e. *Et adgressi sunt homines facere simulacra in templis & sub arboribus, in montium verticibus & collibus: Deinde congregati adorabant ea.* lib. **עכ"ל** c. 1. §. 3. In

Quiri

Quirinali sive Agonio monte Apollinis Clatrati, qui & monti in quadam parte Clatrati dedie nomen, templum extabat. Fabric. Rom. c. 3. Aventinus itidem mons sacer fuit, teste Plinio, quia ibi templum Dianæ, unde *Collis Dianæ* ap. Martialem, & sacellum Veneris Murteæ, unde (nisi cum à myrteto ita dictum malis) Murteus; necnon silva Lauri arboris sacræ, unde Lauretum; aliàs & à Remo Remurius cognominatus est. Eum in lege illâ: *Eisdem temporibus, cum plebs à patribus secessisset, anno fere septimodecimo post reges exactos, Tribunos sibi in Monte sacro creavit.* l. 2. §. 20. ff. de O. J. intelligi, Accursius & alii volunt: Sed jam dudum explosit sententiam hanc Corasius comm. ad. d. l. n. 3. 4. qui montem illum juxta ripam Anienis, vel trans Anienem fluvium tribus passuum millibus ab urbe distantem, Sacrum dictum, quod Jovi olim esset sacratus, indigitari ait. Sacri quoque montis mentionem facit lapis Cæsena: A. LVCRETII. HISTORICI. AC. POETAE. CONDITORIS. VERISSIMI. CVI. OB. EXCELENTIAM. INGENII. STATVA. CONDONATA. AC. CIVITATI. CAESENAE. ROMAN. COLONIAE. DEDVCTAE. ~~IN~~: HOC. SACRO. MONTE. DEDICATA. Clivi verò ~~Sacri~~ Romæ erant duæ. Alter in Capitolium, alter in Palatinum montem ducebat. De hoc Martialis: *Inde sacro veneranda petes palatia*

*Latia cliyo.* 1, 70. De illo Horat. l. 4, od. 2.

*Trabet ferocem.*

*Per sacrum cliyum meritâ decorus.*

*Bronde Sicambros.*

*Sacri dicti sunt, quod sacrificantes per eos adscenderent.* Vid. Fabric. Rom. c. 5.

Inter omnes autem Deos inprimis Jovis, utpote Deorum summo, in lummis sacrificia incendebantur montibus. Lucanus: *Et residens celsâ Latialû Juppiter Albâ.* l. 1. Pharf. Seneca H. O. 3. 2:

*Heic rupe celsâ, nulla quam nubes ferit;*

*Annosa fulgent templa Cenai Jovis.*

Apollonius l. 2. Argon.

Καὶ βωμὸν ποίησε μέγα Διὸς ἑκμαίοιο,  
ἰσρὰ τ' οὐ ἔρρεζεν ὅθ' ἔρεσιν ἀσέρι κένω  
σμερῶ αὐτῷ τε κρόνιδι, Διὶ δ' ἑκῆτι.

Herodotius: νομίζουσι, Διὶ μὲν ὅππ' τὰ ὑψηλότεα τῶν ἑρέων ἀναβαίναντες θυσιὰς ἔρδειν.

l. 131. Scylax Caryandensis: Κῶρυμηλῶ, ὄρεα, ἱερὸν Διός. Solinus de Olympo sublimi Thessaliae monte: *Ara est in cacumine Jovi dicata, cuius altaribus, si qua de extis inferuntur, ventosis spiritibus, nec pluviis diluuntur, sed volvente anno, cujusmodi reliqua fuerint, reperiuntur.* c. 15. mem.

Hinc ipsum Jovem ἐπάκειον vocari, Hesychius; & quemvis montem Jovis dici, auctor est

Melano

320 JOHANNIS SAUBERTI, F.

Melanthes l. de sacrif. Facit hoc quod Jupiter in Capitolio cultus fuerit, sito in monte Tarpejo, vel Saturnino, (in quo hodie crux malefactorum supplicio cernitur erecta, cum olim extra Esquilinam portam supplicia fumerentur) teste Livio. Vopiscus in Aurel. *Capitolium inventus est, ut illic caderet cervos, quos cum eodem curru captos ovovisse Jovi Opt. Max. ferebatur.* c. 33. Cicero: *In Capitolio, id est, terrestri domicilio Jovis.* orat. in Verr. Martialis l. 12. epigr. 77.

*Multis dum precibus Jovem salutat,*

*Stans summus resupinus usq; in unguis,*

*Aethon in Capitolio pepedit.*

Fuere ibi tria sacella; medium Jovis, Junonis sinistram, dextrum Minervæ; sub uno tamen omnia recto. Vid. de ejus Structurâ Plut. in Public. Dionys. l. 4. Liv. l. 1. & virum rarissimæ eruditionis, acerrimi que judicis, cui severioris litteraturæ studiosi nesciunt, quanti debeant, certè plurimum debere fateantur, Rycquium tr. de Capitolio. Martialis cælo comparavit; & Dionysius ambitum habuisse scribit octo jugerum; testanturque post incendium majori restitutum esse luxu. Hodie S. Salvatori in Maximis, in eâ parte, quæ occasum versus forum holitorium respicit, est dicatum. Erat autem & aliud templum Jovis Capitolini, vel Jovis Opt. Max. itemque Jovis Latii, & Jovis Superi, quod in altissimâ montis parte esset; præ  
aliis

aliis omnibus celebre ac honoratum: aliudque  
 iudem in Capitolio Jovis Sponsoris; ac rursus  
 aliud Jovis Tonantis in aditu Capitolii, de quo  
 inscriptio Prenestina:

TARPEJO. COLERIS. VIGI.

NA. TONANTI.

Postea qualiacunque templa primoribus dedica-  
 cata diis *Capitolia* vocata esse pluribus ostendit  
*propius* © Janus Gruterus lib. suspp. Extitère  
 porro templa Jovis Mariani in monte Esquili-  
 no, Jovis Statoris in Palatino, Jovis Propugna-  
 toris in Palatio, Jovis Conservatoris juxta Ve-  
 labrum, quod Palatino adjacebat; Jovis Latia-  
 lis in monte Albano, Jovis Fagutalis in Vimi-  
 nali. Vid. Fabricius in Rom. c. 9. & 10. Vnde  
 & tot nominum suorum à montibus cepit v. g.  
*Viminis* à Viminali colle, *Atabyrii* ab Atabyri e-  
 ditissimo Rhodi insulæ monte, *Apesanti* vel *A-*  
*pesantii* ab Apelunte; item *Albei*, *Aenesii*, *Aetnai*,  
*Anchesmii*, *Cassii*, *Cytheronii*, *Elagabai*, *Hynnarii*, *Hy-*  
*mettii*, *Cenai*, *Maleai*, *Parnethii*, *Scyllii*, *Tomarii* vel  
*Tmarii*, *Sinopite* &c: Et quid de tēplis Jovi sacris,  
 quorum loca ignoratur, dicam? v. g. Prædatoris  
 Jovis, Inviæti, Custodis, Arbitratoris, Pluvii,  
 Sereni, Tyranni &c: Hodie adhuc mons in Hi-  
 spaniâ, ex quo Barchinoni civitati olim desi-  
 gnati dicuntur Maurorum nocturni incursus  
*Mon Ju* adpellatur, quem veteres montem Jovis  
 dixere

dixere, Vid. Poëta incomparabilis Joh. Secundus itin. Hisp. p. 317.

In Sacrarum ædium contemplatione sciendum, Veteres sagaciter distinxisse inter Templum, Delubrum, Fanum, Bidental, Lucum, Sacellum, Sacrarium. *Templa* quidem prout in generali significatione sumimus, quæ singula loca, ut scribit Asconius, Diis attributa notat, Varro à templando deducit; eorumque auctorem Janum Macrobius refert: quem tamen confutare videtur Arnobius: *Templorum, ait, si queris audire qui prior fuerit fabricator, aut Phoenicem Aegyptium, aut Merops tibi fuisse monstrabitur, aut, ut tradit in admirandis Varro, Jovis progenies Æacus*, l. 6. advers. gent. Quidam Jovem ipsum templorum auctorem efferunt, & idè primum locum inter deos habere Lactantius Melisseum Cretensium regem, Phoenices Vsonem quempiam, Servius ex Salustio Cretenses, alii Dionysium, alii Cecropem, qui & primus victimas immolavit (quod quidam Chaldæis, quidam Cypriis attribuunt) alii Thraces, alii Arcadas, Aegyptii Istin, alii Phryges &c: Nonnulli templa è sepulcris initia volunt sumsisse, quod ex Eusebio, Lactantio, Clem. Alex. & Arnobio diducit Giraldus synt. 17. pag. 452. Coronis dea non habebat templum; sed cum ei sacrificandum esset, statua illius in fanum Veneris deferrebat, teste Paulania. Neque verò singula singulis

Singulis Diis erant sacra, sed sapissime duo pluresque commune aliquod habebant. Sic sociati leguntur uno templo Isis & Apis; Ceres, Bacchus & Phœbus; Jupiter Capitolinus, Juno, & Minerva; Apollo Palatinus, Latona, & Diana; Hercules & Musæ, Venus & Cupido, Romulus & Remus, Castor & Pollux, Aesculapius & Salus, Aesculapius & Apollo, Sol & Luna, Pietas & Concordia, Saturnus & Ops, Mars & Venus, Pan & Ceres, Romulus & Hersilia, Terminus & Juventa, Roma & Libertas, Venus & Roma, Ops & Fortuna &c. Ap. Choulum p. 8. extat nomisma, in cujus alterâ parte est templum cum inscriptione: KOINON & ICIOYNIAΣ. Tales Dii conjuncti *ὁμοχῆται καὶ σύνναοι* appellabantur. Lapis Rom. in domo civis privati

ΔΙΙ ΗΛΙΩ

ΜΕΓΑΛΩ

ΣΑΡΑΠΙΑ

ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑ

ΟΙΣ ΘΕΟΙΣ.

Atque ut structuram sacrificiorum nidoti ac fumo emittendo commodam perdoceamus, reperimus Jovis Vltoris templum (quo nullum etiam ex antiquissimis integrum, cum nec injectis ignibus Gothi frangere potuerint) fenestris planè destitutum, extante, in medio, foramine Sphærico, æneis inauratisque trabibus

X 1

fulto,

fulto, quod, ut lumen præbebat, ita tertè vaporationem illam thuris facillè emittere poterat; in pavimento verò subjectum erat ad imbres excipiendos impluvium. Similiter Romuli & Remi templi posterior pars erat quadrata, prior sphærica, cum rotundâ & unicâ tantum fenestrâ, lumen in medio tecti præben-  
te; & excipiente pluvias factâ in pavimento fossulâ. Hoc erat in viâ sacrâ prope turrim Comitum. Sed & aliud in Velabro sub Palatino Romuli templum vetus, & Sphæricum, cum rotundâ fenestrâ, quæ in medio tecti lumen præbebat, & cum impluvio, ad excipiendos in solo imbres. Vid. plura exempla ap. Fabriciū in Rom. c. 9. in fin. Templorum varias formas aliorum rotundas, aliorum quadratas depinxêre Choulius, Ursinus, Gutherius & alii. Dianæ templis adfigebantur cornua cervorum; Aventinæ autem boum: Causas vid. ap. Plutarch. probl. 5. Accessus sive Introitus ad illa templa non semper planus, sed aliquando sublatus, & gradibus erectus, quorum aliquot ante Romuli & Remi templum habebantur. Virgilius de Junonis templo: *Aenea cui gradibus surgebant limina.* l. i. magni Operis. Ad Jovis Vltoris ædem, quæ aliquando Cybeli sacrata, duodecim olim æneis, nunc aliquot saxeis gradibus ascenditur. Ap. antiquissimos, ut scribit Tacitus, rudi cæmento & informibus tegulis extruc-



struebantur templa, quæ postea marmore nictuerunt, & radiârunt ære atque auro, non tantum firmis & duraturis parietibus, sed etiam expolitis arte atque splendentibus. Minervæ Chalcidææ templum, à Domitiano conditum, totum æneum fuit, de quo Livius & alii. Hisce talibus templis additæ erant porticus è ligno, lucis consitæ, columnis ac statuis distinctæ, picturisque ornata, de quibus prolixè agit Fabricius in Rom. c. 14. Quæ, ut Israelitis erant vetitæ, ita iis concedebantur porticus & columnæ lapideæ. R. Maimon: **אסור לעשות** **אכסדראות** **עץ במקדש** i. e. *Vestium in templi porticum facere è ligno intercolumnia distinctam.* **שנאמר כל עץ אלה כל האכסדראות והסככות היוצאות מן הכותלים שהיו במקדש של אבן היו** **ל** **של עץ** i. e. *Quia dicitur Omne lignum. Idcirco, omnia atria cum intercolumniis, & perplexum opus ad ramorum formam ex parietibus procedens è lapide non è ligno erat.* lib. de Cultu Stellarum c. 6. §. 13. Adjectas etiam fuisse balneas & hortos, colligere est ex Ejusd. c. 7. §. 23. 24. Jani templum pacis tempore semper erat clausum, belli apertum; Hortæ verò delubrum semper erat apertum: Rationes ejus reddit Plut. quæst. 46. & Boxhorn. quæst. 30. In aliquibus templis sc: Jovis, Concordiæ, Telluris, Apollinis, & alio-

rum, Senatores conveniebant: Unde Salustius Jovis Statoris, & Lampridius Concordiæ ædem *Curiam* adpellat. Confer Fabricium in Rom. c. 13. Ap. Romanos, ut idem cap. 9. docet, munus tuendi facta tecta templorum primum Censoribus, post eos Aedilibus demandatum. In vetustatis monumentis & *Conservatores ædium sacrarum & Duumviri sanorum* leguntur. Plura videri possunt ap. Vitruvium l. 1, 3, & 4, Hospinianum tr. de templis. Riberam de templo, Joh. Cunr. Dietericum antiqq. Rom. Philipp. Caroli antiqq. Eccl. l. 1, c. 8, 9.

In specie verò **TEMPLUM**, quatenus à cæteris distinguitur, describitur à Frontone, *quod consistat in loco augurato. Alciatus omnia loca septa unum tantum intrigitum habentia templa dici adseverat.* l. malum navis. ff. de V. S. Antiquos omnem locum, qui ab omni parte adspici potuerit, templum adpellasse, docet nos scholiasta Terentii vetus & perdoctus, Calpurnius, ad Heaut. Ap. Christianos ædes sacræ rarissimè *templa* vocabantur, ideo quia hoc nomen Ethnicis sacrum; sed vel adpellabant *Kupianas Kirchen*, vel *domus & dominicas Dom*, vel *monasteria Münster*. Vid. Hildebr. de sacris &c. prim. Eccl. c. 2.

**DELUBRUM** Varro, dicente Macrobio, esse putat locum, *in quo præter ædem etiam arca,*  
*in qua*

in quâ Deum ponerent, adisset, sic dictum, ut candelabrum, cui imponitur candela: Fronto, in quo homines pericula sua diluunt: Servius & Festus fuisse decorticatam, quem pro Deo venerabantur; quod tamen Asconius Pedianus rejicit: Sunt, inquit, qui dicant, delubra esse multarumedium sub uno tecto à diluvio pluvie munitarum: Alii delubra corporum abluendorum mortuorum; ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubra lebetes tripodesq; videntur. Sunt etiam qui delubra ligna delubrata i. e. decorticata, pro simulacris deorum more veterum posita existiment: sed male. comm. in Cic. de div. Vid. Parrhasi comm. i. in Claud. de raptu Proserp. Spiegelium in cap. Ll. XII. Tabb. de templis & lucis. tit. de relig.

FANUM videtur Frontoni Fauno consecratum; differt à templo: Suetonius: In Gallia fana templaq; Deorum expilavit. in l. Cæs. c. 55. Dignus qui videatur Sabellicus in h. l. Adde Voss. de Idol. i. 12. Nomen habet vel à Fauno, tum, quod huic consecratum erat; tum, quod hic, teste Probo Gramm., primus eorum conditor fuerit: Vel à fando, quod Pont. Max., ut tradit Festus, in dedicatione horum certa verba fatus fuerit: Vel à Fanâ sive Fatuellâ, ut placet Giraldo. Alii, qui absone per PH scribunt, minus convenienter *Δὸν Φανγῆ*, item à *Φαῖναι* deducunt, quibus miror saniozem Criticum, Vossium, calculum addidisse.

**BIDENTAL** erat locus fulmine tactus, & ove expiatus; à bibentibus seu hostiis duos dentes altiores habentibus. Vid. Agell. 16. 6. Fiebat bidental ex loco fulmine (ut dixi) tacto. Lucanus:

*Dispersos fulminis ignes*

*Colligit, & tacito terrâ cum murmure condit;*

*Datq; loci nomen.*

Adi Lilius Greg. synt. 17. Colligebat enim Sacerdos fulminis fragmenta, terrâque condebat, quia fulminatnm tangere piaculum erat. Conferatur Ant. Volsus Pipernas in sat. 2. Persl.

**LUCUS** à Frontone definitur *locus fulmine ictus, & arborum spissitate tectus*, à lucendo; non, juxta Priscianum, propter ramorum densitatem, & Quinctilianum, quod opacus esset & sine luce, κατ' ἀντίθεσιν: sed propter sacrificia ibi facta, ut scribunt Isidorus 14, 8. Scaliger Poët. 13. 90. Joh. Oldendorp. in Ll. XII. Tabb. Consecrati ferè erant Numini. Foquelinus in sat. 1. Persl. Celebris præ cæteris Daphnensis lucus in Daphne, suburbio Antiochiæ, Apollini & Dianæ sacer, cujus ambitus stadiorum 80. perhibetur. Vid. Festum Rufum cum notis Meibomi. Consecrationem illam, quam *Conlucationem* adpellitabant, hac formulâ & hoc modo factam Cato aperit: *Lucum conlucare Romano more sic oportet. Porco piaculo facito, sic verba*

sic verba contemnit: Si Deus, si Dea es, quorum illud  
sacrum est, uti tibi jus fiet porco piaculo facere, illius-  
se sacri coercendi ergo. Harunce veram ergo, sive  
ego, sive qui iussu meo fecerit, utrius rectum factum  
fiet, ejus rei ergo se hoc porco piaculo immolando bo-  
nas precas precor, uti fies volens propitius mihi, domo,  
familiaq; mea, liberiq; meis. Harunce veram ergo  
mathe hoc porco piaculo immolandum esto, de R. R. 139.

Profanum contra reddere quis poterat lucum,  
קָרַחַם מִמְּנוֹה עֲלֶהּ אִו זָרַר מִמְּנָה יוֹגַס  
נָטַל מִמְּנָה מִקֵּל אִו שֹׁרֵבִיט אִו שִׁשְׁפַּחַח  
שֶׁלֹּה לְצוּבָה חֲרִי אִו כְּטִלָּה:

i. e. decerpendo ex ea folium, aut praescindendo ra-  
mum, consciendoq; inde scipionem, aut virgam, vel  
putando superflua. Atq; hac verè est profanatio. Ver-  
ba sunt Maimonidis lib. akom cap. 8. §. 20.  
Dicebantur eorum Custodes *Lucuci* teste Cœlio  
L. A. 12. 1. *Lucaria* erant festa in luce certo ce-  
lebrata. Festus. *Lucar* as erat quod ex lucis ca-  
ptabatur: Licet alii explicent erogationem in  
lucis; Plutarchus præmium in spectaculis im-  
pensum, quem vid. quæst. 87. cum notis Xy-  
landri. *Lucarū* pecunia fuit, quæ in luce erat data.  
Vid. Girald. synt. 17, p. 475. Præterea etiam ma-  
nes defunctorum in talibus lucis habitare cre-  
debantur, qui *Lares viales* erant, ut ait Servius  
ad 3. Aen. Idem ad illud Virgill: *lucis habitam-*  
*um opacis* l. 6, Aen. sic commentatur: *In hi autē*

*locuberum animæ coluntur. Inde proverbialiter:*  
*Lucorum delubra, de rebus, quas religiose colebant,*  
*& anxie observabant, enuntiaverunt ait Hadr Junius*  
*cent. 2. ad. 36. Exerema enim impietatis argue-*  
*batur, qui non lucum consecratum in villâ ha-*  
*buisse, quod probat amabilis Musarum filius*  
*Joh. Wouwerius de umbrâ c. 9. Referendum*  
*huc Jovis (aliis, Bacchi) epitheton ενδεδυγ.*  
*Vid. quæ de Astartâ habeat Seldenus de D. S.*  
*synt 2. c. 2. De Lucis plura Bened. Curtius de*  
*Hortis l. 3. c. 14. & l. 4. toto, Germaniæ lit-*  
*teratæ oculus Dilherrus, meus, pol! Patronus,*  
*s. 1. disp. 8. cl. 1. n. 5. Schedius de D. G. 2. 23.*  
*Lucos imprimis amabant Germani, quos cre-*  
*bris sacrificiis subinde relucens reddidère, te-*  
*stibus Tacito de M. G. l. 1. 15. ann. necnon l. 4.*  
*hist. Lucano l. 1. Pharf. aliisque plurimis. Ex*  
*eo nobis remansit vox eine Wallfahrt, quasi*  
*eine Waldfahrt, cum nempe deos colendi, vi-*  
*ctimasq; immolandi causâ in lucos pergerent.*  
*Ipsos lucos vocitabant Hagen, & postea con-*  
*tractè Hann, à quo hodiernum oppida ac pagi in-*  
*finiti nomina sua claudunt. Eam vocem Stu-*  
*ckius non ineptè ab αἰς deducere conatur.*  
*Cum ejus & sona & significatione conveniebat*  
*etiam dictio Haman i. e. lucus, quæ munitissi-*  
*mæ, omniumque, quas Germania mater fovet,*  
*opulentissimæ civitati Hamburgensi nomen*  
*dedit:*

dedit: Ad lucum quippe circa Elystrum & Billam, ante paucos annos gravissimo Senatui Hamburgensi emptum, Saxones, jam ante Caroli M. tempora, ædificatam arcem Hamburg, vocârunt. Exciso etiam loco pagus Hamme extractus est, cui nobilis familia d'eyer von Hamme præluit, quorum ultimus pagum nobilissimo senatui florentissimâq; urbi Hamburgensi vendidit. Vid. omninò Schedium de D. G. 43. & Lambec. Orig. Hamburg. p. 12. & 13.

SACELLUM Cora. Frontonici est parvulum ædificium Diis consecratum. Guido definit, quod sit *parvum templum, dictum quasi Sacra Cella.* in Adelph. Ter. Deceptus sanè à Trebatio, cujus verba ex 2. de religg. citat Agellius: *Sacellum est locus parvus Deo sacratus cum arâ. Sacellum ex duobus verbis compositum arbitror, Sacri & Cella, quasi Sacra cella.* Hæc ille. Ineptia! Quis ignorat, ait Agellius, *sacellum & simplex verbum esse, & non ex sacro & cella compositum, sed ex Sacro deminutum?* l. 6. c. 12. Festus: *Sacella dicuntur loca, diis consecrata, sine tecto.* l. 16. atq; hoc modo à nostris ædiculis, quas cappelas vocant (ita dictas à cucullo Kappe S. Martini, quem Germani, Clodovæi tempore primum Christiani, ob insignia miracula acceptum, & S. Martens Rappel nominatum, in ædiculâ venerabantur, quam das Rappel vocabant; unde hæc adpellatio postea in omnes hujusmodi ædiculas derivavit,

manavit, ut & præsidēs earum *Kappelâne* dicerentur, ceu egregiè nos antiquissimus B. Rhenani Códex docet. Ex quo adparet, quàm ineptissimè, & ut sæpius solet, quando etymon adducit, Glossa in cap. concedimus de consecr. dist. 1, *Cappel* à *Caprarum pellibus* derivet, quibus ruguria olim Deo sacra fuerint tecta. Alii mirandas faciunt sibi plicas, & ideò à *Cappâ* derivant, quod esset tentoriolum, sub quo precibus vacaretur, quasi *cappâ* contextum: Quo vix poterit quicquam magis ridiculum adferri. De Cappelis, vel ut aliàs perperam scribitur, Capellis vid. Paulum Lancelottũ instr. Juris Canonici l. 2, tit. 22.) lōgè discrepabũt, frustra quærit Joh. Camers cōm. in Ceбетis tab. qui sacella veterum eadem cum Cappelis nostris esse, nō incongruè adfirmari, incongruè adfirmat.

SACRARIUM est, ubi sacræ res. ponuntur, quod etiam in ædificio privato esse potest: differt à sacro loco quod hic consecratus sit. Vipianus l. 9. §. 2. ff. de R. D. Talem usum habebant οἱ τοὶ ἱεροὶ περὶ τὰ πλεῦρὰ τῆς κἀτωρῆς, de quibus Casaub. exerc. 1. n. 22. Aliud in navi deprehendimus sacrarium, quod velut domi Larariũ erat, in quib9 Dis marinis rem divinam obibant. Vid. Turnebum 19. 2. advers. ap. vett. Christianos loca, quibus Eucharistia, vestes & vasa sacra recondabantur, *Pastophoria* dicta. Joh. Carolus Bovius schol. in libb. Clem.

Potest huc referri THOLUS, camerâ, teste



**He** Luctatio Statl Icholiaſte, in mediâ templi, in quo voventium primitiæ aut exuviæ figebantur. Statius l. 2. Theb. *Figamq; ſuperbi Armatbolu.* Vid. Turn. 21. 23. Erant autem tholi rotundi, recta habentes in acutum deſinentia faſtigium. Heſychius. Item ΣΗΚΟΣ & ΤΕΜΕΝΟΣ, loca, in quibus ſimulacra recondita. Vid. Pollux in onom. Hier. Wolffius in tab. Ceb. Pertinent etiam huc, FAVISSAE, TE-SQVA, PENŪ, PENETRALIA, CELLA, de quibus Stuck. f. 57. Legantur de hiſce omnibus ulterius Fronto de diff. voc. Aus. Popma de diff. verb. l. 2. Stuck. f. 56. 57. Girald. ſynt. 17.

In ædibus illis, & quocunq; loco ſacro, Serpentis figura vel in januis & parietibus ſicta, vel in tabula depicta adpendebatur; quò tendere exiſtimant illa Velleji Pat. *Hujus grata religionis memoria, & inſcriptio, templi adſixa poſti, hodieq; teſtatur area tabula.* 2. 25. Inſpice Gruceri notas in h. l. Juſtinus: *παρὰ πάλιν τῶν νεμιζομένων παρ' ὑμῶν θεῶν ὅφεις σύμβολον μέγα καὶ μυſτήριον ἀναγράφεται.* Apolog. pro Chr. 2. Orus Apollo refert ap. Aegyptios quoque *οὐβαῖον, ὃ ἐστὶν ἐλληνεῖς, βαſίλισκον χερσὲν περιθῆναι τοῖς θεοῖς.* Explicite Perſius ſat. 1.

*Hic veto quicquam faxit oletum*

*Pinge duos angues: Sacer eſt, pueri, locus: Extra Meſſite!*

**Veteres ſiquidem manibus pedibusq; cavebant,**

bant, ne templa sua excrementis foederentur  
aut alvi exoneratione profanarentur. Hinc  
Rhodienſes, referente Diogeniano, peracto ſa-  
crificio, dies aliquot, more conſueto, ad aram  
deæ epulantes, Oraculum; *licetne inferre ma-  
iulam?* & poſtquam adnuiffet: *Utrum æream an  
teſtaceam?* conſulebant. Mox Rhodiensium Ora-  
culum in proverbii vicem exiit, ubi quis de re im-  
muta nimium crebro, nimiumque diligenter  
ſciſcitaretur. Evol. Erasmii & P. Manutii adag.

Excogitata erat pictura iſthæc I. ad terro-  
rem, ne ſc: quiſquam profanus accederet, cum  
ſerpens tale ſit inſectum, quod nemo non fugi-  
at; quò respicit illud Virgill: *Frigidus, Operti,  
fugue hinc, latet anguis in herba*. Ecl. 3. Ita reges  
Ægyptii coronis ſuis pictam gerebant aspi-  
dem, ſymbolum regni invictarum virium, ut  
venenum *ἀνίκηται*. Aelianus de animalibus  
6. 38. vel ut ſubditorum ſuorum erga ſe am-  
orem indicarent, qualis eſt aſpidis eum conjun-  
gō cordia, quæ ratio Voſſio placet de Idol. 4. 94.  
imò potius ut anguſtiores viderentur & facti-  
li. Quoniam ſerpentes valerent viſu, proinde  
theſaurorum cuſtodes habebantur. Aelianus  
8. 12. hiſt. animal. De Draconum, qui ſerpen-  
tis genus, viſu, Porphyrius: *Τίς μιν γὰρ ἀνδρά-  
πων τοσῶτον βλέπει, ὅσον ὁ δράκων; ὅθεν καὶ  
τὸ βλέπειν δράκων λέγεται οἱ πηται*. l. 3. de  
abſt.

abst. 9. 8. Adde Nieandrum in Theriac. & Eustathium ad Il. β. Vnde & Dracones *παρα τὸ Δίξαν* plerique deducunt. Inde Aesculapius serpentis figurâ colebatur, qui & ei sacer erat, teste Arnobio l. 7. advers. gent. Et prope templum ejus (in quo valetudinis recuperandæ causâ cubabant ægroti) in insulâ Tiberinâ, navis erat prælonga, ex Thasio lapide, cujus insigne erat caput tauri, à latere simulacrum serpentis, ut refert Fabr. in Rom. c. 9. quia nempe medicum anguium more oporteat esse circumspectum. Addunt alii, quoniam in hieroglyphicis serpentis pictura pro bonâ fortunâ ac salute sumatur, ubi recordemur serpentis æneæ salutiferæ à Mose erectæ, Veræ Salutis, quæ est Christus, typi: de quâ vid. Num. 21. vers. 8. 9. Alii dicunt, ad Aesculapi, Glaucum ut sanaret cœcæ, & id in loco secreto meditantis, bacillum, quem manu tenebat, anguem adrepisse; quem ubi ille commotus bacillo percussum interfecisset, alium anguem venisse, herbamque, quam ore gerebat, capiti Aesculapi imposuisse, & fugisse: quâ ille Glaucum sanârit. Alii perhibent, Pariam serpentem igneo esse colore & acerrimo oculorum visu, oreque laxo, unde mordendo nihil noceat; animo etiam mitissimo: ideoque deorum humanissimo Aesculapio consecratum. Vid. Girald. synt. 7. Inde ei torquem

quem ex Draconibus oblatum legimus in inscribit. ad urbem Reggensem in provinciâ quâ olim Reiensis Apollinaris: DEO. AESCV-LAPIO. VAL. SYMPHORVS. ET. PRO-TIS SIGNVM. SOMNI. AEREVM. TOR-QVEM. AVREVM. EX. DRACVMCVLIS.  $\Delta$ . P. S7 ::-ENCHIRIDIVM. ARGENT. P. S. S. ANABOLIVM. OB. INSIGNEM. CIRCA. SE. NVMINIS. EIVS. EFFECTVM. V. S. L. III. Fiebat ad Genii ostendendam præsentiam, sive, quòd illi angues essent sacriati, conjiciente Barth. Fontio ad sat. i. PersI; sive, quòd ipse per anguem, ex veterum superstitione, adparuerit. Virgilius de angue ex Anchisæ tumulo proserpente. l. 5. æn.

*Incertus, geniumne loci, famulumne Parentis  
Esse putet?*

Vid. ServI scholia. Similiter Osiris per serpentem exprimebatur; & hodie adhuc Calecutensibus serpentes sacrosanctos esse, ceu dæmonum spiritus, testatur Ludovicus Vartomannus. Fuere & hæretici quidam, *Ophite* dicti, qui Christum sub serpentis specie colebant, & simul vivum habebant serpentem, quem venerabantur ac aiebant: Et alii multò ante *Serpentini*, qui serpentem æneum adorabant, quem Hiskias destruxit. Vid. Rom. i. 23. Augustinum hæ. 17. Epiph. oar. 27.

Ecquid autem signasse dicamus aureum  
illum

illum colubrum, de quo Arnobius: *In sacris & ritibus initiationis, quibus Sebadii nomen est, angvem coluber in sinum dimittitur consecratus, & erimitur rursus ab inferioribus partibus, atque imū.* l. 5. advers. gent. Malim hic legere *Sebatiiū*, aut *Sebasiū*, vel *Sabasiū*, sive *Sabazium*. Tot n. modis Jovis hoc cognomen ap. Aristophanem, Oppianum, Ciceronem, Apulejum, Suidam & alios legitur: Adstipulantur insuper Inscriptiōnes antiquæ: JOVI. SEBASIO. Q. NVNNIUS, ALEXANDER. V. S. L. M. Et alia: Q. NVNNIUS, ALEXANDER. DONUM. DEDIT. JOVI. SABAZIO. Quamvis Vossius priscis Apuleji membranis fretus veterem lectionem in illo Arnobi loco (ubi & pro *Sebadii* citat *Sebadius*) mutari vetet. Hujus commentator percelebris Elmenhorst parum feliciter legit *Sebariū* quod probare ex Firmico nititur: *Sebarium colentes Jovem, angvem, cum iniantur, per sinum ducunt.* de err. prof. Sed quis non ex superioribus etiam hujus loci vitium manibus palparet? Nomen hoc σαβασίς nequissimus ille Mimus denuò sibi tribuere cultores suos jussit, audacissimè illud harpagans à proprio DEI nomine מַלְאָכַי quod extat Amos 4. 13. 2. Sam. 5. Psal. 29 & 59. Rom. 9. 29. Jacob 5. 4. & est אֱלֹהֵי מַלְאָכַי, significatque Dominum exercituum: alii δὲ σαβᾶν deducunt gente Phrygiæ: Beroldus δὲ σαβάζειν id est bacchari, quoniam

quoniam Sabazius aliquando notet Bacchum. In ritu autem illo initiationis per σαβάζιον intelligebatur Sol & Liber: Serpens symbolum erat Dei: Immissio in sinumeductioque à partibus inferioribus indicabat rerum omnium generationem ac productionem, quæ Soli debetur. De Sabazio vid. qq. Giraldum synt. 8. p. 266. & seqq. Gruterum inscribit, f. 22.


Coelius in librorum veterum scrutatione & antiquitatibus coacervandis laboriosissimus, eadem ratione templorum claustris Leonem olim adpictum adserit. L. A. 13. 11. Et quotusquisque hætenus non templorum nostrorum antipagmenta capitibus leoninis fortuito ac ornamenti gratiâ efficta fuisse autumavit, nesciens, à majorum id more ad nos pertigisse? Jam tamen id ante me reperisse video Virum verè πολυμαθέστατον Vossium de Idol. 2. 75. Eundem morem Plutarchus refert viguisse, ex aliâ quidem causâ, ap. Ægyptios, quorum Nilus crescere cœpit circa XV. Calendas Quinctiles; id beneficio Leonis celestis fieri credebant: itaque & tubos fontium formabant leonino capite, & ejus rictu aqua promanaret. Verba Plutarchi sunt: λέοντα τιμῶσι, καὶ χάσμασι λεονταίοις τὰ τῶν ἱερῶν θυρώματα κοσμεῖσιν, ὅτι πλυμνυρεῖ ΝεῖλⓄ· ἡελίς τὰ πρῶτα συνερχομένου τοῦ λέοντος. lib. de Isid. ac Osirid. Cœteroquin Leo vigilantia &

riæ & custodiæ, ut serpens, symbolum fuit quod demonstrat Pierius Val. in hierogl.

Quid? quod vivi templis includebantur canes, ne quis quid noctu auferret. Arnobius: *Cur canes in Capitolis pascitis?* Et paulò post: *Indignates est &c. custodiam numinum canum sollicitudinibus credere.* l. 6. advers. gent. Meminit Gruterus aræ Romanæ marmoreæ ap. Maseios, in quâ canis cernatur jacens, sed caudam & caput erigens. fol. 981, inter. 3. In Vulcani Ætnæi templo, in quo inextinguibilis fuit ignis, canes, ad templi & luci custodiam adstantes, castè & religiose adeuntibus blandè adsociati, eos comirabantur: In scelestos v. & contaminatos, templum vel lucum ingressuros, inruebant, eosque lacerabant. Confer Giraldum synt. 17. Vid. Philostratum l. 8. de Apoll. August. d. C. D. 2. 22. Cic. pro Roscio. Plin. l. 28. Agellium 7. 1. Ita in locis qq. non sacris præcipuè domibus canem cernere erat, cum inscriptione CAVE. CANEM. ubi & verus canis catenarius adligatus erat, quem quidam pro servo ostiario intelligunt. Vid. de his Sen. de irâ 3. 27. & ibid Lipsium & Gruterum, Plaut. Most. 3. 2. & Trin. 4. 2 & ad eum Taubmannum. Suet. Vit. 6. 16. cum notis Torrenti ac Casauboni, Popmam ad Varr. Joh. à Wouveren ad Petron. Gruterum suspp. 25. 15. Doussam præcid. pro Tib. c. 2. Turneb. 16. 4.

Pet. Fabrum sem. 2. 12. Brodæum misc. 4. 3. Voss  
inst. orat. 4. 5. 3.

Includebantur & interdum templis  
ob eandem causam Anseres. Arnobius: *Cur  
anseribus victum alimoniamque praberetur?* Et paulò  
post: *Indigna res est, cum aliquam quæras prohi-*  
*bendis formidinem furibus, non ab ipsis petere, sed*  
*in anserum ponere & conlocare gingritibus.* l. 6.  
advers. gent. Eorum curam Censores habue-  
runt; qui, ubi magistratum occipere, nihil  
prius habebant locatione alimentorum pro  
sacris anseribus. Cujus rationem reddit Plu-  
tarchus probl. 97.



## Cap. XV.

**L**oca sacrificiorum specialiora: Differentie  
eorum in superum inferum & terrestrium  
sacris: Item inter Βωμόν, εἰσία, ἐχάραξ  
& μέγαρον: Exemplis inlustrantur. Ara  
etiam inferum erant: Differunt ab altari-  
bus, & quomodo? Stuckl palpatio. Varia  
lectio in Virgilio enucleatè tradita. Sulpit  
præcipitania succurritur. Superis elatiores  
ara structa. Saturni ara, mare: Mortuo-  
rum, rogos. Patensium consuetudo. Ara-  
rum varia nomina.

מזבח



מזבח & ביטום. Βωμὴ derivatio: *Ety-*  
*mon quoddam exagitatum. Βωμὴs quid*  
*propriè? Ara etymologia; necnon Alta-*  
*ris. Stuckius obiter notatur. Lactantius na-*  
*vus. Foci origo: Atque isias. Μέγαρον*  
*quid & unde? ἱχάεας homonymia & ety-*  
*mologia; Ἀσχε unde? StuckI in deriva-*  
*tionibus ineptia. Ararum auctor: Forma:*  
*Altitudo: Cornua. Ara quomodo olim Anisæ*  
*nuncupata. פרי Foramina altarium ap.*  
*Ebraeos, & eorum usus. Ararum bases.*  
*Ara una multis diis sacra. Inscriptioes ara-*  
*rum. Arabum ara tecto imposita. Ararum*  
*numerus: Sape centenarius. Dedicatio ara:*  
*Ejus formula. Ararum profanatio: Mate-*  
*ria varia. Templum Salomonis quomodo*  
*sine sonitu & exauditione ferrei instru-*  
*menti edificatum? Samir. Apollo unde*  
*Σπείδι vocatus? Cesspes ad aras adbibitus,*  
*& quando? Ara coronata. Virgilio ma-*  
*cula abstergitur. Ara vittata: Quales in*  
*inferiis vitte? Ara picturis decorata. Ara*  
*commotio quid sibi voluerit? Ara cœleste*  
*signum: Ejus synonyma: Partes: Quales*  
*sub eo nascantur infantes?*

Y 3

In loco

**I**N loco Capto, si superis immolaretur, ara extracta conspici-  
ebantur; si terrestribus, terra plana; si inferis, effossa terra. Quam differentiam unā cum aliā inter βωμόν, ἑστία, Ἐχάρα καὶ μέγαρον, tradit Eustathii & aliorum compiler Ammonius: βωμός, ἑστία, Ἐχάρα καὶ μέγαρον διαφέρουσι, καθὰ καὶ Ἀμμόνιος ὁ λαμπριεύς ἐν πρώτῳ περὶ Ἰουσιων. φησὶ γάρ, βωμοὶ μὲν γὰρ, οἱ τὰς προβάσεις ἔχοντες. Ἐχάρα ᾧ πρὸς τὴν βιωτικὴν γινόμενη, ἐπὶ τῆς τὰ ᾧ πάλυεστια, τὸ ᾧ μέγαρον, ἡ περιωκοδομημένη ἑστία, ἐνθα τὰ μουσικὰ τῆς Δήμητρος. παραδὲ Ὀμήρῳ ἡ Ἐχάρα, ἡ αὐτὴ καὶ ἑστία καλεῖται, ὃ ᾧ βωμός καὶ τῷ βάπιν σημαίνει, χρύσειοι δὲ ἄρα κῆροι ὁδμήτων ὅππῃ βωμῶν ἀντὶ τῶν βάσεων. καὶ ἡ ἑστία σημαίνει τὸν οἶκον, ἐστὶν ἡ Ὀδυτὴ ἀμύμονος καὶ ἀνέστη, ὁ ἄνθρωπος παρ' Ἡσιόδῳ; καὶ ἡ σωματοειδὴς θεὸς ἑστία ἐστίν.

Ὡς καὶ Δήμητρα καὶ ἥρην χρυσοπέδιλον ἰδίως ᾧ νεάνθης ὁ Κυζικλέος ἐν τρίτῳ τῶν κατὰ πόλιν, βωμός θεῶν φῆσιν, ἐχάρας δὲ ἡρώων. Παρὰ ᾧ Δελπίδι ἐχάρα ἀντὶ τῶν βωμῶν κῆται ἐν Πληοθύνῃ.

μηλ

Μῆλ' αὖτε Φαγεῖν δαίμονων Διὶ ἐχάρας.  
 καὶ Σοφοκλῆς ἐν χεῦση lib. de similibus & diff.  
 voc. Porphyrius: Μετὰ τὸ τέτον τὸν ζώοντα ἔφα  
 κρατῆτασθαι καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις δι' ἀντρων  
 καὶ ἀπηλαίων εἶτ' ἐν αὐτοφυσῶν, εἴτε χειροπιή-  
 των τὰς τελετὰς ἀποδιδόναι. Ὡς γὰρ τοῖς μὲν  
 ὀλυμπίοις θοοῖς ναῦς τε, καὶ ἔδη, καὶ βωμὸς  
 ἰδρύσαστο. χθονίοις δὲ καὶ ἡρώων ἐχάρας. Ἰσχυ-  
 ροῖσι δὲ βόδρες καὶ μέγαρα. Οὕτω δὲ τῶ κόσ-  
 μῶν ἀντράτι καὶ ἀπηλαίῳ, ὡσαύτως δὲ καὶ ταῖς  
 Νύμφαις, ἃς τὰ ἐν ἀντροῖς καταλιζόμενα ἢ  
 ἀναδιδόμενα ὕδατα, ὧν αἱ Ναΐδες ὡς μετ' ὀλί-  
 γον Διὶ ξίμεν, προσέηκας. Νύμφαι, lib. de an-  
 tro Nymf. Ab eo alienior pauld' est Lutatius,  
 quem alii Lactantium vocant: Tria, inquit, μνη-  
 in sacrificiū loca, per quæ piaculationem facimus.  
 Scrobiculo facto inferi; aru terrestribus sacrificamus,  
 caelestibus extructis focis. Superiorum, me herc'le,  
 tot extant aræ, ut ἐκ τῶ ψάμμου χοιρίον πλέκειν,  
 qui eas colligere vellet, videretur. In terrâ Palidî  
 Palilibus fœnum incendebant rustici, ut docet  
 Persi scholiasta. Ita Ἀπὸ βώμια sacra erant Græ-  
 corum, non in altari, sed in plano solo aut pavi-  
 mento peragi solita. Ara Consî dei sub terrâ  
 fuit, quod consilia oporteret esse secreta. Vid.  
 Boxhorn. quæst. 39. Cæterum de terrâ effossâ  
 in inferorum supplicationibus Apollonius. l. 3.

Ποιχοῖον δ' ἄρ' ἐπείτα πέδω ἐν βοθρῷ ὀρύζας  
 Νήησι χίζας Πη δ' ἀγνὴς τὰ μελαίμον.

Silius Italicus l. 13. Pun;

*Inducit juvenem, ferroq; cavare tefossam  
 Ocyus urget humum.*

Seneca Oed. 3. 1.

*Tunc fossa tellus, & super rapti rogi  
 Faciuntur ignes.*

Ovidius l. 7. Metam.

*statuitq; aras ē cessito binas,  
 Dexteriore Hecatts, at lavā parte Juventa:  
 Has ubi verbenis silvaq; incinxit agresti,  
 Hanc procule gestā scrobibus tellure duabus  
 Sacra facit, cultrosque in guttura velleris atri  
 Conjicit, & patulas perfundit sanguine fossas.*

Habebant n. etiam Inferi cum scrobibus aras.

Seneca in Med. 3. 2.

*Vocetur Hecate! sacra lucifica adpara:  
 Struantur ara; flamma jam testū sonet.*

Quatenus sc. illæ non eadem erant cum Altari-  
 bus, à quibus in hoc, teste Servio, differebant,  
 quòd Ara esset in quā tantum supplicatur & li-  
 batur: *Altare*, in quo victimæ adolentur. Quam  
 differentiam non intellexit Stuckius. Plinius:  
*Inter aras & altaria.* in paneg. Tacitus: *Pōst alta-  
 ria & aram amplexa.* l. 15. ann. Arnobius: *Non al-  
 taria fabricemur, non aras.* l. 6. Idem: *Ara ista quas  
 dicitū, altariaq; hac pulchra.* l. 7. advers. gent. So-  
 linus: *Ara est in cacumine Jovi dicata, cujus alta-  
 ribus,*

ribus, si qua de extis inferuntur, non diffantur. c. 15.  
mem. Virgilius Ecl. 8.

*En quatuor aras:*

*Ecce duas tibi Daphni, duosq; altaria Phœbo.*  
Longobardicus Codex legit: *Duas altaria Phœbo;*  
tali sensu: En quatuor extruimus aras: De his  
duas tibi Daphni sacramus, quæ revera sint aræ,  
& in quibus, ut pergit, lac, vinum, ac olivum  
libabimus. Reliquas v. duas Phœbo dedicamus,  
quæ non solum sint aræ i. e. ad quas non modò  
supplicemus ac libemus: sed quæ etiam vicem  
altarium præstent, & in quibus, ut in altaribus,  
etiam hostias incendamus. Lucretius. l. 4.

*Multo sanguine massi*

*Conspergunt aras, adolentq; altaria donis.*

Vid. Festum in *Altare*, Varronem de L. L. Ser-  
vium not. ad Ecl. 5. Virg. Lipsium in l. c. Taciti,  
Catanzum in Plin l. c. Popmam de diff. verb. b.  
l. 1. Aliam suppeditat differentiam Sulpitius,  
Lucani scholiasta, ad illud Poëtæ l. 3. phars.

*Structa diris altaribus ara.*

ubi *altaria* inferis tantum attribuit, *aras* etiam  
superis. Præpostere planè: Quamvis consentien-  
tēs habeat Hospinianum & Giraldum. Rectius  
dixisset, & invertisset: *altaria* superis tantum;  
*aras* etiam inferis. Inde n. *altare* quasi altam  
aram dictam esse, superisq; semper sublimio-  
res aras erectas, probat Natalis Comes. l. 1.  
Myth. c. 9. ex Apollon l. 2. argon.

Y 5

τὰ ἅ

τὰ δὲ ῥέζομεν οἷα πάρεσσι  
 Βωμὸν ἀνάστητάντες ἐπακλίσιν.

Saturno mare pro arā erat. Macrobi. l. 3. Saturn. Mortuis in pyrā seu rego immolabant. Virg: *Captivoque regi perfundit sanguine flammam.* Ita Patrenses Dianæ Laphyræ peculiari planè sacrificii ritu XVI cubitorum ligna viridia in orbem dirigeabant, aridioribus in medium immixtis. Mox loco undiquè cœno obsepto, intra eum apros, hinnulos cervorum, capreorum. luporum, urforum, ferarumque cum seminibus arborum fructiferarum, magnā pompā, per Viraginem sacerdotem, cervis bigisque eò vectam, conjiciebant, atque ita accendebant, ut referunt Porphyrius de sacrif. & Paus. in Achaicis.

Syriacum nomen, quod aram notat, est



Chaldaeis dicitur כַּמְחָה, & אֲנֹרָח,

item מִזְבֵּחַ, vel מִדְבַּח; Ebraeis מִזְבֵּחַ sive

מִזְבֵּחַ à mactando; & בֵּימֹס à בָּמָה quod est

altum, excelsum: Licet differentia aliqua con-

stituatur inter מִזְבֵּחַ & בֵּימֹס נֶשֶׁר הַגָּדוֹל

i. e. Aquilā magnā, ceu vocatur, R. Mose; qui

scribit: וְאִיּוֹזֵר בֵּימֹס וְאִיּוֹזֵר מִזְבֵּחַ בֵּימֹס

: אֶבֶן אַחַת מִזְבֵּחַ אֲבָנִים דְּרֵבָה: i. e. *Qualis verò*

בֵּימֹס? *Quale item מִזְבֵּחַ? est unus lapi-*

*dū, מִזְבֵּחַ lapidum multorum. c. 8. עֲכֹרֹם. 5. 19.*

Græcis vocatur ἱεμεν, ἱεμεν, ἱεμεν, ἱεμεν,

Itemque

Itemquè *Βωμὸς*, vel quia *Βωμοὶ* fuere *הַמִּזְבֵּחַ* id est excelsi, vel à *βῆς*, & Dorico *βῶς*; quæ quidem etymologia ex nimis fervidâ percipientiâ profluit, cujusquæ auctores non fuisse recordati, *Βωμὸν* proprie fuisse *κτίσμα* ἢ ἀπλῶς καὶ ἀνάστημα, ἐφ' ἧς ἐστὶ βῆναι ἢ καὶ τεθῆναι, ut docet Eustathius ad Hom. *odys.* ἦ, ac proinde rectius *παρὰ τὸ βαίνειν* deducit. *Αἶρα* vox quibusdam orta videtur, quòd incensæ ibi victimæ ardeant: Aliis ab ariditate, ob ignem ibi sæpius incensum: Aliis ab Vrendo. *qs.* Vra: Stuckio nimis alienè & longinquè ab Aromatibus. f. 138, Aliis ab *αἰρεῖν*, quod ara sit ædificium exaltatum; Aliis ab *αἶρας* id est precationibus ad aras factis: Aliis quasi *ἀραυρα*, per Synæresin, ab *ἀρῶν*. *Altare* vero quasi altam aram dictum putant; vel quod ignis ibi alatur, vel ab *אַלַע*, scandit, adscendit, sustulit, excelsus fuit; unde etiam *אַלַע* vel *אַלַע* holocaustum. Lactantius grammaticus, quòd ad illud manus in altum tollantur: sed hoc potius ad aram fit, quàm altare; modò ea, quam tradidimus, differentia procedat. Vid. de his Varronem l. 4. Isidorum 15. 4. Serv. ad Virg. Stuck. f. 63. & 100. *Focum* à fovendo nuncupatum, ait Naso l. 6. fast. *At focus à flammis & quod fovet omnia dicitur.* *Ἑστια* Phornutus (qui & aliàs Phurnutus, Phornutius, & Cornutus) nominatam ait Vestam,

Vestam, Ἀγὴ τὸ ἐστῆαι Ἀγὴ πάντων. Adduci profectò digna, quæ de ἐστῆα habet Joannes Marminus: ἐστῆα *strictè*, inquit, *profeco*, *laxius* pro domo seu habitandi loco. Quo sensu Homerus I. l. 9. in sententiâ illa ab Aristotele celebrata in Polit. l. 1.

Ἀφρήτωρ, ἀδύμιτος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκείνος,  
ὃς πολέμῳ ἔραται ἐπιδημίῃς ὀκρυβέντῳ.

*Sine cogitatione, injustus, sine domo est ille,  
qui bellum amat intestinum, asperum.*

Ἐστῆα pro epulo accipitur. ἐστῆατωρ, convivator,  
qui convivium prebet: sic Naz. orat. εἰς τὰ θιοφάν.

Ἐστῶμενοι sunt convivæ excepti. Ab ἐστῆα fortasse  
Anglicum nostrum FEAST, ut ἐστῆα sit Festia, di-  
gammate præfixo ad imitationem Latinorum, qui  
Vesta ab ἐστῆα deducunt, ut videre est ap. Cl. Cani-  
num Gram. pag. 93. &c: Hæc Anglus ille doctissi-  
mus notulis terfis atque rotundis ad Chrysost.  
ecl. sent. p. 82. Alii ἀπὸ τῆ ἐύης esse contendunt  
id est ustulando, ut ἐστῆα diceretur quasi ἐυστῆα.  
Μέγαρον proprie est domus ampla, ædificium  
augustum, ἀ μέγας. Ἐχάρα modò significat  
focum, modò partem balnei, modò, teste Eu-  
stathio, conlectionem sordium in summis di-  
giterum unguibus, interdum craticulam, ali-  
quando muliebrem pudendum, Sophocli & Eu-  
ripidi altare, Vitruvio 10. 17. basin certam,  
Theophrasto



Theophrasto vaginam terebri, Medicis crustam aliquam, de quâ Cælius 16. 48. Dicitur H. Stephano *παρὰ τὸ ἔχειν ἕρας* id est γῆς, quod *ἐράρα* propriè sit: ἢ μὴ ἔχουσα ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἔσα, vel κόλλη, ut discimus ex Etymol. Alii derivant ab *ῠν* ignis, unde & Germanicum *Ejne Asche*/ cinis: Ab eo etiam Stuckius vocem *igni* protrahere nititur f. 101. nimis ridiculè, nec quidem iisdem, neque ejusdem organi litteris nominis *ῠν* in voce *IGNIS*, præter unicum *S* terminativum, præsentibus, Certè in Etymis suis Virum hunc, strenuum cætera amœnioris doctrinæ Cultorem, perquam pueriliter sæpe sibi indulgere, & valde turpiter se dare, deprehendimus.

Extruxisse primùm Aras Ægyptios ex Herodoti l. 2. & Strab. l. 12. refert Polydorus Vergilius de ïov. rerum 1. 5. sed sacra profanis istis historia reclamation. Vid. Meisnerum Ph. sobr. part. 2. sect. 1. cap. 1. quæst. 19. Forma aliarum erat rotunda, aliarum quadrata, aliarum etiam pluribus angulis distincta: Erantquè communiter in tantum exaltatæ, ut ferè umbilicum hominis tangerent, licet alias elevatiore, quasd. & depressiores non negemus, quæ omnia ex pretiosissimis antiquitatum monumetis elucet, & nos ipsi in priscis nomismatibus, (quæ nobis exhibuit disertissimum sanctæ Philologiæ oraculum JOH. ANDR. BOSIUS, Vir edecumatæ

edecumata in me humanitatis) Lectori cap. XVIII. ostensum imus.

In his curvaturas quas fabricatas & an-  
sulas prominentes videre mihi videor, quas  
cum precantes, tum etiã jurantes tenebant,  
quod adprobat athenus omnifaræ eruditionis  
atque cognitionis murus Scaliger Poët. 5. 3.  
Clare certè ex adparent in arâ Pacis ex numis  
quos habet Choul, æreo, p. 16. & alio p. 135.  
Unde aræ olim *ansa* nuncupatæ teste Varr. de  
reb. div. fortean eo modo, quo totum à parte  
adpellationem capit? Neque Judæorum alta-  
ribus קרן id est cornua talia defuere. Vid. 1.  
Reg. 2. vers. 28. Psal. 118. vers. antepen. Eorund.  
altaria in basi duo habebant foramina instar  
narium exilium, ex quibus sanguis victima-  
rum in subterraneam fossam cadens simul in  
torrentem Kedron ferebatur. Vid. Middoth.  
c. 3. cum notis l' Empereur, Sheringham ad  
Joma c. 5. § 6. De expiatione altaris ap. eosd.  
consule Joma c. 5. § 5. Cod. Sebachim c. 5. § 3.  
Aliquando quatuor basibus atque columnis  
fulciebantur, præsertim ex, quibus ἀγὰ θύ-  
ματα & primitias frugum imposuere, cujus  
formam proponit Choul. l. de Rel. Romæ ad  
Amphitheatrum: J. O. M. ET. JVNONI. RE-  
GINAE. PRO. SALVTE. M. AVRELII.  
ANTONINI. PII. FEL. AVG. ET. JVL. AVG.  
JVL. PVDENS. SÈVERIANVS. ARAM.

CVM.

**CVM. BASI. POSVIT.** Neque singulis tantum Diis sacratas legimus, sed pluribus; veluti & templis; imò saepe omnibus, veluti communis formula in inscriptionibus ararum id indicat: **DIS. DEABVSQVE. OMNIBVS.** Item: **DIBVS. DEABVSQVE. OMNIBVS.** Vid. Gruterum fol. 2. 3. 4. Schedium 1. 12. de D. G. Boxhorn. quæst. 12. Adsignabatur etiam, quis, cui, & cur, dedicârit? & an prius essent votæ? quod ex innumeris inscriptionibus satis adparet. Romæ ad. S. Nicolai in Calcarîâ: **PETRONIVS. APOLLODORVS. &c. VALENTINIANO. ET. VALENTI. AVGG. III. COSS. ARAM. DICAUIT.** Lapis Wardaliæ in Cumbris in ædibus Th. Dykes: **DEO. SANCTO. BELATVCADRO. AVRELIVS. DIATOVA. ARAM. EX VOTO. POSVIT. L. L. M. M. Vallexii Insuëbrum: J. O. M. C. CANIANVS. ARAM. VOTAM. F. L. M. Romæ in S. Mariâ Monticelli: JOVI. O. M. DOLICHENO. C. FRONTINIVS. L. ARAM. POSVIT.** Ibid. in vineâ Card. Carp. in Quirinali in arâ oblongâ: **ARAM. JOVI. FVLGERATORIS. EX. PRÆCEPTO. DEORVM. MONTENSIVM. VAL. CRESCENTIO. PATER. DEORV. OMNIVM. ET AVR. EXPERANTIVS SACERDOS. SILVANI. CVM. FRATRIBVS. ET. SORORIBVS. DEDICAVERVNT.**

Morelli

Morelli Hisp. JOVI. CONSERVATORI.  
OB. INCOLVMITATEM. TEMPORVM.  
M. A. A. HANC. ARAM. POSVIT. ET D. D.

Arabes recto impositâ arâ thus quotidie Soli  
adolebant. Strabo l. 16. Numerus autem ara-  
rum in sacrificiis certus non erat, sed pro cir-  
cumstantiarum varietate modò minuebatur,  
modò augebatur, ita ut ad centenarium inter-  
dum excurreret. Julius Capitolinûs: *Centum  
ara uno in loco cespitiis extruuntur, & ad eas  
centum sues, centum oves mactantur.* in vit. Max.  
& Balb. c. 11. Virgil. l. 4. *Æn. Centum aras posuit  
Et. l. 1.*

— — — — — *Centumq; Sabæ*

*Thure calent ara, fertisque recentibus halant,*

Aræ hæ certis cerimonijis dedicabântur,  
quæ ex libris Rituâlibus perdiscebantur, qua-  
lem sacrandæ aræ formulam, Salonæ in Dal-  
matiâ repertam ex Cyriaci Anconitani itinera-  
rio describit Vir, nobilissimi Barthl judicio,  
melius de humanitatis litteris meritis, quàm  
quisquam facile censeat, Georg. Fabricius l. 1.  
antiq. p. 29. & seq. Aliter tamen paulò Gru-  
terus exhibet in inscribtt. f. 229. Item Smeti-  
us, Aldus & Schottus: Emendatissimè verò  
Sertorius Vrsatus; & quidem h. m:

L. Helio Cæsare. Imp. P. Cælio & ALBINO  
VIBVLLIO PIO. COS.  
VII IDUS OCTOBRES

Cn. Do-

Cn. Domitius Valens II vir ID. PraEVNTE C.  
JVLIO SEVERO PONTIF. Legem dixit in ea  
verba quæ infra SCRIPTA SVNT.

Juppiter optime maxime quandoquæ tibi  
HODIE HANC ARAM DABO DEDICA-  
BOQVE OLIS LEGIB. Ollisque regionibus  
dabo dedicaboquæ quæ hic HODIE PALAM  
DIXERO VTI INFIMVM SOLVM HVJVS  
ARAE ES Si quis hic hostia sacrum faxit quod  
magmentum neC PROTOLLAT IDCIRCO  
TAMEN PROBE FACTVM ESTO CETER  
Leges huic aræ eadem sunt quæ aræ Dianæ  
sunt IN AVENTINO MONTE DICATAE  
HISCE LEGIBVS HISCE REGIONIB Si-  
cuti dixi hanc tibi aram Juppiter optime maxi-  
me DICO DEDICOQVE VTI SIS VOLENS  
PROFITVS MIHI COLLEGISQV Meis de-  
curionibus colonis incolis coloniar martiar  
JVLIAE SALONAE CONJVGIBVS LIBE-  
RISQVE NOSTRIS.

Vide quam inscriptionem adferat Stucki-  
us p. 64. Non a. magis aræ illæ profanari pote-  
rant & fœdari, nisi adspersione urinæ, quod  
canis immundus & amica luto sus Nero non  
omisit, de quo Fulgos, l. 1. Conferatur huc illud  
Satyrici sat. 1.

*Heic veto quisquam faxit oletum!*

*Pinge duos angues: sacer est, Pueri, locus: Extra-  
Mejile.*

Constabant aræ illæ ex variâ subinde ma-

Z

teria

reria e. g. Auro. Ozias cum Sacerdotali veste ingressus est delubrum, Deo in aureo altari immolaturus. Suid. vbc. *Ozias*. vel quacunque materia auro inducta atque incrustata, ut Moſis Ex. 30. *ÆRE*; ut in demirando Salomonis templo (in quo mirandum certè inter alia & illud, nec malleum, nec securim, nec instrumentum ferreum in exadificatione ejus auditum fuisse: cum juxta quorundam sententiam lapides planè aptati ad se invicem jam ab Hiram missi fuerint, dicente Scripturâ: adificatam esse domum lapide perfecto adducto. 2. Reg. 6. 7. aut, quod juxta alios instrumentis è faxi genere durissimo elaboraverint templum, lapidesque non præciderint, sed detrivèrint, Scripturâ expressis verbis distinguente fœtea instrumenta, ab aliis. l. c. Vel, ut Nicolaus Lyra opinatur, in Ezech. 3. 9. ita scribens: *In Ebreo habetur; ut vermem fortiotem rupe dedi faciem tuam: & per vermem, secundum eos, intelligitur hic sanguis cujusdam vermi, quo sine sonitu incidebantur lapides in edificio templi Salomonis.* Hæc ille. R. Ben Maimon & nomen vermis addit, & explicitè magis ejus virtutem tradit: *Samir*, inquit, *est reptile parvum, quod secat lapides, dum per eos transit*) altare illud holocaustorum 2. Paralip. 4. 1. LAPIDIBUS & faxis. Ex. 20. 25. Deut. 27. vers. 4. 5. 6. Jos. 8. 31. 1. Reg. 18. 32. MARMORE aut materiâ marmore inductâ. Verumque in Jovis Vitoris

Whorū ad Romā videre est; ubi aræ duæ marmoreæ, sex marmoratæ. Fabricius in Rom. c. 9. Ovidius: *Enaq; marmoreas paterâ fundebat in aras.* l. 9. Metam. CORNIBUS; animalium forte mactatorum. Idem: *Miror & innumerie fructum de cornibus aram.* ep. heroid. 21. Martialis: *Diffimuletq; Deum cornibus ara frequens.* de spectac. epigr. 1. Vid. Farnab. ad h. l. & Angel. Politian. miscell. cap. 52. LIGNE; ut lignis Sittim, id est lectissimâ quadam cedri specie. Ex. 30. 1. Vel materiâ quadam ligno pretioso operatâ; ut 1. Reg. 6. 20. TERRA: qualem aram extruxit sibi Jehova jubet. Ex 20. 24. Peculiaris aræ ex sacrificiorum CENERIBUS structura fuit ap. Thebanos, Apollini factæ, qui inde *Σπρόδι* cognominabatur. Vid. Cœl. Rhod. L. A. 22. 2. Quod si fortuitus casus sacra postularet, aræque vel materia commoda ad eam deesset, CESPES (veluti et in Castrensi tribunali ponendo) adhibebatur. Capitolinus: *Centum aræ uno in loco cespiticia extruuntur.* l. c. Latrones ap. Apulejum aram cespitis *viranti Marti Deo faciunt.* l. 7. Metam. Prudentius *Ridiculosq; Deos vener/sansale cespice thure,* in apoth. Nisi malis cespitem unâ cum sale & thure oblatum intelligere. Lucanus: *Brexite subitas congestu cespitem aras.* Ovidius: *Dīs tribus ille focos toridem de cespice ponit.* l. 4. Metam. & l. 7. Statuisque aras *cespice vinas.* Idem: *Aræq; gramineo*

*graminea viridi de cespite fiat. trist. 3. 5. Seneca  
Med. 4. 2.*

*Tibi sanguineo cespite sacrum  
Solenne damus.*

*Juvenalis sat. 12.*

*— Estus promissa deus animalia cespem  
Expectat.*

*Horatius l. 3. od. 8.*

*Quid velint flores, & acerra thuris  
Plena, mirari; positumq; carbo in  
Cespite vivet.*

*Idem l. 1. od. 19.*

*Hic vivum mihi cespitem? Hic  
Verbenas pueri panice, thurag;*

*Videantur pluribus Scaliger Poët. 3. 21. Guil-  
helm, Stuckius f. 64. Elias Schedius de D. G. 2. 26.*

*Arae porro coronabantur. Lucianus de  
Deâ Syriâ: Βασιλεὺς αἰεὶ ἐστίν αὐς καὶ θυάματα ἔχων.*

*Tibullus: Sereaq; de sanctis diripuisse focis. 1. 2.*

*Ovidius: Fumida cingatur florentibus ara coronis.*

*Et paulo post: Funeris ara mihi ferax imbecilla co-  
pressa, trist. 3. 13. Idem: Et velet tepidos nexa co-*

*rona focos. trist. 5. 5. Virgilius l. 4. Georg.*

*Viola subluceat purpura nigra;*

*Sæpe Deum nexis ornata torquibus ara.*

*Ex quo ejusdem locus restituitur Ecl. 5. Inducite  
fontibus umbras. Ubi aliquot exemplaria vetusta  
optimè legunt frondibus: Romanus v. Codex  
pro umbras habet Aras. Vid. numos Choull,*

*Sambucci,*



ambueni, Gutheri, Virgini, & nostros  
cap. XVII. Quin & vitis ornabantur Virg. *Melli  
cinge hac alania vitis*. Ecl. 8. Quæ in mortuorum  
sacrificiis erant nigrae aut ceruleæ. Idem:

*Stant Manibus æræ*

*Cerulei moeste vitæ.*

Sæpe etiam picturis exsculptas fuisse fidem facit  
basis aræ antiquæ, quæ adhuc hodie trans Ti-  
berim ante ingressum ad D. Cæcilie extat, in  
quâ Vir quidam insistit tauri tergo erectus; cui  
similem in domo Cæsii vidisse se ait Fabricius  
in Rom. c. 23. Innumeras alias videsis hinc in-  
de in Herculeo Gruteri inscriptionum opere:  
& ap. Choulum lib. de la religion des anciens  
Romains; & in ejusdem discursu sur la castra-  
mentation & discipline militaire des anciens  
Romains p. 50.

Quod si aræ illæ cum crepitu in sacrificiis  
moverentur, Deum Deamve adventasse crede-  
bant. Lucanus: *Tum cardine tellus subsedit*. l. 1.  
Phars. Virgil. *Adspice corripuit tremulis altaria  
flamma*. Ecl. 8. Seneca Med. 4. 2.

*Sonantis aræ, tripodas agnosco meas,*

*favente commotos Diæ.*

Ovid. l. 9. Metam.

*Visa Deæ est movisse suas (& moverat) aras;*

*Et templi tremuere fores, imitataq; Lunam*

*Cornua fulserunt, crepuitq; sonabile sistrum.*

*Z*

*Videri*

Videtur potest tract. integer de Altaribus & Sa-  
crificiis Christianorum Petri Molinæi sub-  
junctus epistola Gregorij Nysseni de eunibus  
Hierosolymam.

Aliàs Ara etiam signum celeste, Græcè  
Ζυγέριον & Βωμὸς; In asterismis θυμιατήριον,  
aliquando & λιβανητής & Φάρος. Latinis Altar-  
e, Ausonio Thuribulum; cuius basis diceba-  
tur ἐπίκυρον; superficies, ubi pruna locaban-  
tur καυτήρ; id, quod supra, καυτήρα βω-  
μίσκῳ. Oritur in 8. parte Scorpii, sub qua  
nasci perhibentur Neocori, sacerdotes, pro-  
phetae, sanctissimi que antistites, Φοιβάτικοι,  
Θρησκευταὶ μυσηλακοὶ, ἱερῶν καὶ τελετῶν  
ἐγκάτοχοι, ἱεροποιοὶ, ἐνδομιστικοὶ, ἱεροπρόπι-  
λοι. Ptolemaeus. Vid. Scalig. ad Manib. l. 1. & 5.  
Manilius l. 5.

Ara ferens, hinc stellis imitantibus ignem,  
De qua devoti quondam, cecidere Gigantes;  
Nec prius armavit violente fulmine, dexteram,  
Iuppiter, ante Deos, quam conficit ipse sacerdos:  
Quos potius fingens ordem, quam templa colantes,  
Atq; autoratos in tercia iura ministros,  
Divorumq; sacra venerantes numina vocem  
Penes Deos, & qui possunt ventura videre.

\*\*\*

## Cap. XVI.

**L**igna in sacrificiis, & qualia? Μηφάλας  
ξύλα

*ἑὸς ἑνὸς quemam? Stuckius notatur. Tæda.*  
*Varia in variorum sacris ligna: Qualia ad*  
*sacra inepta? Quinquè lignorum ap. Ebra-*  
*os ordines. Lignatores quinam? Eorum*  
*merces. Ebraorum ligniseta. Ignis lignis*  
*additus; quando, & quomodo? Ignis sa-*  
*cristicalis unde petitus? πυρὸς ἱερός: πυρὸς ἱερός:*  
*πυρὸς ἱερός. Ignis gentilium sacer Judæis non*  
*vetitus. Diana Pyronica. Ignis Sacri esti-*  
*matio. Mos veterum petendi lumen. Pro-*  
*verbium explicatur. Populi multi ignem*  
*eternum aluere, & quare? O manus quis*  
*Rersis? 𐤒𐤓𐤕 Vesta templum rotundum,*  
*& in medio ejus ignis quid notavit? Qui-*  
*nam statuerint terram circa solem moveri?*  
*Ignis divini quid continere creditus. Borus-*  
*forum veterum, dii. Flamma sacrificalis*  
*omina tristia, ac lata. Omina accipere:*  
*respuere, detestari, averfari. πυρὸς ὀνομασία,*  
*πυρὸς ὀνομασία: Ignis picium. Ap. gentiles*  
*ignis sacrificalis non extinctus: Sed ap.*  
*Ebraos, & certà quidem aquâ. Stuckius*  
*his notatur. Choull & Giraldi labfius. Sacri-*  
*ficia quedam quibus non additus ignis. Ju-*  
*piter Elicius. Stuckio precipitantia sua*  
*estenditur. Ignis quidam sacrificalis non*

*adurens. Καπνομαντεία; Ejusque antiquitas. Osce locus inluminatur. Παβδομαντεία; Fuit etiam Germanis nota. Fumi etymon. Stuckl putida fimi derivatio. Lucerna in sacrificiis: Januis cum laurea adpense. Operari pro sacrificare. Lucerne in Judæorum festis. Janua mortuorum cupresse religata. Janua cur coronata? Januarum dii. Janua mortuorum cur coronata? Abrogatio coronationis januarum. Lucerne in inferiis: Mortuorum capulis addita. Urne lacrymales. Lucernarum veterum figura. Cerei, funalia in sacrificiis. Funalia unde? Facula in sacrificiis. Λαμπτήρες Bacchus. Cerei in funeribus. Lucerna, cerei, faces, funalia cur in sacrificiis? Quare cerei in Christianorum ecclesiâ usitati? Hymni, preces lucernales. Officium lucernarium. Αχολοφοί; Ceroferarii quinam? Mulieres cerariæ. Lucerna in arboribus suspensa: Quare? Arbores sacra. Germanis quercus sacra. Muhammedes cur sub arbore inauguratus. Arbores cur sacra? Pinus quare sacra? Δενδροφορέα: Δενδροφόροι. Cybele ac Isis eadem. Isis frugum repertrix: Germanis culta. Urbis Augustæ Vind. insigne*

*signe pictorum ruditate depravatum: Quodnam illud? Sebedio absentitur. Vrbes quaedam Germ. ab Iside denominata. Quomodo Isræelita arbores sacras, earumque umbras vitaverint? Vossius F. ob falsam Maimonidis versionem modeste notatur. An Judæis sub umbrâ foliorum ac ramorum sacrorum jacere licuerit? Lucerna quomodo in templo arboribus adpense? Arbores ad aras. Eragantal. Luci porticum. Divinatio ex lucernis. Iegis gestabant lucernam ac laurum, et cur? Regibus Asiaticis ignis prelatus. Sacerdotes πρὸς Ὀγοι dicti, cur? In bello laurum cum lucernâ præferabant. Proverb.: Ne ignifer evasit. Loca Jesaia & Osea inlustrantur. Feciales Romanorum πρὸς Ὀγοι. Proverbii: Facem accendere, origo.*

**R**opius ad aræ ignem, ut incallescant victimæ, accedamus, modò prius ligna eò congesta fuerint. Arnobius: *Quod est honoris genus lignorum struibus incensis cælum fumo subtexere, & effigies numinum nigrore obfuscata ferali.* l. 7. advers. gent. Quæ quidem, si vinum libabatur, erant vitea, vel ficulna, vel myrtea:

Z 5

Si aqua,

Si aqua, ex thymo; unde hæc *νηφάλια ξύλα* adpellata sunt, teste Suida. Philochorus: *νηφάλια ξύλα* sunt, quæ viriginea non sunt aut etiam *ficulnea*. Thymi ξύλον proprie *νηφάλιον* vocatur, quo usi primum in sacrificiis veteres feruntur. Parum dextre ergo Stuckius scopum ferit, interpretando, quid sint *νηφάλια ξύλα*? Scribit n. Ligna sacrificalia primum oportebat esse sicca & arida, græcè *νηφάλια* quasi dicat sobria dicta, quæ primum incendebantur, ut etiam *ἀραια* non fumida. *Νηφάλια* tamen ξύλα alii putant dicta, quæ in sacrificiis duntaxat *νηφάλιαις καὶ αἰνοῖς* adhibebantur. f. 102. Falsa illa; veriora tamen hæc, sed obscurius prolata: An verò etiam dicamus latuisse illum thymi lignum ad αἶονα pertinuisse? Maximè autem ad sacram aptum erat lignum ex arboribus resinam ferentibus, ræda dictum; veluti multoties apud auctores in sacris rædas reperias. In Jovis Olympici *θυσίαις* non nisi populnea ligna aderant. Cæli Rhod. L. A. 13. 17. Quidam ossibus hostiarum pro ligno; alii lapidibus ignitis utebantur. Vid. Stuckium f. 103. Adducenda huc duxi verba seqq. Natalis Comitis: Erat non parva diligentia in eligendū lignū &c. In sacris Bacchi antiquis nulla ligna nisi Oporobalsami aut phibaleæ ficus, aut viticis, cum foliis vitium, urebantur, ut ait Hege- mon. l. 2. Georg. In sacris Veneris myrtus urebatur &c.

at ap.

*Arb. Strophilos ignis non fiebat nisi e lignis juniperi,  
 quibus folia adderantur pederoti, ut ait Pausanias in  
 Cerechi. In Jovis sacris illic ligna, in Martii fraxi-  
 norum, in sacris Herculis albae populi, cerri, aut esculi,  
 aut corni, ut scribitur est ab Ephoro l. 2. Hæc ille  
 Mythol. l. 9. Nefas contra fuit adolere ignem  
 sacrum, & accendere oleâ, lauro, vel crassioris  
 corticis quercu, aut ejus caudex cavus fungo-  
 susque foret. Vid. Girald. Syno. 17. pag. 507.*

De Ebraeorum festo Mylophoriorum  
propter ligna ad sacrum ignem convehenda in-  
stituto vid. Nehem. 10. 34. Joseph. B. J. 2, 34.  
Inq. coll. hist. quest. 60. § 14. Apud eos in sa-  
crificio expiationis R. Jose ait fuisse quatuor  
lignorum ordines, cum in ceteris omnibus  
tres: R. Jehuda, tres, & in ceteris duos: R. Meir  
hic quatuor; in reliquis quinque. Vid. Joma.  
c. 4. § 6. Atque ita primus ordo erat: מערכה  
הגדולה quo sacrificium jure comburebant.  
Secundus: מערכה שנייה של קטורת unde  
prunas ad suffitum adolendum sumebant. Ter-  
tius: מערכה של קטרת האש quo in primo  
defectum lignorum restaurarent. Quartus:  
מערכה לאיכרים ופזרין של גת עכלו  
מבערב Cui membra & omenta à vespere  
usque ad sequentem diem non consumpta impo-  
nebant. Quintus: כו מערכה של מנס יפין בו  
הוא e quo prunas ad suffitum sumebat  
sacerdos,

sacerdos, intrans in Sancta Sanctorum Vint.  
Gemara & Sheringham in l. c. Joma.


Ad ligna ista colligenda certi ap. Gentiles  
constituti erant homines, *Lignatores* dicti, quibus  
mercedis loco victimæ collum de sacrificio  
Jovis Olympii cedebat. Pausan. 1. Eliac. Judæi  
parili modo suos, qui pararent & funderent ad  
sacrificia ligna, *Lignificas* habuere, ad quod  
servitutum perpetuum Gibeonitas dolosos Josua  
heros *מֵיִיָּא דַּגּוֹנִים* damnavit. Jos. 9. 29.

Adductis ad altaria hostiis, vel etiam pati-  
lō ante, dispositis lignis, subditā face addeba-  
tur flamma; unde *Holocausta* nomen sortita,  
quod cremarentur, & quidem tota. Agesilaus,  
Themistoclis frater, ignibus, quibus Xerxes in  
arā sacrificabat, dextram injicit, totamque  
comburit. Vid. Fulgosi 3. c. 3. Meretricula ap.  
Plautum: *Cur non jamdudum ante lucem ad edem  
Veneris venimus Prima ut inferremus ignem in aram?*  
Poen. 1. 2. Lucanus: *Funereas arū imponere flammæ.*  
1. 6. Phars. Virg: *Instruimus mensas, arisq; reponi-  
mus ignem.* 3. Aen. Petiitum ignem hūc arbitror  
à sacra perpetuā flammā adytorum quorundā  
dam, quæ *πυρὰς αἰῶνα* & *πυρὰς* dicebantur, ve-  
luti & Sacerdotes ignis æterni *πυρὰς τοῦ θεοῦ*. Vid.  
Suidas, Procopius l. 2. Persicorum, Theodoretus  
H. E. 5, 39. Nicephorus 14, 19, Strabol. 15. Brissoni-  
us l. 2. de regno Pers. Virg. 4 Aen:

*Vigilemq; sacra veras ignem,  
Excubias divūm æternas.* - Sanè



Sanè Nadab & Abihu interitus tantum ex igne alieno oblato. Lev. 10. Num. 3. & 26. Quamvis Hammam Idololatrici sacri Israëlitis interdictam non fuisse, prohibita autem prunam & cinerem, doceat Maimonides lib. עכ"ו c. 7. 13. Inde Diana Pyronica dicta; quod ex ejus templo in Crethide Arcadiæ monte ignem ad sacra Lernæa sumserint. Ap. Romanos ignis non nisi sanctus è Flaminicâ efferri poterat, ut patet ex lege V. Flamini olim fixâ ap. Agellium 10, 15. Tanti ceterum æstimabatur, ut ab eo nemini ignem mutuare aut lumē accendere licuerit, teste Phædro l. 4; cum alias commune ap. vet. fuerit, vicinos à vicinis petere lumen. Confer Taubm. in Plaut. Trin. 3. 2. Ab coetivam de improbis & sceleratis adagium ortum: *Sacrum ignem inflare illi nefas*; cujus meminit Hadr. Junius cent. 4. adag. 57. Mos hic æternum alendi ignem, Judæis, Aegyptiis, Afris, Indis, Persis, Græcis, Cappadocibus, Romanis, aliisque non insolens; de quo pluribus agunt Lipsius de Vest. c. 15. Seldenus de D. S. 2, 8. Vossius de Idol. l. 2, c. 9, 11 & 64, Dilherrus tom. 1. dispp. Viri singuli magni, Proceresque litterata Reip: Itemque Stuck. p. 101. Schedius de D. G. 2. 28. Secutos eos Molochi cultores, existimat Greg. Greg. Francus L. S. voc. 149. de quibus ita L'Empercur, not ad itin. Benjamin: *Ante aram adium sacrarum est ingens fovea, in quâ continuatim seculum ardet*.

ardet igni maximus, quem appellant divinitatem.  
 Vid. insuper Wilhelmum Schickhardum in  
 Tarich p. 126. Ignem hunc, ut solis symbolum  
 tanto adfectum honore, ait R. Ben-Maimon in  
 More-Nebochim 330. Persæ certe per Ormazdem  
 sive Amanum (quem alii Ammonem vel Ham-  
 monem vocant) perpetuum Solis ignem colue-  
 re, qualem etiam ei in arâ servabant   
 dictum, ante quem carmen, sive *παῖδας* con-  
 vinebant, ut refert Strab. l. II. Hinc illa solemnis  
 eorum formula: *Φαγέτω πῦρ κούρε*. Vestæ  
 templum Numam rotundum fecisse, inque me-  
 dio ejus æternum constituisse ignem, ut Solaris  
 ignis symbolum, ait Plutarchus: in quâ quidem  
 sententiâ multi versabantur, Solarem ignem  
 esse in meditullio mundi, unâ cum stellis fixis,  
 immobilem; terram autem circa Solem in or-  
 bem agi; inter quos Aristarchus Samius, Plato,  
 Philolaus, Hicetas Seleucus, Cleanthes Samius,  
 Heraclides Ephantus, imò & Pythagoras  
 postea Copernicus Borussus, Cardinalis S. Petri  
 ad vincula & alii. Vid. Voss. de Idol. 2.2. Add.  
 Boxhornium quæst. 31. Certè Heraclitus Ephe-  
 sius deos ex igne credidit: Origenes & Hippa-  
 sus Metapontinus intelligibilem dixere ignem,  
 testibus Augustino, Varrone, Simplicio. Unde  
 illud Pythagoræ, aut, ut volunt quidam, An-  
 dolidæ Pythagorici symbolum: *Ignem gladio*  
*ne fodire*, nonnulli explicant, Deum maledictis  
 non

non esse impetendum; cum ignis naturæ divinæ aliquid in se habere creditus fuerit gentilibus. Apud Prutenos sive Borussos, adhuc gentiles, tres colebantur Dii: *Vurschayto* id est Lar, Deus domesticus, qui jumentis & quadrupedibus præerat: *Sneybrato*, avium præses: *Gurcho*, cibi potusq; præfectus. Item tria numina: *Patrimpo*, cujus in honorem serpens vivus lacte alebatur: *Patelo* cujus symbolum erat caput hominis demortui: *Peruno*, sive fulmen. Atque in hujus ultimi honorem perpetuus è quercu ignis servabatur. Hæc Guagninus in Sarm. Europ.

Ignis sacrificialis si non conspiciebatur clarus, erectus, hostiarum cupide devorans ac ambiens, infelicissimum erat signum. Lucas l. 1. Phars.

*Vestali raptus ab ara*

*Agni, & ostendens confectas flamma Latinas,  
Scinditur in partes, geminaque cacumine surgit,  
Thebanos imitata rogos.*

Seneca Oed. 22.

*TR. Quid flamma? largas fumus comprehendit  
dapes?*

*MAN. Subito refulsit lumen, & subito occidit;*

*TR. Utrumne clarus ignis & nitidus stetit,*

*Rectumq; purum verticem celo tulit;*

*Et summam in auras fusus explicuit comam?*

*An latera circa serpit incertus via,*

*Et fluctuante turbidus fumus labat?*

*MAN.*

*M. AN. Non unā fatius mobilis flamma fait &c.*

*T. R. Quid fari queam*

*Inter tumultus mentis attonitæ vago?*

*Quidnam loquar? sunt dira sed in alto mala:*

*Solet ira certis Numinum ostendi notis.*

Optimum contra & planè se litâsse existimabant, si erectè in altum surgeret; velut Octavio ap. Suet. Aug. c. 94. Alexandro M. & aliis. Ovidius de Pont. 4. 9.

*Surgat ad hanc vocem plenâ pius ignis ab arâ,*

*Detque bonum voto lucidus omen apex.*

Talia omnia accipiebant; illa vero respuebant, destabantur, averfabantur. Brissl. l. i. form. Dicebatur Græcis hæc flammæ ex incensis victimis observatio *νυποοxonία* & *νυποπαρεία*, Latinis *Ignipicium*; de quâ plura Peucerus de divinât. Caterùm Gentiles ignem in sacrificiis non exstinguebant, sed potius per se languentem defigere sinebant, teste Pierio Valer. in hierogl. Ebraei contra exstinguebant, aquâ certâ sacrâ ad id compositâ, quâ describit Choul: *Combien que l'ay observé, que sur la fin de leur sacrifice, quand le feu venoit à s'esteindre, ils iettoient par dessus petites pieces de bois de cedre, de l'isope, & du cumin: & de la cendre de ces trois choses ils faisoient de l'eau sacrée.* lib. de la religion des anciens Romains pag. 291.

Nullum sacrificium sine igne confici licitum fuisse, contendit Stuckius, deceptus profecto à Choullo, quem confidentissimè aliquoties

quoties nullâ ejus factâ mentione, exscribit.  
 Verba Chouli hæc sunt: *Car sans feu il n' estoit pas licite de faire aucun sacrifice.* p. 309. Et hunc ita fefellisse videtur Giraldus, qui similia adferit synt. 17, pag. 303. Contrarium tamen in Manox & Eliæ sacrificiis perspicimus. Ita Pythagoras Apollinis genitoris aram adorare præcepit *Ἀλλὰ τὸ πυρὸς, καὶ καὶ δ᾽ αὖτ, καὶ τὰ πόνα-  
 ῶν μὶνα, ἄνευ πυρὸς ἡ ἱερότης ἐπ' αὐτῶν.* Laërt. l. 8. vit. Pyth. Plinius de cinnamomo: *Metitur non nisi permiserit Deus: Jovem hunc intelligunt aliqui; Affabinum illi vocant. XLIII bonam caprarumq;  
 & arictum extis impetratur venia metendi; non tamen aut ante ortum solis, aut post occasum licet: Sarmenta hastâ dividit sacerdos, deoq; partem ponit; reliquum mercator in nassas condit. Est & alia fama, cum sole dividi, ternasq; partes fieri: Deinde sorte germina (al. cremia) discerni; quodq; soli cesserit, relinqui, ac sponte conflagrare. l. 12. c. 19. Solinus: Nec longè inde, ait, collis Vulcanius, in quo, qui divina rei operantur, ligna vitæ super aras struunt, nec igni adponitur in hanc congeriem, cum positivos intulerint. Si adest deus, si sacrum probatur, sarmenta, licet virentia, ignem sponte conscipiunt, & nullo inflagrante alicato Numine sit incendium. Ibi epulantes adludic flamma, quæ fluxuosis excessibus vagabunda, quem contigerit, non adurit; nec aliud est, quàm imago nuncia perfecti ritè voti. cap. 12. Idem tale quid recenset de Arabibus, ap. quos manipuli soli*

Aa

dati,

dati, radiis inflagrati, incendium sponte concipiunt. c. 42. Servius: *Apud majores ara non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria.* schol. ad l. 12. Aen. Inde forte Jupiter Elricus dictus fuit. Plura sacrificiorum igne non addito factorum exempla sui ipsius oblitus coacervat Stuckius f. 102. Aliud mirandum, simile ferè cum illo Solini recenset Plinius: *Haud, inquit, procul urbe Româ in Faliscorum agro familiae sunt paucae, quae vocantur Hursiae, quae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soracem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur: Et ob id perpetuo senatusconsulto militiae omniumque aliorum munerum vacationem habent.* l. 7. c. 2.

Nec fumum sacrificiorum in ventos abire permittere, nisi prius observassent, quò & quomodo; utrum sursum, an deorsum ferretur? unde varia futura cognoscebant, consultaque dubia decidebant. Quæ quidem *καταμαρτεία* adeò antiqua, ut Caino ac Abeli nota fuisse quibusdam videatur. Impietatem istam vecordium Judæorum apud Oseam tangit Altissimus: *Populus meus in ligno suo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei.* c. 4 §. 12. Priori loco *καταμαρτεία*, posteriori *παρομαρτεία* (ut quidem explicant R. Maimonides de idol. c. 11. § 7. & B. Hieronymus: sed Iarchi, Aben-Ezra & Jonathan de ligneo simulacro intelligunt) innu-

nui

hui volunt, quā, sumtis duabus virgis, arcanā quædam κατεπαδον, & sic illā verborum incantatione faciebant, ut *ερεπυελα* diaboli inclinarentur & flecterentur virgæ; & tunc observabant, in quam partem se flecterent, utrum ad dextram, an sinistram? Evolv. Scholiastam Nicandri in Theriaca, R. Mosem Mikotzi in præcept. negativ. 52. Paulum Riccium in Id. Mart. Del. Rio disqq. magicis. Peücerum comm. de divinat. Piccartum orat. de Magiā. *παδομαστα* isthæc etiam Germanis non incognita fuit, testibus Tacito de M. G. Saxone Gramm. l. 14. Vocabulum autē fumi quidam à furno vel furvo, alii ἀπὸ βαμῆ deducunt. Ab eo quoque Stuckius vocem *fimi* derivat; quia, inquit, *fimi* fumant, sive fumum edunt. f. 138. Quis crederet Virum non indoctum tantas nugas blatire?

Neq; adeò lucernis aut cereis ad cereos lucernasq; indigemus, cum eæ clarè in sacrificiis luxerint. Seneca: *Accendere aliquam lucernam sabbato prohibeamus?* ep. 95. Præsertim ad pensæ januis, cum lauro & aliis fertis, velut in omni publicā privatâque lætitiā fieri adsolebat. Tertullianus: *Nidere thuris agitabitur, & procedet de janua laureatâ atq; lucernatâ.* l. 2. ad uxor. Ovidius 4. fast.

*Et regat ornatas longa corona fores.*

Idem 3. fastorum:

*Janua tunc regis postâ viret arbore Phæbi:*

*ante tuas ut idem, curia prisca, fores.*

A a 2

Idem

Idem trist. 3. 1.

*Cur tamen oppositâ velatur janua lauro;*

*Cingit & angustas arbor opaca domus?*

*Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?*

Idem l. 4. Metam.

*Mactatur vacca Minerva,*

*Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum &c.*

*Sertaq; dependent rectâ.*

Virgilius l. 4. Æn:

*Pecudumq; cruore*

*Pingue solum, & variâ florentia limina rectâ.*

Juvenal. sat. 12.

*Hic nostrum placabo Jovem, Laribusq; paternis*

*Tibura dabo, atq; omnes viola jactabo colores:*

*Cuncta nitent, longos erexit janua ramos;*

*Et matutinâ operatur festa lucernâ.*

(Ubi Operari, veluti alibi sæpius, idem est quod sacrificare. Virg. *Sacra refer Cereri, latus operatus in herbu.* l. 1. Georg. Tacitus: *Nox eadem latam Germanico quietem tulit, viditq; se operatum: Pomponius ad Veneri profectus est mane vetulus, votum ut solveret, ibi nunc operatus est.* l. 2. ann.) In numo quodam conspicitur fœmella lucernam manu in altum protendens, & supra Sacerdotem jam sacrificaturum elevans. Judæi similiter diebus festis lucernas incensas ante fenestras conlocabant; quod indicat superciliosissimus Poëta sat. 5.

*Herodâ venere dies, unctâq; fenestrâ*

*Dispo-*



*Disposita pinguem nebulam vomuere lucerna  
 Portantes violas ; rubrumq; amplexa catinum  
 Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino:  
 Labra movest tacitus, recutitq; sabbata palles.*

At in inferiis cupressu januæ religatæ. Virgilius:  
*Intenditq; locum ferti & fronte coronat Funera.*  
 l. 4. *Æn.* cum quia non repullulat, tum quia  
 naturæ est tristis & ingrata, natu morosa, fru-  
 ctus supervacanei, baccis torva, foliis amara,  
 odore violenta, ac ne umbrâ quidem gratiosa.  
 Januæ autem ideò coronatæ, lucernisq; ornata,  
 quoniam erant sacræ, diisque ipsis dicatæ: Un-  
 de Janus, Limentinus, Forculus, Carda &c. à Januâ,  
 limine, foribus, cardine. Ap. Græcos Apollo  
*Jugios & Antelii demones.*: His adde Vestam,  
 cui vestibulum sacratum, de quibus pluribus  
 alii. Servius tamen aliam sectorum in inferiis  
 ponit causam: *Romani, inquit, mori fuit, ut pa-  
 rissimum cupressus, quæ excisa renasci non solet, in  
 vestibulo mortui poneretur, ne quis sacram rem  
 facturis imprudens domum prætiret ad l. 6. Æn.*  
 Ab Impp. postea Christianis planè sublatum ac  
 vetitum redimiri fertu templorum impios postes,  
 profanos aru accendi ignes, adoleri in hisdem thura  
 victimas cadi, patere vina libari, & religionu loca  
 existimari sacrilegium. l. Nemo venerandi. 7. C.  
 de pag. & sacrif. & templis.

Porro etiam lucernæ in mortuorum sacri-  
 ficiis oppidò usitata, quibus non modò ex ar-

dentes posita: Inscriptio Salerni in urnâ in aedâ  
Episcopali:

HAVE. SEPTIMIA. SIT. TIBI  
TERRA. LEVIS. QVISQ  
HVIC. TVMVLO. POSVIT.  
ARDENTE. LVCERNAM.  
ILLIVS. CINERES. AVREA  
TERRA. TEGAT

Sed & unâ in Sarcophagum cum cineribus &  
urnâ recondita. Eximius Philologus. Mart. Gei-  
erus Argentinae se testatur vidisse effossas e se-  
pulchro gentili duas lampadas, orichalceam &  
fictilem; cum urnulis cinere repletis, & vitro,  
longioris crassiorisque digiti formâ, liquorem  
aqueum adhuc continente, superiore tamen  
parte vitro alio obcluso c. 12. § 5. de luctu Ebr.  
de qualibus urnulis lacrimalibus etiam Olaus  
Wormius rerum rariorum l. 4, c. 1. & 7. Grute-  
rus in inscribit. Et de ampullis vitreis, alterâ  
cinere, alterâ aquâ repletis, in Ciceronis, ut pu-  
tatur, sepulchro inventis, Cotovicius itin. Hiero-  
fol. 1. 10. Hujusmodi urnulæ hodiernum insplē-  
didissimâ florentissimæ Reip. Norimbergen-  
sis bibliothecâ servantur. Lucernarû autem per-  
plures figuras publicæ utilitati studiosè contu-  
lit magni Medici filius æmulus, sed nimium præ-  
maturis fatis obnoxius, Fabricius; & nos ipsi  
qq. duarum fictilium sepulchro olim quopiam  
erutarum

erutarum picturam adducemus capite seq. litt. / E. & F. Addidimus insuper lucernam è lapideo monumento litt. C. & aliam Earum, litt. D. quam etiam jam ante me ostentant alacres antiquitatum investigatores Choulius & Gruterus. Digna mehercule huc adscribi incredenda ferme de lucernâ aliquâ sepulchrali relatio Bernardini Scardeoni: *Quis sana mentis, ait, Maximum Olibium connumerandum hic esse neget? &c. quem constat fuisse virum maxima præstantia, & summo ingenio præditum; quandoquidem tam admirabili arte lucernam concinnaverit, ut perpetuo fulgore lucens mille & quingentos annos plus minus Plutoni dicata sub terram accensa permanferit. Nam annum circiter millesimum quingentesimum nostra salutis juxta Athesen municipium Patavinum, dum foderetur à rustici terra solito altius, reperta est urna fictili, & in eâ altera urnula, in quâ erat lucerna adhuc ardens inter duas ampullas, quarum altera erat aurea, altera argentea, purissimo quodam liquore plenas; cujus virtute lucerna illa per tot annos arsisse creditur, & nisi resecta fuisset, perpetuò arsura &c. &c. l. i. de prisca Batavis. Juncta his fuit inscriptio, quam habemus supra cap. LI. pag. 50, Cæterum de Lucernis veterum sepulchralibus vasto opere nuper egit Fortunius Licetus. Quare autem mortuis lucernæ accensæ; quærit, rationemque edocet Boxhornius quæst. Rom. II.*

Cereorum funaliumque in sacris praesentium meminit Arrianus in Epict. l. 1. c. 19. ὁξίω τε δημαρχίας. πάντες οἱ ἀπαυτῶντες συνήδων, ἀλλ' οὐ τὸς ὀφθαλμοὺς κατὰ φιλεῖ, ἄλλος τὸν τραχηλόν, οἱ δὲ λοιποὶ τὰς χεῖρας. ἔρχε' εἰς οἶκον, εὐρίσκει λύχνους ἀπομένους. ἀναβαίνει εἰς τὸ καπνάλιον, ἐπιθύει. Idem l. 2. τέκνον αὐσώθης ἀψὺ λύχνους, ταύτ' ἐστὶ, τὰ δ' φιλοσόφους. μέγα σοι ἀγαθόν ἐσσι σωθέναι τοιότῳ καὶ λύχνον ἀπλεῖν ἄξιον. Latinus Pacatus Dropanius: *Quid ego referam praeternitibus suis festum liberta nobilitati oscutsum, conspicuos veste niveâ Senatores, reverendos municipali purpurâ flamines, insignes apicibus sacerdotes? quid portas vixentibus ferri coronas? quid auleâ undantes plateas, accensisq; funalibus auctum diem?* paneg. Theod. c. 37. Originem funalium aperit Servius: *Funalia*, ait, *et funibus*, qui intra ceram sunt: Hos ante usum papyri cerâ circumdatos habebant: Vnde **FUNERA** dicta, quia funes incensilla precedebant, ad t. 5. Aem. Numi certè & aliquot antiquitatum monumenta ministros sacrificiorum cum facibus nobis ad altare exhibent: Vid. cap. XVIII, numum litt. C. Talem de tædâ statim atque ad altare ventum esset, à sacerdote incensam ait Choul: *Quand se venoit à mettre le feu sus l' autel, le sacerdote l' alumoit avecques une torche, qui estoit fustée de cede: tant ils observerent la cerimonie de leurs sacrifices.*

*missiles*, l. c. f. 310. Inde festum quoddam λαμπτή-  
*ρια* dictum; & Baechus λαμπτήρ cognomen  
 cepit. Inprimis verò in funeribus tam Ethnico-  
 rum quàm Christianorum cerei incensi & præ-  
 lati. Vid. Durandus de rit. Eccl. 1. 23. Hierony-  
 mus in vit. Paulæ, Nazianzenus orat. 2. in Juli-  
 an. Chrysost. hom. 4. in ep. ad Ebr. Sopranea  
 digr. 2. Lipsius not. ad Tac. Dilherrust. 2. disp.  
 15. pos. 2. Geier. de L. Ebr. 5. 25. Nat. Comes my-  
 thol. 1. 13. Kornmann. mir. mort. p. 7. c. 47. Casal-  
 rit. vet. p. 269. Georgievitz de Turc. mor. p. 36.  
 Per lumina hæc vim clarissimam deorum pate-  
 re in rebus omnibus, significabant, eorumque  
 puritatem ostendebant. Plures ejus rationes ha-  
 bes ap. Stuckium f. 106, 107. In Ecclesiâ Chri-  
 stianâ olim lucernæ ac cerei accensi ad discuti-  
 endas tenebras, quia noctu eis ob persecutio-  
 nem peragenda erant sacra: Plin. l. 10. ep. 7.  
 Unde hymni, qui ad psalmos ibi canebantur,  
*Lucernales*; preces *Lucernaria*; & officium *Lu-  
 cernarium* dicebatur, ut pluribus edocet vir in  
 veteri Christianorum historiâ versatissimus,  
 Theologus perquàm celebris D. Hildebrand de  
 sacris &c: prim. Eccl. c. 3. & de precibus vet.  
 Christ. c. 2. §. 27. Postea ad lætitiâ denotan-  
 dam, teste Hieronymo c. 3 contra Vigilantium.  
 Qui portabant cereos, ἀκολαῖοι, latine *Cerofer-  
 rarii*; Isidorus origg. 7. 12. Mulieres, quæ ad sa-  
 crificia parabant, *Ceraria* dicebantur, Turneb.

7. 6. Adde Summum Gruterum l. fasp. & ad Cl. Mamert. l. paneg. c. 6. Servius matronas qq. sacrificaturas, circa aras faculas tenentes versari ait, ad l. 4. Æn. Et numi antiqui hisce fidem faciunt.

Porro lucernæ etiam in arboribus suspensæ Prudentius:

*Et quæ fumificas arbor vittata lucernas  
fastinuit.*

quia nempe illæ & sacrae, & templorum vice habitæ sunt. Ovidius amor. 3. 1.

*Stat vetus & multos incidua silva per annos,  
Credibile est illi Numen inesse loco.*

Theocritus in Hel. epithal. idyll. I. 4:

ῥαῦματα δ' ἐν Φλοιῷ γερῶν (ὡς  
παριών τις

αγνοίη) δωρεσί, σέβει. Ελέγας Φυτὸν εἰμὶ.

Seneca: Si tibi occurrat vetustæ arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum cæli densitate ramorum aliorum aliæ protegentium submovens: illa proceritas silvæ, & secretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam densa atq. continua, fidem tibi numinū facit. ep. 41. Plinius: Ha fuerunt numinum templa, pristinoq. ritu ut simplicia rura, etiam nunc deo præcellentem arborem dicant: Nec magis auro fulgentia atq. ebore simulacra, quam lucos & in iis silentia ipsa adoramus. Arborum genera quoniam suis dicata perpetuò servantur; ut Jovi asculus, Apollini laurus, Minerva olea, Veneri myrtus,

mo, Herculi populus: quin & Silvanos, Faunosq; & deorum genera silvis ac sua numina, tanq; e celo attributa, credimus. H. N. 12, 1. Germani præcipue quercus sacras habebant, testibus Plin. l. 16. c. ult. Crantzio Vand. 4. 23. quas singularibus ritibus sacrabant, quos Cræmerus recenset l. 19. Lege, quæ de quercu egregie coacervavit Schedius de D. G. 2, 24. Inde forte factum, quod Muhammedes sub arbore inauguratus fuerit, ut prodit Elmacinus l. x. hist. Sarac. Cui autè Deorum singulæ arbores sacrae vid. ap. Benedictum Curtium l. 3. de hortis: & Meursium F. in Arboreto sacro: Item cur arbores & silvæ sacrae scilicet propter umbram, ap. Wouwerium in pagnia cap. 9.

*Pinos sacras*, inquit Arnobius, inde velari-  
or & coronariæ, quod Atys se sub pina castraverit;  
imò & Ianâ, quâ Cybele filium contexit, ligari. l. 5.  
advers. gent. Hinc Servius ad illud Virg: *sacra*  
*pendebit fistula pinu*. Ecl. 6. *SACRA*: sc. *matri*  
*Deorum*. In hujus sacris pinus etiam portabatur,  
quæ gestatio *δευδοφορία* nuncupabatur, velut  
gestatores *δευδοφόροι*. Ad Strab. l. 10, & Voss.  
de Idol. l. 20, & 2, 53. Cum hac Cybele eadem  
erat Isis, sationis, molarum, frugum, coctio-  
nis panis &c. repertrix. Inscriptio (quam tamen  
spuriâ esse Gruterus & viri Magni judicant).  
Calletiæ Hispan. in columnâ: EGO. ISIS.  
SYM. ÆGYPTI REGINA. A. MERCVRIO.  
ERV.

ERV DITA. QVÆ. EGO. LEGIBVS. STA-  
TVI. NVLLVS. SOLVET. EGO. SVM. MA-  
TER. OSIRIDIS. EGO. SVM. PRIMA. FRV-  
GVM. INVENTRIX. EGO. SVM. ORI. RE-  
GIS. MATER. EGO. SVM. IN. ASTRO. CA-  
NIS. REFVLGENS. MIHI. BVCASTIA.  
VRBS. CONDITA. EST. GAVDE. ÆGY-  
PTE. QVÆ. ME. NVTRISTI. Inprimis etiam  
Germanis culta, quod ex Belgico, Bojariensi,  
Augustano Vindelicorum, & scribtorum mo-  
numentis ostendit Schedius de D. G. 1. 9. conji-  
citque ex hinc urbis Augustæ Spicam insignis fu-  
isse, quod Isis maximè in Vindelicio esset culta;  
inde in nucem pineam, fragum, morum, eina-  
rum qq. vel cactum ab inertibus & inexpertis  
pictoribus mutatam. Argutior hæc forte, quàm  
verior opinio. Quin ego totis pedibus in  
Münsteri sententiam concedo, qui pineam ait  
esse nucem, cum pinus manifestò Isidi sacra  
fuerit. Ab Iside adhuc locis quibusdam Ger-  
manicæ nomina, Isenberg/ Isleben/ Isenach &c.  
De arboribus & silvis sacris plura Cælius Rhod.  
L. A. 12. 1. Lipsius ad Tac. Germ. Bernartius ad  
l. 5. Theb. Statl. P. Colvius ad l. 6. Metam. Apul.

Israelitæ ubi ad talem arborem venissent,  
prohibebantur לִישָׁב בְּצֵר קוֹמְתָהּ וּמוֹתָהּ  
לִישָׁב בְּצֵר הַשְּׂרִיגִים וְהָעֵלִים שֶׁלָּהּ  
וְאִם יֵשׁ לוֹ דֶּרֶךְ אַחֲרָיִם אֲסוּר לוֹ לַעֲבוֹר  
תַּחְתָּיהָ וְאִם אֵין שָׁם דֶּרֶךְ אַחֲרָיִם  
עוֹבֵר



עֹבֵר תַּחְתֵּיהֶם כְּשֶׁהוּא רֵץ? id est *Considerare*

*sub umbrâ trunci ejus, & quod residuum est; jacere sub umbrâ surculorum, & (sub umbrâ) foliorum requiescere: Si via sit alia, transire sub ea nefas; sin alia desit, cursim sub eâ transeundum. R. Maim. l.*

עֲבוּרָם c. 7. §. 16. Nescio hîc quid juveni sublimis ingenii, sed fatis crudis & præcocibus infesto Dionysio Vossio in mentem venerit, quod verba citata vertat: *prohibentur in umbrâ trunci ejus considerare; at sub umbrâ foliorum & ramorum licet. Præter n. quod מוֹתֵר participium sit ab מוֹתֵר quod est אֶתֶר & significet, residuum esse, superesse remanendo, & similiter: etiam planè contrarius à Vossio inducitur sensus. Omnino n. etiam sub foliorum & ramorum umbrâ jacere vetitum fuisse ex § seq. 19. perdiscimus, ubi R. Moses de totâ in genere arbore dicit מִפְּנֵי שֶׁצֶלֶל הָאֵשֶׁר הוּא אֶסוּר: Quippe umbra arboris illa ipsa prohibet. Et cap. 8. disertè indicare videtur: אֲרֵבֶרֶת, קָדֵם לְאֹדָתָהּ, כָּל הַשְּׂרֵיטִים וְהַצִּלִּים וְהַלּוּלָבִין, וְהַפְּרוּרֹת שֶׁיוֹצֵאת כָּל זֶמֶן שֶׁהוּא נֶעֱבֵר: id est omnes surculi, folia, flores & fructus, quamdiu ea colitur, ratione usus interdiciuntur. § 6.*

Ecquid vero lucernæ ad arbores, sacrificio in templo peracto? Ex Virgilio id edoctus aræ in iplo templo propinquam video arborem. l. 2. *Æn:* *Ædibus*

*Ædibus in mediis, nudosq; sub æthere ant  
Ingens ara fuit, juxtaq; veterrima laurus  
Incumbens ara, atq; umbrâ complexa Penates.*

Et paulo post:

*Est urbe egressis tumultus templumq; vetustum  
Deserta Cereris, juxtaq; antiqua cupressas.*

Planè qq. ad rem Ovidii verba l. 12. Metam. ab initio:

*Hic patrio de more Jovi cum sacra parassent,  
Ut vetus accensis incanduit ignibus ara,  
Serpere ceruleum Danaï videre Draconem*

*In platanum, cæptū quæ stabat proxima sacræ.*

Clare idem indicat R. Moïse Maimonides:

הנוטע אילן אצל המזבח זמן לוקח  
שבאמר ליה תטע לך אשורה כה עץ  
אצל מזבח ה' אלהיך מפני שהיה זמן  
דרך עכום נוטעין אילנות לצד מזבח  
: id est

*Qui arborem juxta aram plantat, ille vapulat; quia  
dicitur (Deut. 16. 21.) Ne plantas lucum qualiscunq;  
arboru juxta aram Domini Dei tui. In causâ est, quod  
nos ille idololatris esset, plantare arbores juxta altare  
suum, ut ibi populus congregaretur. l. de Idol. c. 6.*

*§. 12. Hoc ipsum deprehendes in marmore  
Rom. quod habet Choul. pag. 98. & numis ejusd.*

*p. 119, 102; itemque in nostro litt. E, cap. XVIII.  
Ita Fagantal erat templum Jovis, in quo fagus,  
teste Festo. Quin imò ex medio ararum sæpissi-  
mè arbores percredebant. Vid. Schedium de*

D. G.

D. G. 2, 25. Accedit, quod porticus templorum lucis spatiosissimis pierumque fuerint obsitæ: Veluti platanorum ex utraque parte nemore celebris est Pompeii porticus *ἐκατόνφυλλος*, de qua l. 2. Mart. l. 3. Augusti porticus myrto, lauro, ac buxo circumdata perpetuæ viriditatis dicitur, Livix uxoris vite inumbrata. Herodotus: *ἐστὶ δὲ ἑσώθεν ἄλλος δένδρεων μεγίστων πεφυτευμένων περιλήον μέγας. ἐν ᾗ τῶ δὴ τῶ γαλμα ἐν.* in Euterpe. Omittenda hic neutiquam divinatio ex lucernis, forsitan etiam sacris, quæ ad *πυρομαντεία* spectat. Exemplum habemus ap. Apuleium, qui scribit: Cum ecce jam vesperam lucernam intuens Pamphile, quævis largus, inquit, imber aderit crastino? & percontanti marito: quæ comperisset istud? respondit: Sibi lucernam prædicere. Quod dictam ipsius Milo risu secutus; Grandem, inquit, istam lucernæ sibilantem pascimus, quæ cuncta cæli negotia & solem ipsum de speculâ candelabri consuetur. Ad hæc ego subjiciens: Sunt animo prima huiusmodi divinationis experimenta, nec mirum, licet modicum istum igniculum, & manibus humanis laboratum, memorem tum illius majoris, & cælestis ignis, velut sui parentis, quid esset editurus in ætheris vertice, divino presagio, & ipsum scire, & nobis enunciare. l. 2. Metam.

Huiusmodi lucernam & laurum sacrificuli & vates ferebant, ut eo sc. ornatu augustiores essent: Seneca: *Quædam aliqua genibus per viam*  
*reperit*

repens ululat, taurumq; linteatus senex & medio lucernam die præferens, conclamat iratum aliquem deorum, concurritur. c. 27. de brevitate vitæ. Vid. Lips. Elect. 1. 3. Regibus qq. Asiaticis ignis præferebatur, cujus causam suppeditat Ammianus Marcellinus: *Ferunt, inquit, etiamsi justum est credi, ignem cœlestis labsum ap. se sempiternis foculi custodiri, cujus portionem exiguam, ut faustam, præisse quondam Asiaticis regibus dicunt.* 1. 2. 3. Audiebant autem sacerdotes *πυροφόροι* vel *πυροφόροι*, non quidem ab igne aris imponendo, sed quod in aciebus lucernam cum lauri ramo prætulerint. Lulius Legionensis: *πυροφόροι* in re militari olim dicti sunt, qui aciebus in procinctu stantibus, & ad congregiendam paratis, ipsas anteibant acies, alterâ manu lauri ramos, alterâ lampada præferentes. Tantum ille. Quæ dixit, ab Alexandro Neapolitano sumit: cujus en verba: *Prævaluitq; Græcorum mos, ut quoties pro cincta acies congregi pararent, ante prima signa staret vates, laureos ferens ramos & corollas, cui Pyrphoro dixere nomen, quoniam lampada præferret, quem violare summum habebatur nefas, quod legati munere fungeretur.* gen. dier. 5. 3. Eadem penè verba Cœlius Rhodiginus habet 1. 8. A. L. c. 2. sed vocat *πυροφόρον*, & citat Suidam ac Pollucem. Certè Suidas iuculenter etiam usum adagii proposuit, *πυροφόρον* solitum ignem præferri ab ipsis Sacerdotibus exercitui, & hos solitos inviolabiles haberi. Ideò cum

vellent

Vellent indicare crudeli victoriâ omnes ad  
 unum casos, dicere solitos: ἔδε πυρφόρος,  
 nec ignifer evasit. Breviter Hesychius, πυρφόρος,  
 ὁ πῦρ φέρων, καὶ ὁ μόνος διασωθεὶς ἐν πολέμῳ.  
 id est: Pyrrhorius, qui fert ignem, et solus salvabatur seu  
 morti eximebatur in bello. Habes in conlectane-  
 is adagiorum græcorum & ex Eustathio Iliad.  
 p. norat Erasmus in adagic: Ne ignifer quidem  
 reliquus est factus. Chil. i. cent. 10. num. 26. Utuntur  
 hac locutione Herodotus in Vraniâ: μηδὲ πυρφό-  
 ρος ἐκ Φρυγίας περὶ γενέσθαι, nec igniferū quidē effu-  
 gentem superesse. Et Philo Judeus l. i. de vitâ Moysæ:  
 ὡς μηδὲ πυρφόρον ἀπὸ ληφθέντων τῶν ἀπαγγελῶν,  
 ut nec reliquus esset cladi vel ignifer, qui nunciaret.  
 Excerpta hæc sunt à nobis ex Hispano undiqua-  
 que exposito Del. Rio adag. V. T. 984. in quo  
 omnia illa de πυρφόροις verbis his ipsissimis  
 conlegit. Curtius etiam de Persis memorat,  
 ignem, quē ipsi sacrum & æternum vocabant,  
 agmini Darii argenteis altaribus prælatum  
 fuisse. l. 3. Similiter de Lacedæmoniis Xenophon:  
 Repetam autem altius, quo pacto cum copiis in expe-  
 ditionem rex proficiscatur. Primum igitur domi  
 adhuc rem divinam facit Jovi Ductori, & adjunctis  
 illis: Quod si iterum litatum fuerit, sumit ex ara  
 ignem is qui Ignifer dicitur, & præcedit ad terminos  
 illius regionis; quo cum perventum fuerit, iterum rem  
 divinam facit rex Jovi & Minervæ, quibus ambobus

diis placatu ista, transit terminos regionum, ac ignis  
quidem de his sacris praefertur inextinctus, hostiae  
autem omnis generis sequuntur. lib. de form. civit.  
Laced. ex versione Joachimi Camerarii. Adagio  
ille vetus certe latet ap. S. Prophetam, quando  
eò Jesaiæ verba conlimare videntur; *Ecce Do-*  
*minus disperget terram, & nudabit eam, & dissi-*  
*pabit habitatores ejus, et erit sicut populus sic sacerdos.*  
24. 12. Quæ repetit Oseas 4. 9. Sensus ferè. erit  
talis: Tantâ obruentur devastatione, tantâ cla-  
de, ut etiam *πρωτοῖ* ac sacerdotes, semper  
alias periculis vacui, & à nece intacti, non se-  
cus ac ceteri, contra jus belli, occisionem  
passuri sint. Ab hoc fecialum, quæ ap. Roma-  
nos erant *πρωτοῖ*, officio, proverbium *πρωτοῖ*  
*ἀνάπνῃ* id est facem accendere, pro eo quod est  
fomitum & incrementum malo subdere, orrum  
fuisse docet Hadr. Junius cent. 2. prov. 33.

## Cap. XVII.

**S**pondæa. Judeorum vasa ac instrumenta  
sacrificialia. Gentilium vasa lustralia. Lauri  
& olive usus in lustratione. Adspergillum:  
Litui: Tubæ: Tibiæ: Ha etiam in ludia  
adhibita. Ebraeorum *לִּיָּמִין* Loco Matebæ  
ingens lux adfunditur. Gingras quid? *עֲזָזָה*  
*עֲזָזָה*.

*etymon.* Sistra: Sistrati *quinam?* Crotala  
*unde?* Crotalia. Gruteri falsa opinio circa  
*crotalorum picturam perferingitur.* Tym-  
 pana, crepitacula. Cerei, candelabra,  
 lucernæ. Choull conjectura ridicula. In-  
 strumenta ad percutiendum victimam.  
 Vagina cultraria: *Eam quis gestaverit?*  
*Instrumenta Græcorum Romanorum* Mal-  
 leus: Venabula: Gladius Delphicus:  
 Lapis: Securis. *Instrumenta ad jugulan-*  
*dum, excoriandum, dissecandum.* Secespi-  
 ta: *Σφωγίς id est* Ensis: Secia: Dolabra.  
 Choullus castigatur. Mensarum sacrarum  
 usus: *Vnde* Anclabres dictæ? Gibiles,  
 Ascariz, Curiales. *Αμύια. Σφαιρία,*  
*πίτταρδεζα, γεράνδεζα.* Discus. Ollæ  
 Euxares. Verua: *Veruum ap. vet. forma.*  
 Cochlearia. Abenorum usus. *Serui verba*  
*explicantur.* Salinum: Patella. *Επιτεπί-*  
*ζια.* Patellarii dii *quinam?* Lares Patel-  
 larii. Acerræ. Vatillum. *Ουλοχοῖον.* Cani-  
 stra. Mensæ libatoriz. Tripodes: *Eorum*  
*cortina.* Cortina *quid?* Præfericulum.  
 Gutti & Sumpull *etymon:* *Eorum loco*  
*in canovuis epiclusis & cyathis.* Sumpula-  
 crices *mulieres.* Carchesia. Cymbia. Pa-

teræ. Crateres, & eorum usus. γαυλίδι.  
 Σκαφίδες. Cothurna. Pellæ. Mellaria.  
 Calices. Hirneæ: Hirnellæ. Sympinia.  
 Sinus. *Quaedam alia vasa libatoria. Cistæ  
 in mysteriis. Mystéria Seclusa & Oper-  
 tanea sacra dicta, cur? Mystéria quædam  
 recensita. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ unde? ΒΛΕΪΑΙ. ΟΡΥΪΑΙ  
 duplex significatio: Eorum etymon. Initia.  
 cur mysteria dicta? VossI erronea ratio.  
 Initiari quid? Initiati: Initiorum dies.  
 Μῦθοις. Μῦθος quinam? Quis Ἐπὶ πᾶσι?  
 Μυσθῶν; Τελθῶν & c. Sacrificia cur Τέλη  
 dicta? VossI rati paulò declinans. Μυσικὴ  
 Ἰουδα. Initiandi per certos cruciatus ducti.  
 Tympanum ac Cymbalum mysteriorum  
 patine ac cyathi. Symbola quædam myste-  
 riorum recensita. Naves sacre. Celatura  
 vasorum sacrorum: Ideo Judæis vasa S.  
 gentiliū prohibita. Vasa Sigillata: Sigilla.  
 Vasa abluta in sacrificiis & coronata. Vasa  
 S. ex auro & argento: Quibusd. gentilibus  
 in sacris magni æstimata, quibusd. rejecta.  
 Vasa S. è gemmis: E vitro: Ex ære. PersI  
 locus contra scholiastarum sententiam ex-  
 plicatus. Ærarium in templo Saturni. Æs  
 Corinthium. Vasa S. è vimine. Ex ligno.  
 Tibia-*



*Tibiarum materia alia in sacris, alia in ludis. Vasa S. fictilia. Vasa Samia. Fictilia Numæ complacita: Qui etiam auctor collegii VII figulorum. Luxus veterum in fictilibus vasis. Vasa Coptica.*

**I**nstrumenta sacrificalia, vasaque cultui deorum destinata, antequam victimemus, è sacrario depromenda erunt, quæ Spondeæ dicta sunt, referente Suida: *σπονδαὶ εἰς τὴν ἀγνείαν, ἐκ οἷς ἀνέινδον.* Vid. & Pollucem & Athenæum l. II. Sacerdos ap. Apulejum de penetrali fonte petiturum Spondæum libat. l. II. Metam. Scribitus liber, nondum nobis visus, à Lilio Gregorio Giraldo Ferrariense, viro satis famoso, litteratorumque sui ævi principe (claruit autem A. S. 1543) de vasis, quæ ad deorum sacrificia, eorumque cerimonias pertinent, quem citat Balthasar Werlinus Colmariensis addit. 2. ad lib. de Scribtt. Eccl. Johannis de Trittenheim sive Tritthemii, qui καλ' ἐξοχὴν Abbas Spanheimensis vocabatur. In Judæorum æde reperimus lebetes, scopas, crateras, tridentes, candelabra, lucernas, mensas, scutellas, cochlearia, opercula, forcipes, conchas, pelves, mare, acerras, polubra, cultros (quibus sc. victimas vel excoriabant, vel mactabant Levitæ, 2. Paral. 29, 35. & alibi) Ex. 27, 30, 37, 38.

B. b 3

1. Reg.

tera. Crateres, & eorum usus. γαυλίδι.  
 Σκαφίδες. Cothurna. Pellæ. Mellaria.  
 Calices. Hirneæ: Hirnellæ. Sympinia.  
 Sinus. Quadam alia vasa libatoria. Cistæ  
 in mysteriis. Mystéria Seclusa & Oper-  
 tanea sacra dicta, cur? Mystéria quadam  
 recensita. Ελευσίνια unde? Ελένια. Οργίων  
 duplex significatio: Eorum etymon. Initia.  
 cur mysteria dicta? VossI erronea ratio.  
 Initiari quid? Initiati: Initiorum dies.  
 Μύησις. Μύσθς quinam? Quis Ἐπόπτης?  
 Μυσθῶ, Τελθῶ & c. Sacrificia cur τέλη  
 dicta? VossI ratic paulò declinans. Μυσική  
 ἤτοι. Initiandi per certos cruciatus ducti.  
 Tympanum ac Cymbalum mysteriorum  
 patine ac cyathi. Symbola quadam myste-  
 riorum recensita. Naves sacra. Celatura  
 vasorum sacrorum: Ideo Judæis vasa S.  
 gentiliū prohibita. Vasa Sigillata: Sigilla.  
 Vasa abluta in sacrificiis & coronata. Vasa  
 S. ex auro & argento: Quibusd. gentilibus  
 in sacris magni aestimata, quibusd. rejecta.  
 Vasa S. è gemmis: E vitro: Ex ere. PersI  
 locus contra scholiastarum sententiam ex-  
 plicatus. Aerarium in templo Saturni. Æs  
 Corinthium. Vasa S. è vimine. Ex ligno.  
 Tibia.

*Tibiarum materia alia in sacris, alia in ludis. Vasa S. fictilia. Vasa Samia. Fictilia Numæ complacita: Qui etiam auctor collegii VII figulorum. Luxus veterum in fictilibus vasis. Vasa Coptica.*

**I**nstrumenta sacrificalia, vasaque cultui deorum destinata, antequam victimemus, è sacrario depromenda erunt, quæ Spondee dicta sunt, referente Suida: *σπονδαὶ εἰν ἀγεία, ἐκ οἷς σπένδουσιν.* Vid. & Pollucem & Athenæum l. II. Sacerdos ap. Apulejum de penetrali fonte petita Spondeum libat. l. II. Metam. Scribitus liber, nondum nobis visus, à Lilio Gregorio Giraldo Ferrariense, viro satis famoso, litteratorumque sui ævi principe (claruit autem A. S. 1543) de vasis, quæ ad deorum sacrificia, eorumque cerimonias pertinent, quem citat Balthasar Werlinus Colmariensis addit. 2. ad lib. de Scribtt. Eccl. Johannis de Trittenheim sive Tritthemii, qui καὶ ἑξοχὰν Abbas Spanheimensis vocabatur. In Judæorum æde reperimus lebetes, scopas, crateras, tridentes, candelabra, lucernas, mensas, scutellas, cochlearia, opercula, forcipes, conchas, pelves, mare, acerras, polubra, cultus (quibus sc. victimas vel excoriabant, vel mactabant Levitæ, 2. Paral. 29, 35. & alibi) Ex. 27, 30, 37, 38.

Bb 3

I. Reg.

teræ. Crateres, & eorum usus. γαυλίδι: Σκαφίδες. Cothurna. Pellæ. Mellaria. Calices. Hirneæ: Hirnellæ. Sympinia. Sinus. *Quædam alia vasa libatoria. Cistæ in mysteriis. Mystéria Seclusa & Operanea sacra dicta, cur? Mystéria quædam recensita.* Ελευσὶν ὅρα unde? Ελευσιν. Οργίων duplex significatio: Eorum etymon. Initia. cur mysteria dicta? Vossii erronea ratio. Initiari quid? Initiati: Initiorum dies. Μύησις. Μύησις quinam? Quis ἐπὶ πύλῃς? Μυσθῶν; Τελῶν & c. Sacrificia cur τέλη dicta? Vossii ratio paulo declinans. Μυσικὴ ἡθοῖα. Initiandi per certos cruciatus ducta. Tympanum ac Cymbalum mysteriorum patina ac cyathi. Symbola quædam mysteriorum recensita. Naves sacra. Celatura vasorum sacrorum: Ideo Judæis vasa S. gentilium probibita. Vasa Sigillata: Sigilla. Vasa abluta in sacrificiis & coronata. Vasa S. ex auro & argento: Quibusd. gentilibus in sacris magni estimata, quibusd. rejecta. Vasa S. è gemmis: E vitro: Ex ære. Persi locus contra scholiastarum sententiam explicatus. Ærarium in templo Saturni. Æs Corinthium. Vasa S. è vimine. Ex ligno. Tibia.

*Tibiæarum materia alia in sacris, alia in ludis. Vasa S. fictilia. Vasa Samia. Fictilia Numæ complacita: Qui etiam auctor collegii VII figulorum. Luxus veterum in fictilibus vasis. Vasa Coptica.*

**I**nstrumenta sacrificalia, vasaque cultui deorum destinata, antequam victimemus, è sacrario depromenda erunt, quæ Spondeæ dicta sunt, referente Suida: *σπονδαὶ εἰς τὸ ἄστυ*, *καὶ οἷς ἀνίστανται*. Vid. & Pollucem & Athenæum l. II. Sacerdos ap. Apulejum de penetrali fonte petiit Spondæum libat. l. II. Metam. Scribitur liber, nondum nobis visus, à Lilio Gregorio Giraldo Ferrariense, viro satis famoso, litteratorumque sui ævi principe (claruit autem A. S. 1543) de vasis, quæ ad deorum sacrificia, eorumque cerimonias pertinent, quem citat Balthasar Werlinus Colmariensis addit. 2. ad lib. de Scribtt. Eccll. Johannis de Tritthenheim sive Tritthemii, qui καὶ ἐξοχὴν Abbas Spanheimensis vocabatur. In Judæorum æde reperimus lebetes, scopas, crateras, tridentes, candelabra, lucernas, mensas, scutellas, cochlearia, opercula, forcipes, conchas, pelves, mare, acerras, polubra, cultrios (quibus sc. victimas vel excoriabant, vel mactabant Levitæ, 2. Paral. 29, 35. & alibi) Ex. 27, 30, 37, 38.

Bb 3

I. Reg.

3. Reg. 7. Esdr. 1. Aqua ap. eos servabatur in vaso dicto כִּיבִי cuius descriptionem vid. ap. Maimonidem in Hilcoth Beth Habbechira. Candelabri aurei, quod in exortu solis radios emisit, unde omnes cognoverunt instare tempus, quo Schemah legeretur, quod Helena, Monobazi regis mater, fecit, meminit Joma c. 3, §. 10. Erant & urnæ sacrae, in quas fetres coniciebantur, sicubi vis opus eras: Quales aureas fecit Gamla filius, qui inde in laudem memorabatur. I. c. §. 9. cum not. Sheringham.

Gentilibus ante sacrificia VASIS LUSTRALIBVS opus erat, quorum aliqua cap. XI. attigimus. Eorum quædam domi habebantur; quædam in deductione præferabantur; quale nobis. ex antiquitate depingit Choul p. 291. de relig. vet. Romanorum. Quædam ante templum erant constituta, cuius iterum figuram habet Choul p. 290. & nos ex eo sub initium hujus cap. litt. B. Eund. forte usum habebant LEBETES sive pelves circum Jovis fani parietes locatæ, de quibus Parrhasius in epistolis. Fiebat autem lustratio vel ramo lauri aut olivæ, vel certo adspergillo ad id facto, cuius figura extat ap. Choulum in monumenti fragmento p. 289. in numis argenteis Jull Cæs. p. 249. ac Antonini Pii & M. Aurell p. 332. & nos ipsi eam huic cap. litt. A. præfiximus. In ipsa deductione, veluti postea in sacris & epulis (uti  
suo

חלילין כלי שיר שהין נוהגים בספרו *orum* *id est Gba-* למנוח עליהם כדי לעורר סבבי.

citandum luctum factum ait. Hinc clarescit lo-  
cus Matthæi: ἐλθὼν δὲ ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τῶν  
ἀρχόντων, καὶ ἰδὼν τὰς ἀσλητὰς καὶ τὸν  
ὄχλον θορυβούμενον, λέγει αὐτοῖς &c. cap. 9. 23.

**GINGRAS** (quomodo & Adonis vocabatur),  
tibia erat in Adonidis sacris usitata. Jul. Pollux:

Gizleas

Ἰγίφας δὲ τις αὐλισκος γοῶδι, καὶ Ἰσηνιλικῆς  
 Φωνῇ ἀΦισσι. Dicitur ita, quod à gruis, vel anse-  
 ris tibia fieret, qui Ebraeis: קִנְיָא dicitur, ut, au-  
 tumante Vossio, & facile in א mutari potuisset:  
 Vel quia anseris proprium est Gingrire. Con-  
 sule de his omninò Phik Beroaldum ad l. 4. &  
 10. Metam. Apul. Addenda his sunt SISTRA,  
 instrumenta stridula, & sonabilia, Isiacorum  
 pecularia, qui ob id *sistrati* nominantur. Vid.  
 Beroald. ad l. 2. Metam. Apul. CROTALA,  
 instrumenta sonora & crepitantia, à pulsatione  
 dicta, orbiculis æneis sonum collisione reddent-  
 tibus. (Græci κρότον dicunt plausum ac strepi-  
 tum & κροταῖω plaudo, κροταλίζω strepo.) Plini-  
 l. 9. docet *crotalia* adpellari margaritas quasdam  
 resonantes, quarum sono confusuque gaudebant.  
 Vid. eund. Beroald. ad l. 8. Metam. Crotalorum  
 picturam adducit Gruterus in Herculeo Inscripti-  
 onum opere ex arâ marm. Rom. attii domus  
 Cardinalis Cæsii p. 27. & ex arâ Cybeles, in æde D.  
 Nicolai in Calcariâ; necnon è marmore Mar-  
 liensii Cybeles, itemq; è postico palatii Cardina-  
 lis Trivultii. pag. 28. Multo tamen ab hoc alie-  
 nam veròq; similiorem proponit Simon Abbes  
 Gabbema comm. in Petron. ita, ut quæ Grute-  
 rus pro crotalis venditat, cymbala profectò esse  
 videantur, quibus similiter, ut & tympanis,  
 ac crepitaculis, Sacerdotes Isiacos usus, ex  
 Apulejo constat. Gestabantur porrò in ipsâ  
 dedu-



deductionis pompâ *Fuces, Cerei, Candelabra, Lucerna*, quæ & in limine templi, & prope ipsam agam scintillabant, quarum multifarias figuras Fabricius civis meis publico dedit, & nos aliquas cap. huic litt. C. D. E. & F. præfiximus. In marmore super fores templi cujusdam antiquissimo, quod popas cum victimâ ad sacrificium pergentes exhibet, Sacerdos manu fert corbem, cui molam inesse salsam, miro, quis insusurraverit Choulío, f. 328.

Vbi conficienda veniret victima, præstò erat VAGINA, seu theca cultorum omnium, quam attulit Choulíos p. 323. & nos initio hujus cap. litt. G. Hanc victimariorum unus de Zonâ pendentem gestabat, quod ex columnâ Trajanî adparet ap. Choulíum p. 324. vel etiam ipse sacerdos. Vid. eund. p. 315. Talia ap. Græcos instrumenta erant, *πέλεκυς, χίτων, ἀνταλή, ῥόπαλος*, imò & *κόρυς* ☉: Ap. Latinos MALLEVS vel ligneus, vel ferreus, cujus pictura est ap. Barthol. Marlianum, Guihelmum Choulíum p. 311, 313. 315. 326. & in frontispicio cap. hujus litt. H. VENABVLA sive hastæ. Prudentius hym. 10. *πελεκύφ.*

*Hæc ut statuta est immolanda bestia.*

*Pecus sacro dividunt venabulo.*

Adde C. Jul. Solinum de reb. mem. c. 42. GLADIVS DELPHICVS, de quo Erasmus in Chill. LAPIS vel SILEX, quo in fœdere pan-

gendo utebantur. SECVRIS ænea, quam conspicies ap. Choulium in numo argenteo p. 217. & in marm. p. 290. 322, de relig. vet. Rom. & lib. Ejusd. de Castramet. Rom. p. 50, Itemque in tabellâ hujus capituli litt. I. & K. Adde tab. cap. seq. litt. F. De eâ Horatius l. 3. od. 23.

*Victima Pontificum secures.*

*Gervice tinget.*

Prudentius in apoth.

*Pontificum festu fexiendâ securibus illis*

*Agmina vaccarum steterant.*

Percussâ victimâ, promebantur cultri. Seneca: Tangensve falsâ victimam cultro molâ. Thy. 4. Prudentius: Jamq; insertato referabat viscera cultro in apoth. Quibus victimam vel jugulabant, vel excoriabant, vel dissecabant. Talium nomine veniebant SECESPITA (Pontificibus, Flaminibus & Vestalibus valde in usu) culter ferreus, oblongus, manubrio eburneo, rotundo, solido, vincto ad capulum; argento auroque fixo, clavis æneis, ære Cyprio, quam in tabella depinximus, litt. L. & N. & Choulius ostendit p. 250. Suetonius: Sacrificanti pro secespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit. in Tib. c. 25. Vid. subtilissimi Casauboni not. in h. l. ΣΦΑΡΙΣ sive σφαγιστρὸν, ENSIS vel *Clunadum*, culter, quo jugulabantur, quem vide in tabellâ nostrâ litt. M. & ap. Choulium p. 314. SECIA, qualem fregit Heliogabalus, teste Lampridio in

In vitâ ejus. **DOLABRAM** autem sive Scenam ad deglubendum hostias percussas & jugulatas adhibebant, quod penitus non intellexit Choulus, qui scribit: *Le couteau, auquel estoit demembreé la victime, & auquel usèrent les sacrificateurs, estoit nomme des Latins, DOLABRA PONTIFICA*. Tite Live a nommé *SEVA* le couteau, auquel ils couppoient la gorge à la victime, autrement nomme *A SECANDO SECESPATIA*. Et proprement les petits couteaux, desquel estoient tués les petites victimes estoient nommez *CULTRI* p. 321. Latius hæc tractata habes ap. Strackium f. 109. 110.

Percussa victima, sacræ imponebatur **MENSÆ**, in quâ & jugulabatur, & excoriabatur, & dividebatur, & exta ejus inspiciebantur. Ex in genere à vasis anclabribus, *anclabres*; si essent rotundæ, *cibiles*; si quadratæ, *ascaria*; ubi Junoni sacrificabatur, *curiales* dicebantur. Vid. Festum. Erant qq. alia sacræ mensulæ, qualem ex lauro invenire est ap. Marcellinum 29. 7. Jugulatæ sanguis excipiebatur **AIMNOIS** & **ΖΦΑΓΙΒΟΙΣ**, quæ sunt vasa sacra ad excipiendum sanguinem, alias *μυαυδεῖαι* & *γερὰνδεῖαι* dicta, ut monet *παιζεύς* & Scaliger. Conspiciuntur, in numis Augusti & Caligulæ ap. Choul p. 69. & p. 315. Victimæ exenteratæ exta **DISCO** sive **LANCI** inferebantur, quam ex antiquitate eruit Choul p. 315, 316. Et nos in tabellâ proponimus.

nimus litt. O: è marmoris antiquissimi, quod est Angleriz in delubro Tutelæ, altero latere, ubi hujusmodi disco aquila infidet, & in altero latere marmoris, integrum visitur sacrificium, venerandam & singularem antiquitatem redolens. Extæ certæque victimæ partes sive diis sive ad epulas sacras coquebantur OLLIS, ut refert Varro, quæ EXTARES dictæ sunt, teste Meurfio. Taubmannus: *In antiquo Lexico Extar exponitur olla, ubi exta coquebantur.* Plaut. in Rud 1.2.

*Nan hercle, adolescens, jam hos dies complusculos,  
Quenquam istie vidi sacrificare: neq; potest  
Clam me esse, si qui sacrificant. Semper petunt  
Aquam, hinc, aut ignem, aut vascula, aut cultrum,  
aut veru.*

*Aut aulam, extarem, aut aliquid.*

Depinxiteam Choul p. 328. 329. Vel VERVBVS assabantur. Virgil. *Pinguiq; in verubus torrebimus exta columni.* l. 2. Georg. Vid. Plaut. l. c. Erant autem antiquorum verua ὀβρολοι & πεμπῶβο-  
λα instar craticulæ, quasi cuspides plures connexæ, quibus carnes adfigebantur, & flammæ exurebantur, Vid. Stuck. f. 146. In marmore antiquo, super portam templi, Popa CO-  
CHLEAR gestare, & ad sacrificium pergere videtur. Aquam ad victimas, aut epulas, calefaciebant AHENIS, quæ Græci χύτρας vocant. Virgilius l. 5. Æn.

*Onerantq; aras, mactantq; juuencos,  
Ordine abena locant.* Paulus.

**Paulus Ictus:** *Ahenum, quod supra focum pendet: Hoc aqua ad portandum calescit l. cum de lanionis. S. asinam. ff. de fund. inst. Longè aliter Servius: Ahena, quibus lavabant carnes, non elixabant. ad l. i. i. Æn. Scholiastam tamen usum hunc ahenorum in sacris nec ignorasse, nec negasse arbitror; loqui autem illic de peculiari & profano quidē usu, quando peregrinantes ahenis utebantur, quod ex seqq. Scholiastæ colligere est. In arcu Romæ in foro boario cernuntur taurorum immolationes, & victimarii sacrificuli cum instrumentis, malleo, cultro, securi, aheni, capite, pateris, flabello, candelabro, linteis & quibusdam alijs, ad sacrificia pertinentibus Vid. Fabricium in Româ c. 7. p. 82. In cæteris oblationibus habebantur SALINUM & PATELLA: Illud vas erat, cui sal ad mensæ & sacrificiorum utrumque imponebatur. Arnobius: *Sacras facitis mensas salinorum adpositæ & simulacra deorum. l. 2. ad verl. gent. quæ salina exinde cum sigillis integræque vocabantur. Patella vero vasa erant picata, auctore Festo, sacrificijs faciendis apta: Cicero & Livius fictilia dicunt. Talem videre mihi videor in numo cap. seqq. litt. A. Val. Max. C. Fabricium salinum & patellam deorum habuisse scribit. Persius sat. 3.**

*Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum,  
( Quid metuas ? ) cultrixq; foci secunda patella.*  
**Hinc Dii Semones et Medioxumi, (id est, qui non sunt**

sunt coelestis, sed mediæ potestatis.) *Patellâ* dictâ, quod patellâ colerentur, non autem iusto sacrificio, cæcis victimis. Vid. Cœl. Rhod. l. A. 3. Andr. Alciatum lex. Plaut. voc. Medioxumâ item voc. Patellarii. De Laribus Patellariis lego Bernartii ad l. 1. Theb. Statii. ACERRAS arcu- las fuisse tradunt Grammatici, ubi thus repon- batur. Virg. *Ferre pro & plenâ supplex venerant*. acerrâ l. 5. Æn. ad quæ Servius: *id est arcâ thuragli*. Horat. *Quid velint flores & acerra thurâ Plena mi- rari* l. 3. od. 8. Persius: *At bona pars proceram taciâ libabit acerrâ*. sat. 2. Vid. Ovid. l. 8 Metam. Prus- densius *Thuribula* vocat. hym. 3. *μεγίστη*. Eorum pictura extat ap. Choulum l. de Rel. vet. Rom. in variis numis & marm. p. 135. 237. 298. 315. 325. nec non lib. de Castramet. Rom. p. 50. & in ta- bellâ nostrâ litt. P. VATILLVM Helenius Acro- dicit deminutivum à vase, vas parvum, in quo pro felici hospitum adventu, incensis odoribus sacra fiebant. Refero etiam huc ΟΥΛΟΧΟΙΟΝ *sive* *δυλοχοῖον, ἀγῆιον, εἰς ὃ αἱ ἑλὰὶ ἐμβάλλον* πρὸς ἀπαρχὰς τῶν θιῶν. Item CANISTRA, sive corbes catinosqve, in quibus primitias & fructus obferebant. Vid. Tibull. l. 1. eleg. 10. Suet. in Galb. c. 28.

Vasa libatoria mensis similiter insiste- bant quæ TRIPODES dicebantur, de quibus Luca- nus l. 5. Phars. in quas etiam libabant. Servius de eorum usu ad l. 1. Æn. *In mensâ lasium libavit* bono.

*Egorem: Tangit, scribit, morem Romanorum, qui paniceas sacratasq; mensas habebant, in quibus libabant; ut: Hecus etiam mensas consumimus, inquit Julius. Alias tripodes abaci fuere, ex quibus vina ministrabant. Val. Max. l. 4. c. 1. Plin. l. 34, Paulus καὶ ἐποχὴν Delphica vocat. l. 3. ff. de Supell. leg. Addebantur tripodibus hiscē **CORTINÆ**, quarum meminit Plinius H. N. 34. 3. Cortina, ait Alciatus, vas est ex aere aut plumbo, quo lana inringuntur, vel aqua calescit, vel oleum continetur, sedioribus hiscē muneribus aptum, Plinius de M. Catoni. Videtur autem ludis Circensibus solistum adferri cortinas, ut equi inspergerentur, cujus muneris & Ulpianus meminit. Lex. Plaut. voc. Cortina. Possunt de mensis sacris videri Scaliger ad Fest. & Lipsius in Saturn. Quoddam vas vinarium æneum, ansâ patens, in deductione ferebatur, quod **PRÆFERICVLVM** dicebant, cujus figuram adnotavit Choul p. 249. 252. 253. 268. & Vrsinus p. 55. 76. Inter vasa libatoria erant **GUTTI & SYMPVLIA**. Manius Curius guttum ligneum, quo uti ad sacrificia consueverat, in medium protulit. Victor. c. 33. Vides sumptuosiorum varias formas hinc inde ap. Choulium, Vrsinum, in Gruteri inseribit. in numis Sambuci, & supra ap. nos litt. Q. & R. itemque cap. seq. litt. A. & B. Ut vinum, ait Varro, minutatim funderent, à gutri guttum adpellarant; quod sumebant minusacrum à sumendo Sumpulium nominarunt;*

natiunt: In hujusce locum in conuiuio successit epictus  
 & cyathus; in sacrificiū remansit guttus & sumpuli-  
 um. Ap. Agellium tamen Guttus est ampulla olei,  
 ad ungenda corpora, post lavationem in balneis adhi-  
 beri solita. 17. 8. A Sumpuliis mulieres divinis  
 deditæ Sumpulatrices dictæ. **CARCHESIA**.  
 Sappho ap. Macrobiū κοινή δ' ἅρα πάντες  
 παρέχουσ' ἔχον καὶ ἑλπίον l. 3. Virgilius: *Capē*  
*Mæonii carchesia Bacchi Oceano libemus.* l. 4. Georg.  
 Vid. Ovid 7. Metam. Fuere poculi genus na-  
 viculæ simile, longum & procerum, veluti  
**CYMBIA**. Vid. Macrob. 5. 21. quæ & ipsa in sa-  
 crificiis adhibita, teste Virgilio in eccl. **PATERA**  
**RÆ**; quales Horatius Conforino promittit  
 l. 4. od. 8. Ovidius: *Vinag. marmoreâ paterâ sum-*  
*debat in aras.* l. 9. Metam. Varro: *In sacrificando*  
*hoc poculo (paterâ) Magistratus dat deo vinum.*  
 l. 4. de Ll. **CRATERES**. Virg. *Craterasq. duos*  
*statuam tibi pingui olivi.* Theocritus idyll. é:

Στασὼ ἢ κρητῆρα πῆγαν λευκοῖα γάλακτι

ταῖς Νύμφαις. στασὼ ἢ ἡ ἀδέος ἄλλον ἐλαίω.

**Crater**, ait Scaliger F, erat ingens vas vinarium,  
 quod in mediâ mensâ supra machinulam incitegati  
 destituebatur: Ex eo Cyathū vinum hauriebant,  
 quod hic dicitur emiscere. ad l. 5. astr. Manill.  
**ΓΑΥΛΟΙ**. Theocritus: Στασὼ δ' ὄκτω ρῆ  
 γαυλὰς τῷ Πανὶ γάλακτος l. c. Ad quæ Zacharias  
**Calliergus**: Γαυλοὶ, ἀγλαῖα χυτρουδῆ γαλα-  
 κτοῦδε



κτοδόχα, ἐν οἷς πῆσκει τὸ γάλα. παρὸ καὶ  
 εἴρη) πλεονασμῷ τῆς ὕ. Ἄλνα καὶ ἀμολγίας  
 καλῶσιν. ΣΚΑΦΙΔΕΣ; quas nobis iterum  
 Scholiaſta adprime doctus describit ἀγεία, οἷς  
 ἀκατεῖδισαι τὰς μελικηρίδας. Earum memi-  
 nit Theocritus idyll. cit. COTHVRNA. Cata-  
 naus: *Cotburnum vas est, quo in sacrificiis vinum  
 effundebatur.* ad ep. 3. l. 8. Plin. PELLÆ id est  
 phialæ, quibus utebantur in sacris. Coel. Rhod.  
 L. A. 28. 6. MELLARIA, vasa vinaria. Macro-  
 b. l. Saturn. CALICES. Apul. in apol. HIRNEÆ,  
 & HIRNELLÆ, de quibus Festus & Camera-  
 rius in Plautum. SYMPINIA, quæ adducit  
 Juvenal. in sat. SINVS. Virgilius: *Sinum lactis,  
 & hac tibi liba Priape quotannis.* ecl. 7. Vid. Ser-  
 vium in schol. Addenda his. δέπας vel δέπαςρον,  
 ἄλνους, λοιβάδαι, λοιβεῖα, λοιβάσια,  
 Epichyses, cyathi, depeſta, calpar, armillum,  
 bries &c. de quibus Struck. f. 52, 54. Plura de vasis  
 libatoriiis Giraldus synt. 17. pag. 495.

In mysteriorum sacrificiis CISTIS ute-  
 bantur. Psyche ap. Apulejum Cererem *per taci-  
 tas sacra cistarum* supplicat. l. 6. A. A. Theocri-  
 tus: *ἐρὰ δ' ἐκ κίστας πινυμένα χερσὶν ἐλοῖσαι.*  
 Bacch. Tibullus: *Et levis occultis conscia cista sa-  
 cris.* l. 1. el. 17. Ovidius l. 2. de art. am.

*Conditæ si non sunt Veneris mysteria cistis.*

Cc

Casul-

Carullus:

*Celebrabant Orgia cistis;**Orgia, que frustra capiunt audire profani.*

Hinc Mytheria alias *Seclassa*, Plinio *Opertanea* sacra adpellata; taliaque erant *παμύλια* Oshridis; *Πισμοφόρια*, & Demetria, & Eleusinia Ceresis; *ἱπποκάρια* Minervæ, Aphrodisia Veneris, Orgia Bacchi &c. Ap. Athenienses *ἐλευσφόρια* festum fuit, quo agebantur mytheria, ab *ἐλευαις* id est cistis vimine contextis, quæ ansas malignas habebant. Jul. Pollux l. 10. *Orgia* autem & sacrificia in genere dicebantur, & in specie mytheria, atque ita vel *ἀπὸ τῆς ὀργῆς*, ob bacchantium furorem; vel *ἀπὸ τῶν ὄργων*, quod in montibus frequenter fierent; vel *ἀπὸ τῆς ἑργασίας*, quia initiati inde arcebantur; de quibus, ut & mytheriorum *εἴρη*, vid. Giraldum synt. 17. p. 464. Stuck. f. 9, 10. Adde Muretum V. L. 14, 2. Dicebantur etiam *Initia*, non quidem quod melioris vitæ initium fuerint, ut perperam conjicit Vossius de idol. 2. 14. sed ab *Initianda*, quod est sacris primam adhiberi; unde & quibus id contigit, *initiati*, & *initiorum dies*, quibus sacra hæc celebrabantur, dicti sunt, teste Livio. Ipla sacrorum operatio nuncupata fuit *μύησις*, quique in primâ ejus dignitate constitutus erat, audiuit *μύησις*; qui in extremâ, *ἐπέμνησεν*. Ultima enim sacrorum meta erat epoptam

epoptam ac ephorum fieri, totusque opus fait  
 intercederet annus, antequam Myſtes evaderet  
 Epoptes. Evolve Harpocratonem & Suidam :  
 Item Paulum Voet notis ad Muſai Leandr. v.  
 142. In genere, qui ſactis his intererant, voca-  
 bantur *μυεῖσθαι*, *τελεῖσθαι*, *τελείσκεσθαι*, *τελεῖν*,  
 à quo etiam ipſum ſacrum, & hinc univerſe  
 ſacrificia *τελών* ac *τελείων* nomine gaudebant;  
 non quod vitæ malæ eſſent finis ac perfectio, ut  
 denuò autumat Voſſius l. c. *Μυστικὴν θυσίαν*  
 poſtea ſacrificia quædam horrenda humana vo-  
 cabant, in opprobrium Chriſtianorum, quibus  
 ita S. Euchariftia adpellabatur. Vid. Michael  
 Pſellus p. 18. Ducebantur autem iniciandi per  
 aliquot cruciatus; Et quidem, ut voſt Elias  
 Cretenſis, per XII; ſecundum Nonnum vero  
 per LXXX, quales erant: Ignis, frigus, fames,  
 ſitis, flagra, itineris moleſtia &c: Vid. Holſte-  
 nium not. in vit. Pythag. à Porphyrio con-  
 ſcriptam. In epulis porro myſteriorum, cya-  
 thorum ac patinarum loco ex TYMPANO  
 edebant & CYMBALO bibebant, teſte Julio  
 Fiamico de err. prof. relig. ubi & certa iteraban-  
 tur ſymbola; v. g. qui orgia participabant, vo-  
 cabantur *leones*, mulieres *hyane*, qui miniſtra-  
 bant, *corvi*; patres; *aquila* & *accipitres*; ro-  
 gabantur etiam, cujus facinoris maxime  
 impij ſibi conſcii eſſent? Porphyrius: Τὰς μὲν  
 μετέχοντας τῶν αἰνῶν ὁργίων μύστας λεόντας

καλῶν, τὰς δὲ γυναῖκας ὑαῖνας, τὰς δὲ ὑπηρε-  
 τῶντας κόρακας ἐπὶ τε τῶν πατέρων. αὐτοὶ γὰρ  
 καὶ ἱερακεῖς ὅτοι προσαγορεύοντο, ὅ τε τὰ λεοντικά  
 παραλαμβάνων, περιέειχον παντοδαπὰς ζώων  
 μορφάς. l. 4 περὶ ἀποχῆς, §. 16. Talis tessera  
 est ap. Clem. Alexandrinum: ἐκ κυμβάλας ἔπιον  
 ἐκ κρηνοφόρησας. ὑπὸ τὸν πᾶσιν ὑπὶ δούλον. admon-  
 nit. ad gent. & Jul. Firmicum: θύος ἐκ πέτρης.  
 l. c. Ap. utrumqve: Τᾶν δὲ δράκοντων, καὶ  
 δράκων ὑαῦρον πάντη. Vid. amussitatum litte-  
 ratorem Casaubonum exerc. 16. sect. 43. De  
 NAVIBVS sacris contulit quædam Giraldus,  
 quem adi l. de navigiis, cap. 8.

Nihil hîsce, ne eadem recoquamus, de  
 sacrorum vasorum formâ adjicere fas est: Me-  
 morandum tamen illud, quod artificiosè fabre-  
 facta, variis quæ imaginibus curiosè cæolata fue-  
 rint. Vid. picturam Præfericuli ap. Choulum  
 pag. 308. & in tabellâ nostrâ thecæ Cultrariæ  
 litt. G, Secespitæ litt. L, lancis litt. O, acerræ  
 litt. P, labri litt. B, lampadis litt. C. Apulejus:  
*Urnula faberrimè cavata, fundo quàm rotundo,  
 miris extrinsecus simulacris Ægyptiorum effigiata;  
 ejus orificium non altiusculè levatum in canalem  
 porrectum longorivulo prominebat: Ex aliâ parte  
 verò multum recedens spatiosa dilatione adharebat  
 ansa, quam contorto nodulo superfedebat aspidia,  
 squammæa cervicis stricte tumore sublimis.* l. ult.  
 fabb.

fabb. Miles. Ita Choulius candelabri, quod in mirando Salomonis erat templo, figuram describit: *Là estoit encores le Candelabre de la tige, du quel sortoyent le chascun costé trois rameaux, à la sommité desquels se monstroyent six petites lucernes, représentant les sept planettes, & la tige du milieu portoit la plus grande par laquelle estoit figuré le soleil.* pag. 6. Judæis tamen R. Moses prohibet talium usum **המצות כלים ועליהן** id est, si inveniuntur vasa imagine solis, luna, vel draconis signata. lib. Akom c. 7. §. 10. Latinis vasa hæc sigillata dicta sunt, ut & ipsæ cælaturæ *Sigilla*. Cicero: *Adposuit patellam, iniqua sigilla erant egregia; iste continuo ut vidit, non dubitavit illud insigne penatium hospitaliumq; decorum ex hospitali mensâ tollere.* 6. in Verr. In sacrificiis igitur & abluebantur, quod cap. XI. pag. 256. laxius ostendimus; & decoris inluper fertis, prout huic vel illi Deo sacrum fieret, exornabantur. Virgilius: *Vina coronant.* ubi Servius: *Vina pro poculis.* l. 1. Æn. Et l. 3.

*Tum pater Anchises magnum cratera coronâ  
Induit, implevitq; mero, divosq; vocavit.*

Et l. 7. *Crateras leti statuunt, & vina coronant:*  
Tibullus l. 1. el. 10:

*Hunc purâ cum veste sequar, myrtoq; canistra  
vinctâ geram, myrto victus & ipse caput.*

Idem l. 2. el. 5.

*Aur è veste sacris tenacēt umbracula fertis  
vincla, coronatus stabit & ipse calix.*

Veneranda antiquitatis monumenta labrum  
adhuc nobis coronatum exhibent, quod amico  
lectori initio hujus cap. depinximus litt. B. Nec-  
non acerram, quam habemus ibid. litt. P.

Conflata autem videmus sacra vasa vel ex  
AURO & ARGENTO, quod ad supellectilem suam  
parandam Jethova πολυπάνου ΦΘ obferri jubet.  
Exod. 25. Aurea quaedam vasa in Judaeorum  
sacris usitata recensentur in Joma c. 3. §. 10.  
Gentiles auro placatiores sibi fore deos crede-  
bant, dicente Britannico, cum *fistilibus, ligneis  
& vimineis magis essent propitii*, tum propter  
materiam, tum propter artis simplicitatem,  
ita scribente Seneca. Porphyrius: *Δὲ τὰ τοῦ  
καὶ τοῖς κεραμείοις ἀγείοις, καὶ τοῖς ξυλίνοις,  
καὶ πλεκτοῖς ἐρχόμε καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς δη-  
μοτελεῖς ἱεροποιίας, τοιούτοις χαίρειν πεπυσμένοι  
τῷ θεῷ. ὅθεν καὶ τὰ παλαιότατα ἤδη κερά-  
μια, καὶ ξύλινα ὑπάρχοντα, μᾶλλον θεῷα νενά-  
μινται Δὲ τε τὴν ὕλην καὶ τὴν ἀφίλῃα τῆς τέχνης.*  
l. 2. de abst. §. 18. Ideo & Persius adeo in istos  
invehitur sat. 2.

*Si tibi crateras argenti, incusq; pingui  
Auro dona feram, fudes, & pectore laevo  
Excultas guttas, latari prae trepidum cor:*

*Hinc*



*Gemmarumq; illi radiantes lucibus ignes :*

*Hinc Pompeja manent veteris monumenta  
triumfi.*

Vid. omnino Eruditorum haud ambigue primicerii, Scaligeri F. notas in h. l. Vel ex CRYSTALLO & VITRO. Plinius: *In sacris quidem, & inter has opes non murrhinis crystallive, sed fictilibus prolibabatur simpulis innocentius.* H. N. 35, 12. Ap. Suetonium est *catinus vitreus.* in Galb. c. 18. Vel ex ÆRE. Confer Plinium H. N. 34, 3. Ap. Porphyrium est *χαλκή τεράπιζα* in *Διοσωολίσις*. l. 2. *περὶ δότοχῆς*, §. 30. Persius: *Saturniaq; impulit æra.* sat. 2. Quod scholiastæ explicant: *quoniam æs Saturni tempore imprimis in Sacris usu venerit.* Sed quis non videt eò respicere Poëtam, quod ærarium populi Romani servaretur Romæ in templo Saturni, in foro; unde & *æs Saturninum*, & *aerarium Saturni* vocatur? Vid. Fabritium in Rom. c. 9. Joh. Livinejum not. ad cap. 36. paneg. Plin. Tibure in æde D. Pauli inscriptio: *ÆRAR. SATVR. CVRATORI. Romæ in S. Mariæ de Palmâ: QVAESTORI. AB. AERARIO. SATVRNI.* Ibid. ad D. Petrum: *PRAESESSET. AERARIO. SATVRNI.* Mediolani in mensæ cujusdam. latissimâ inscriptione: *C. PLINIUS. L. F. C. N. OVF. CAECILIUS. SECYNDVS, &c. PRAEFECT. AERAR. SATVRNI.* Circa Jovis templum ex dodonæo ære pelves erant, quarum si quis unam leviter tetigisset, omnes protinus continuatâ complosione tinniebant: Ausonius  
etiam




etiam quotidiano Solis ortu radiis contactas cre-  
pâsse ait. Vnde proverb. *Æs dodoneum*; de quo  
Erasmus in Chiliad. Parrhasius comm. in l. 1.  
Claud. de rapt. Proserp. Aliquando auro & ar-  
gento confuso miscebatur, quod *as Corinthium*  
dictum fuit. Vel è LIGNO. Vid. quid de marmo-  
reis ac ligneis mensis habeat Stuckius f. 66.  
Giraldus: *tibia in sacris erant è buxo: in ludis, ex*  
*tibia asinina osse aut ex argento.* Synt. 17. pag. 499.  
Et qui multa Giraldo debet, Choul: *I' ay obser-*  
*ve q, les flustes desquelles ils usoyent es choses sacré-*  
*es, estoyent de bouis: Et celles, qui seruoient pour*  
*les ieux, estoyent d' argent.* pag. 300. Repete,  
quæ supra de Gingrinâ fistulâ observavimus.  
Vel è VIMINE. Vid. loc. Porphyri supra cit. l. 2,  
§. 18. Vel denique è LVTO ac limo. Persius:  
*Vestalesq, urnas & Thuscum fictile mutat.* l. c. Ti-  
bullus l. 1.

*Adsitis Divi! nec vos è paupere mensâ  
dona, nec è puris spernite fictilibus.  
Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis  
pocula, de facili composuitq, luto.*

Vasa הַרְרִינִי הַרְרִינִי *fictilia Hadriani* indu-  
cit Codex Abhoda Sarâh 2, 9, 4. Hæc, quod ex  
Sami insulæ terrâ præstantissima conficerentur,  
*Samiæ* dicta sunt. Vid. Alex. ab. Alex. cum  
notis Tiraquelli. Plautus: *Ad rem divinam,*  
*quibus est opus, Samiis vasis utitur.* Capt. 2. 2.  
Atque talis vasorum sacrorum materia præpri-

mis placuit Numæ, attestantibus Juv. sat. 6. & Cic. l. 1. paradox. ita, ut ipse septimum collegium Figulorum instituerit. Plinius H. N. 35, 12. Sed & hoc in luxum postea abiit, ut figlina artificii invento aromatibus subacta fingerentur, cujusmodi ex Copto advehebantur: Vnde *Coptica* dicta fidelia ex myrrhâ, junci flore, croco, balsamo, cinamomo, amomo confecta. Vid. Ludov. Cœlium Rhod. A. L. 27. 27.



## Cap. XVIII.

**P**roceditur ad tractationem de victimis. Victimarum etymon. Stuckius exhibetur. Hostiæ etymon. Differentia inter victimam & hostiam. Minima exta. In victimis deligendis ante sacrificia aliquot requisita. Ætas victimarum. Bidentes unde dictæ? Porci sacres. Victimarum circa corpus requisita. Animalia à Qelñ. Verus sensus loci Exod. 12. 5. Vitia corporis etiam apud Judæos animalis sacris ineptum reddebant. Ebrais mutila animalia quamam? Sexus victimarum. Varia variis diis animalium species immolata. Oves ambigua. Arnobii vetus lectio contra Vossium retenta. Fordicidia sive Fordicalia. Varia nomina ineptorum sacris animalium. Sacerdotes victim-

*victimarum ante sacrificia seduli spectatores: Idoneas signabant: Modi signandi explorandi. Egregia victima. Legere rbum sacrorum. Victima lecta, eximia. Virgilius enucleatur. Donati inconsideratū holion. Casus Ebraorum; quando victima perdebatur, quando perdita, sed post sacrificium, reperiēbatur. Color victimarum. Quibus dis nigra immolata victima? In superum sacrificiis alba victima cur? Victima rufa, crocea. Vnde tot subinde victima candida aut nigra desumpta? Varia flumina pecudes dealbantia. Plin locus tentatur. Clitumni aqua ad abluendum magis quam potandum adhibita. Herba agri Falisci comesta dealbabant pecora. Georgi Valle lectio calcatur. Clitumnus describitur. Jupiter Clitumnus. Alie aquae dealbantes recensita. Miraculum Cyzici factum. Nitri usus in dealbandis victimis. Nitrum apud veteres fucus ac mundus. Nitrum cur matronicum? Jeremia locus explanatur. נתר quid? Nitrum unde? נתר unde? Petri Valle lapsus notabilis. Cretata ambitio. Genuinus sensus in Juvenalis loco apertus. Cretaeus ap. veteres. Tria explorationis hostia.*

*hostiarum genera in sacris ante victimati-*  
*onem. I, Molæ adpersio. 'Ουλαί, ἐλόχυλα*  
*ἐλοχύται. Mola salsa confectio. Salsa fru-*  
*ges. Fornacalia. Fornax dea. Far cur edor*  
*dictum? Adoreæ significata. Mola species.*  
*Varia descriptiones mola. προθύμαλα. Gra-*  
*cis quid ἐλαί? Immolare quid propriè?*  
*Vnde dictum? Isidorus junior quisnam?*  
*Ejus cesspitatio. Augeri. Hostia Maëtæ. For-*  
*mula quadam sacra ap. explorationem.*  
*Maëtare, augere, magmentum, aug-*  
*mentum voces solemnes. Mos cultrum su-*  
*per tergus victima ducendi. II, Pilorum*  
*abscissio. 'Απαρχαί: Prima libamina.*  
*Ex Virgilio alius à Scholiasta sententiâ sensus*  
*eruitur. Alia ratio abscissionis pilorum. III.*  
*Vini adfusio: Quod prius à sacerdote &*  
*presentibus libabatur. Cujus officium vi-*  
*num adfundere? Κατάσπασις. Alius hujus*  
*explorationis modus in superum, alius in*  
*inferum sacrificiis. Invergere & fundere*  
*verba solemnia. Auribus victimarum aqua*  
*infusa, cur? Ταινία: quanam? Choul &*  
*Stuckius notantur. S. Hieronymi loco ratio*  
*adfigitur. Victima infulata & vittata.*  
*Ligaminum in vittis descriptio. Vittæ rega-*  
*lium*

*lium victimarum purpurea. Victima corona-  
 nata. Coronæ pro vittis. Varia in Lycophrone lectio, & probata expositio. Ornari  
 verbum solemne. Fascia in tergore victimarum.  
 Victimarum cornua deaurata. Victimæ majores, grandiores, optimæ. Victimæ maximæ. Ebraorum victimis lingua  
 coccinea adligata: Inde omina litationis  
 capta. Loco Jesaia 1. 18. ingens lux confer-  
 tur. Numerus ternarius in sacrificiis fre-  
 quens. Virgilius declaratur. Perfectum sa-  
 crificium è tribus animalibus. Τρίτῳ. Ju-  
 piter unde Τέλειον dictus? Conjectura in  
 Aristotelis locum. Gentilibus trinitas ac uni-  
 tas DEI non ignota. Etiam septenarius nu-  
 merus in sacrificiis aliquando usitatus. Item  
 vicenarius. Εικοσίβοια. Et millenarius:  
 Chiliombæ. Maxime tamen centenarius.  
 Hecatombæ: Earum etymon: Varia ad-  
 pellatio: Descriptio. Julianus victimarius  
 dictus, & cur? Johannis à Meyen excogi-  
 tatum reprobatum. Hecates etymon. Jupi-  
 ter Hecatombæus: Apollo Hecatombæus: Diana Hecatombæa. Hecatombæ-  
 on quis mensium? Unde reges ad tot Heca-  
 tombas suas adsidue victimas ceperint?*

Procu-

**P**ROCUBUERE jam sacerdotes,  
 roduntque silentia; laurum mani-  
 bus quatunt albatī sacrificolæ;  
 exsunt profanī; fuccinī pręstō  
 sunt victimariī; strinxēre cultros Popæ; splen-  
 dent gutti, coruscant secespitæ, lucent fores,  
 micat flamma, calet focus! Sistamus ergo ad  
 aras victimas sive hostias: Illas Servius dictas  
 putat à Victoriā; Alii, quod vi ictus percussæ  
 conciderent; Alii, quod victæ ad altare duce-  
 rentur; Stuckius nimis frigide, à Victu, qui  
 Sacerdotibus constiterit ex victimis, f. 8. Ælius  
 Stilo victimam voluit esse vitulum à vigore.  
*Hostiam* Festus adpellatam ait, quod hostiretur  
 id est feriretur seu caderetur; alibi tamen aliter:  
*Hostia sacrificium, quod Laribus immolatur, quod*  
*ab iis hostes sic arceri putabant.* Servius similiter  
 ab Hostibus deducit, quod hostia à pergentibus  
 in hostem mactetur, atque hoc modo à Victimā  
 distinguit, quod hæc post victoriam immole-  
 tur: Cum quo ferè consentit Naso l. 1. fast.

*Victima que dextrā cecidit vittrice vocatur;*

*Hostibus à domitis hostia nomen habet.*

Confundit tamē hoc ab auctoritate, idem Scho-  
 liaſta non it inficias, Agellius aliter discernit,  
 quem refellere laborat Popma, qui *bestiā* de par-  
 vis accipit animalibus; *Victimam*, de magnis. l. 2.  
 de diff. verb, cui prævit Corn. Fronto de diff.  
 voc. in fin. Scāliger ex Isidoro *victimam* de ma-  
 gnis



*agnos perfectos, anniculos.* Joma 7.3. De perfectitudine autem & numero vid. R. Sheringham in h. l.

Deinde ad **CORPORIS HABITVM** attendebant, an integer esset & decorus. Non enim apta erant, quæ caudâ carebant, aut mutilatam habebant, aut quorum cauda articulum suffraginis non contingebat, aut ad aras humeris adlata, aut ulcerosa, aut quoquo modo imperfecta (castrata tamen quadrupedes ob defunctos fuere immolata. Suidas voc. ἐντομίδια) Plinius 8, 45. Suidas voc. ἑλάργα. Cœlius L. A. 12. 1. Solon ea ἀφιλή vocat. Athenæus: ἔδιν ἡλοφὸν προσφίρομεν πρὸς τὰς θύρας, ἀλλὰ πάντα τέλεια καὶ ὅλα. l. 15. c. 5. De Judæorum agno immaculato legitur Exod. 12, 5. ubi *errare eos recte* monet exactissimus ille rituum Judaicorum enarrator ac Ebraicorum scribtorum interpres, Sixtinus ab Amama, *qui ad colorem id protrahere nituntur; cum de perfectione & integritate intelligendum sit.* antib. bibl. l. 2. p. 460. 461. Cæterum de victimis sibi obferendis ita sanctissimus Zebaoth: *Homo vota solvens, vel sponte obferens, quicquid illud obtulerit in holocaustum domini, ut obferatur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ovibus, & ex capris; si maculam habuerit, non obferetis; neq; erit acceptabile. Homo, qui obtulerit victimam pacificorum domino, vel vota solvens, vel sponte obferens tam de bobus,*  
*quàm*



quàm de ovibus, immaculatum obferet, ut acceptabile fit; omnis macula non erit in eo: Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem; non obferetis ea Domino, nec adolebitur ex eis super altare Domini. Bovem & ovem aure & caudâ amputatis voluntariè obferre potes, votum autem ex eis solvi non potest. Omne animal, quod vel contritum, vel tonsis, vel sectum, ablatumq; est testiculû, non obferetis Domino, & in terrâ vestrâ hoc omninò ne faciatû. De manu alienigena non obferetis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare volueris; quia corrupta ac maculata sunt omnia; non suscipietis ea. Levit. 22. vers. 18. & seqq. Et alibi. Sin autem habueris maculam, & vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliquâ parte deforme aut debile, non immolabitur Domino Deo tuo. Deut. 15, 21. Necnon ap. Prophetam Malachiam cap. 1, v. 8: Si obferatis cæcum ad immolandum, nonne malum est? Et si obferatis claudum & languidum, nonne malum est? Et paulò post: Et intulisti de rapinâ claudum & languidum, et intulisti munus: Numquid suscipiam illud de manu vestrâ, dicit Dominus? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino. vers. 13, 14. Certè quodque primogenitum & decimum, etiamsi idololatriæ prius civitatis, modò non esset mutilum, Deo exhibendum erat. R. Moses: תמימים הרי הן קדשי מזבח וימותו i. e. Primogenitum & decimû quodq; animalium,

D d

lium, quod perfectum est, altari est debitum ac  
*mandandum* l. de Idol. c. 4. §. 14. Licet alias Ebra-  
 is omnia illa animalia, quæ sacrificiis non erant  
 destinata, mutila ac labe maculata dicerentur;  
 quod Idem R. Maimon refert: **פסוקי חרי**  
**בהמתו בכללן** Id est *Mutila con-*  
*tinguntur generali nomine bestiarum.* l. c.

Tertio notabant SEXVM ac SPECIES  
 victimarum: Neque omnes omnibus immola-  
 bantur, sed maribus mares, foeminis foemina,  
 steriles sterilibus, prægnantibus prægnantes,  
 huic taurus, illi porcus, isti ovis &c: quod  
 enixè inculcat lex. XII Tabb. c. de host. & obf.  
 sacr. tit. I. de religione: **QUÆQUE. CUIQUE. DIVO.**  
**DECORÆ. GRATÆ. SINT. HOSTIÆ. PROVIDENTO.**  
 Hunc delectum gentibus exprobat Arnobius:  
*Quæ est enim causa, ut ille tauri deus, hædi alius*  
*honoretur, aut ovibus hic lactentibus porculi, alter*  
*intensis agni: hic virginibus bubuli, capti ille cor-*  
*nuti; hic sterilibus vaculi, ac ille incrementibus scro-*  
*fis; hic albensibus, ille atris: alter foeminei generis,*  
*alter vero animantibus masculini?* l. 7. advers. gent.  
 Pertinent huc verba Servi: *Victimæ numinibus*  
*aut per similitudinem, aut per contrarietatem immo-*  
*lantur. Per similitudinem, ut Nigrum pecus. Pla-*  
*toni. Per contrarietatem, ut: Porca, quæ obest fru-*  
*gibus, Cerei; & caper, qui obest vitibus, Libero;*  
*item capra Esculapio, qui est Deus saluti, cum ca-*  
*pra nunquam sine febre sit.* ad l. 2. Georg. Vid.  
 Ciccr.

Cicer. l. 2. de Ll. cum notis Vrsini, Itemque in Opere magno Gruteriano Neapolitanum fragm. p. 116. & seqq. & Inscriptionem fratrum arvalium p. 121. Tacitus *sacrificiorum* mentionem facit, quibus *gravidas immolare bestias mos erat*. l. 15. ann. Eumenidibus oves uterum gestantes cædebantur, teste Pausania Ita Junoni qq. oves, quæ geminas pariebant, adligatis altrinsecus duobus agnis, dicebanturque ex oves *ambiguae*, ut docet Placiades Fulgentius. Telluri porca gravida. Arnobius: Telluri *matrem scrofa inciens immolatur & facta*; at Minerva virginis virgo ceditur vitula, nulli unquam stimuli, nullius operis excitata conatu. l. 7. advers. gent. Vbi magnus Vossius l. 5. inst. Or. c. 2 sect. 5. recte interserit particulam conjunctivam Et: cur autem *inciens in ingens* transmutari cupiat, non video, neque ei accedendum puto. Est enim *inciens scrofa*, ut scribit Festus, *cujus uterus jam incipit incitari*. Fordicidia sive Fordicalia festum fuit, quo boves fordæ id est prægnantes publice immolabantur. Varro. Proserpinæ contra sterilis vacca procidebat. Virg. 6. Æn. Aegyptiis, Derbicibus & barbaris ad Caucasum gentibus foeminam in victimam dare severe prohibitum erat: De quibus etiam intelligenda forte illa Porphyri: τῶν ὁμηρικῶν θεῶν οἱ ἀνθρώποι τῆς γυναικὸς ἐνεκα ἐκ μύσθου ἢ ἀψαρχῆς ἐπαμοθέησαν. l. 2, §. 11 Sed quænam animalia huic illi deo oblata fuerint?

fuerint vid. Choul de relig. vett. Rom. pag. 297. Vossius l. 1. inst. or. c. 5. sect. 33. & nos infra, cum ad species victimarum devenietur copiose per-  
lustrabimus.

Incongrua ad immolationes animalia adpel-  
labantur *ἀρῖα, ἄρμα, μὴ ἔμπυρα*. Cœl. Rhod. L. A. 12. 1. Ad hæc tria requisita sagacius digno-  
scenda sacerdotes, illorumque ministri, ut  
Popæ & victimarii, victimas à plantâ pedis ad  
caput usque explorabant ante sacrificia, nihil-  
ne illis inesset vitii. Choul p. 303. & ejus compi-  
lator Stuckius f. 76. Quod si perfectas eas inve-  
nissent, terrâ certâ (quæ olim ceræ loco in ob-  
signandis epistolis adhibebatur, & de quâ mox  
dicemus) consignabant, aut notam eis inure-  
bant, si credimus Virg. l. 3. Georg. Apud Por-  
phyrium sunt *καθαροὶ μόχοι καὶ συσφραγίζο-  
μενοι*. l. 2, §. 55. Aegyptii Sacerdotes, si munda  
esset victima, cannabem cornibus adligabant,  
teste Diodoro. Græci tauros farinâ; capros, ci-  
ceribus; capras frigidâ aquâ explorabant: Inde  
si gustare abnuissent, ineptæ ad immolandum  
habebantur, Vid. Lud. Cœlium. l. c. Ipsæ autem  
victimæ primùm eligebantur è grege, & tunc  
egregie nominabantur, ubi & *legere* verbum  
solemne notandum: postea eximebantur; cu-  
jus segregationis etiam disertè meminit R. Mai-  
mon de Idol. c. 8. §. 1. ideoque *eximia* ac *lecta*  
vocabantur. Festus. Macrob. sat. l. 3. c. 5. Quic-  
quid

quid etiam Donatus cum suis adsertoribus ob-  
ganniat, majores & liberius pastas victimas  
*eximias* fuisse dictas, quasi *eximiâ* specie, quod  
etiam Virgilius innuat, cum ait: *Quattuor exi-  
mios præstanti corpore tauros*. Verum hoc equi-  
dem, omnes victimas lectas, excellenti corpore  
& conspicuâ formâ fuisse, sed quod inde *Eximie*  
dictæ sint, quod *eximiâ* fuerint specie; id fal-  
sissimum. Vid. schol. Ejus in Terent. Hecyr. I, I.  
Quamvis ibidem mirè permixtus sibi met non  
constet: adeò crudeles manus iniquissimorum  
mangonum auctor hic passus videtur. Victima  
talis votita & lecta si ap. Ebræos perditâ fuisset,  
aliam loco ejus obferebant: Quod si autem pri-  
ma illa jam facto sacrificio iterum esset inven-  
ta, in loco clauso custoditam fame interire sine-  
bant. Vid. Sheringh. c. 6, §. I., ad Joma.

Pertinent in primis etiam ad ea, quæ ante  
sacrificia spectabantur, **COLOR**; qui in iis  
hostiis, quæ Inferis, Bellonæ, lustrationis ac  
tempestatis tempore mactabantur, niger; in  
coelestium contra victimis, albus eminebat.  
Causam reddit Arnobius: *Quia, inquit, superius  
diu, atq; omnium dexteritate pollentibus color latus  
acceptus est ac felix hilaritate candoris: At vero Diu  
lævis, sedesq; habitantibus inferas, color furvus est  
gratior & tristibus subiectus è facie*. l. 7. advers. gent.  
Laërtius: *ἐκάθησεν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν  
λίμὸν τῆτον τὸν τρέπον. λαβὼν πρὸ βαλῆ μελανὰ*

τε καὶ λάκκῳ, ἤγαγε πρὸς τὸν ἄρπον πᾶσαν. καὶ  
 κείθεν ἔλασεν ἰέναι οἱ βέλοιντο, προσάξας τοῖς  
 ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλινῇ αὐτῶν ἕκαστον  
 δύφιν τῷ προσήκοντι θεῷ. καὶ ἔτω λῆξαι τὸ κακόν.

l. i. vit. Epim. Spartianus in Severo: Primum ad  
 Bellonæ templum ductus est, deinde hostiæ furvæ sunt  
 adplicite. c. 22. Tibullus: Interea nigras pecudes  
 promittite Diti. l. 3. el. 5. Virgilius: Nigram hiemi  
 pecudem, Zephyrū felicibus albam. Idem l. 5. Aen,

— — — Totidem nigrantes terga juvences.  
 Vineaq; fundebat paterū, animamq; vocabat  
 Anchisa magni, manesq; Acherontis remissos.

Ibidem:

— — — Huc casta Sibylla,

Nigrarum multo pecudum de sanguine ducet,

Idem 6. Aen:

— — — Nigrantes terga juvences

Constituit — — — — —

Ibid.

— — — Atri vellerū agnata,

Buso ferit. — — — — —

Seneca Oed. 3. 1:

Nigro bidentes vellere, atq; atra boves,

Retro trahuntur. — — — — —

Vide Hadr. Junium cent. 5. adag. 56. Ap. Ho-  
 merum Tellus qq. & Sol nigris coluntur agnis:

Ὅπιστε δὲ ἄρ' ἕτερον λάκκον, ἑτέρην ᾗ  
 μέλαινα,

Γῇ τε καὶ ἡλίῳ.

Ad

Ad fuperorum verò, ut diximus, sacrificia, albi coloris victimæ destinabantur. Ita Jovi omnibus Idibus à Flamine bos candidus ex agro Falisco aut Menaniâ, nondum subactus, & quinquennalis, sacrificabatur. Vid. Eoquelinum ad sat. 2. Persl. Arnobius: *In Albano antiquitus montes nullo. alios licebat, quàm nivei tauros immolare canderi.* l. 2. advers. gent. Ammianus Marcellinus: *Immolabat oves candidas, terrâ quasitâ & mari.* l. 22. c. 30 Idem: *οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Κέλσῳ.* *ἂν σὺ νικῆσῃς, ἡμεῖς ἀπωλόμεθα.* l. 25. c. 15. Ovidius: *Albaq; perfusâ victima fronte cadat.* l. 1. fast. Juvenalis: *Niveam regine cadimus agnam.* sat. 12. Horatius: *Quiq; vos babus veneratur albus.* carm. sec. Seneca: *Adpellito aru. candidum targo bovem.* Oed. 2. 2. Idem: *Et nivea magnas victima ante aras cadat.* Agam. 3. 2. Silius l. 3. Pun.

*Jamq; Deûm regi, Martiq; sub omine fausto  
Instauratur bonus, niveq; ante omnia tauro  
Placatur meritû monitor Cyllenius aru*

Aliquando tamen victimas & rufas, & croceas, & similes; sed eas rariores videmus.

Vnde autem, rogabis, candidæ aut furvæ subinde victimæ? Clitumnus sc: amnis erat in Mevaniâ, parte Umbriæ, partis Thusciz, (ut vult Servius, at Probus Etruriæ flumen à fonte navigabile dicit, Plinius in Faliscum locat) cujus aquâ albescebant. Ejusd. naturæ Cephisus

sus fuit. Melas vero & Porcinus sive Porcinus  
nigras reddebant. Plinius : In Falisco Clitumno  
amnis aqua potata candidos boves facit ; in Boëtia  
amnis Melas oves nigras : Cephissus ex eodem lacu pro-  
fluens albas ; rursus nigras Porcinus. H. N. 2. 106.  
Jam fermè errasse dixissem Plinium : nisi calcu-  
lo suo pro eo agere videretur Seneca Qq. Nat. 3,  
25. Idcirco corruptum hunc suspicor locum, &  
nescio, quid substituam ; forte *motata*, sc. : & in  
bibendo & abluendo sæpius agitata ; aut simi-  
lem vocem ? Non enim potando solum, verum  
& abluendo albi reddebantur, quod Virgilius  
clare indicat l. 2 Georg.

*Hinc albi Clitumne greges, & maxima tauras  
Victima, sæpe tua perfusi flamine sacro,  
Romanos ad templa Deum ducere triumphos.*

Quid disertius Propertii verbis ?

*Quà formosa suo Clitumnus flamina luto  
integit, & niveos abluit unda boves.*

De potu certè nihil aut parum ap. auctores  
occurrit. Interim herbis agrorum Faliscorum  
& ad Clitumnum fluvium, eadem virtus anti-  
quis scribitis tribuitur, ut futuræ victimæ in  
agris Faliscis pascant, & ex proximo flumine ablu-  
ant, dealbata videantur. Ovidius l. 3. am. el. 13 :

*Ducuntur niveæ populo plaudente iuvenæ,  
quos aluit campis herba Falisca suis.*

Quem versum non temerè duobus locis repe-  
tit : nempe l. 1. fast.

*Colla*



*Colla rudes operum prabere ferienda iuveni,*

*Quos aluit campis herba Falisca suis.*

Et l. 4. el. 4. de Ponto :

*Colla boves niveos certa prabere securi,*

*Quos aluit campis herba Falisca suis.*

Idem l. c. el. 8.

*Agnaq; tam lactens, quam gramine pasta*

*Falisco,*

*Victima Tarpejos inscit ista focos.*

Juvenalis sat. 12 :

*Pinguior Hispullâ traheretur taurus, & ipsâ*

*Mole piger, nec finitimâ nutritus in herbâ ;*

*Lata sed ostendens Clitumni pascua sanguis.*

Ubi quidem Georgius Valla Ditumni legit contra reliquorum Scribtorum fidem, & ineptè. Vid. qq. Statius l. 1. Silv. Eleganti mehercule Epistolâ, cujus tamen pars posterior periit, Clitumnum commendat Plinius avunculus, quæ est 8. l. 9. Adducere autem eam non pigebit.

**C. PLINIVS. ROMANO. S.** Vidistine aliquando Clitumnæ fontem? Si nondum; & puto nondum, alioquin narrasses mihi: Quem ego (perit et tarditæ) proximo vidi. Modicus collis adsurgit antiquæ cupressu nemorosus & opacæ, Hunc subter exit fons, & exprimitur pluribus venis, sed imparibus; eluctatus, quem facit, gurgitem: Latè gremia patefacto purus & vitreus, ut numerare jactas stipes, & relucens calculos possis. Inde non loci devertitate, sed ipsâ sui copiâ, & quasi pondere, impellitur. Fons

D d 5

ad huc,

adducit, etiam amplissimum flumen, atq; etiam navigium  
 patiens. Hucusque fragmentum Epistolæ. Sed  
 Vossius de Idol. 2, 79 epistolam hanc cum valde  
 immutatam, & ut videtur, integram adducit;  
 tum eam 8. citat l. 8, nisi librarium potius dor-  
 mitasse, cum numerum scriberet, dicamus.  
 Ejusdem aliquas qualitates occultas recenset,  
 inter cæteras ingentes artes prægloriosissimus poë-  
 tarum (ita in monumento, Romæ in monte  
 Quirinali invento, & ab Impp. Arcadio ac Ho-  
 norio ei posito audit: ) Claudianus paneg. de 6.  
 cons. Honorii:

*Quin & Clitumni sacras victoribus undas,  
 Candida quæ Latii præbent armenta triumphis,  
 Visere cura fuit; nec te miracula fontis  
 Prætereunt: Tacito passu quem si quis adinet,  
 Lentus orat; si voce gradum majore citasset,  
 Commixtu ferveret aquis. Cumq; omnibus una  
 Sit natura vadu, similes ut corporum umbras  
 Ostendant: hæc scia novam, jactantia sortem,  
 Humanos properant imitari flumina mores.*

Vnde & Jupiter Clitumnus cognominatus. Vibius  
 Sequester: Clitumnus, Umbria: ubi Jupiter eo-  
 dem est nomine. in catal. fluminum. De aliis  
 fluviis & aquis quibus Plinius arvis: Eudicus  
 in bestia & Euthice fontes duos tradit esse: Ceronem,  
 ex quo bibentes oves nigrae fieri: Mellem, ex quo  
 albas: Ex utroq; autem varias, Theophrastus in Thur-  
 zii Crastin candorem facere; Sybarim nigritiam  
 bobus.

*bobus ac pecoribus*. H. N. 31, 2. Seneca: *Quibusdam fluminibus vis inest mira. Alta enim sunt, quae potè inficiunt greges ovium, intraq; breve tempus, quae fuere nigrae, albam ferunt lanam, quae albae venerant, nigrae abeunt. Hoc etiam in Boeotiâ amnes duo efficiunt, quorum alteri ab effectu Melas nomen est, uterq; ex eodem lacu exeunt, diversa facturi. In Macedonia qq, ut ait Theophrastus, est flumen, ad quod, qui facere albas oves volunt, adducunt: Quod, ut diutius potavere, non aliter, quam infecta mutantur. At si illa lanâ opus fuerit pullâ, paratus gratuitus infector est, ad Ceronem eundem gregem adpellunt. Auctores novos habeo, esse in Galatiâ flumen, quod idem in omnibus efficiat: Esse in Cappadociâ, quo potè equi, nec ulli praeterea animali, color mutatur & spargitur albo cuti. Quæst. Nat. 1, 3. c. 25. Ad Solinum c. 33. Vitruvium 8, 3. Martianum Capellam l. 6. c. de Aegypto. Carystium Hist. Mir. c. 149. Atque hæc de modo per flumina dealbandi victimas. Non omittendum hîc memorabile illud, quod referunt de Cyzico urbe Asiæ: in quâ, tum à Mithridate obsessâ, cum sacerorum solemini diæ vaccam nigram sacrificare mos esset, & ea in bello, clausâ urbe, haberi non posset, atque ob eam rem sacerdotes valde angerentur animi; non sine miraculo inspecta est in mari ejusmodi bestia ad terram adnatare, utroque templo se obferre, ubi à Cyzicenis immolata fuit. Porphyrius *περὶ ζώων* 1: 25. Fulgos. 1, 6.*

Ali

Aliquando & nitrum inter cornua adfufum docet Joh. à Meyen ad l. 4. Aen. Virg. ut candidiores (sic auguror) & mundiores evaderent victimæ; quia olim nitrum inter munditias & κόσμος, præsertim muliebres; quod testatur Athanasius, Episcopus Alexandrinus sive quicumque libri illius auctor est. Ita autem ille: ὅταν ἰψῆς τὸ πρόσωπόν σου, ἐν ἰψηλαῖς δύο χερσίν, ἔδε μὴ ἐκτερίψῃ τὰ μῆλα τῆς ὀψιῶς σου, ἔδε μὴ βάλης πόαν, ἔδε νίτρον, ἔδε τὰ ὅμοια τέτοις. αἱ κοσμητικὴ δὲ ταῦτα ποιεῖσιν. l. de virg. Ovidius l. de medicam. faciei:

*Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis  
desit.*

Et paulò post:

*Thus ubi miscueris radenti corpora nitro.*

Vid. insuper Aristoph. in Thesmoph. Jul. Pollucem onom. 7. 22. Isidorum etym. 16, 2. Del-Rio adagg. Sacrr. Drusium observ. 13, 8. Inde Tralliano & Nicolao Myrepso nitrum vocatur *matronicum*, quia matronarum κόσμος. Drogo Hostiensis docet, *nitro tubera, & pustulas, & navos abradi*. Adi etiam Levinum Lemnium de herb. bibl. c. 10. Respicit huc locus Prophetæ sanctè inluminati: *licet laveris te בנתך* id est *in nitra, & multiplicaveris tibi herbam borith*. cap. 2, 22. Lutherus non malè vertit: Und wann du dich gleich mit laugen wüschest/ und nemest viel Saiszen dazu. Alii alienus in *cresá* explicant, licet

licet etiam B. Lutherus illud Proverb. 25, 20: *Removens vestimentum in die frigoris, acetum super* נִתַּן interpretetur optimè: ein zerrissen Kleid im Winter/ und Essig auff der Kreiden. Ubi Buxtorfius & alii *Nitrum* ponunt: Bened. Arias retinet vocem *Nathar*. Sanè *nitri* Latina atque Græca vox videtur esse ab Ebræo illo נִתַּן quod est אֲנִי soluit, solvit; quia nitrum solvit & abluit sordes. Neque linguam Ebraicam callere videntur, qui vocem νίτρον, παρὰ τὸ νίξιν τὸ νίτριν deducunt, quamvis etymon non adeò sit absurdum. Vid. denitro Plinium 31, 10. Dioscor. l. 5. c. 130.

Nimium quantum labitur hîc falliturque Petrus Valla adserendo *boves candidos Jovi immolandos Cretâ inlitos fuisse*; id quod probare nititur ex Juvenale scribente:

*Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum  
Cretatumq; bovem.*

Eodem ap. Persium sensu haberi ait *Cretatam ambitionem*, cum h. l. σὺν ἐνδοξικῶς Candidati Magistratus denotentur lineis albisq; vestibibus induti, quas fullones cretâ infecisse non equidem nego. At in illo Juvenalis loco, nec interpretes cum Vallâ consentiunt, nec ego cum interpretibus aut Vallâ; qui primus, quantum memini, acu sensum hujus loci tangere, eumque ope quidem Herodoti & Victorii, operâ vero

verò meâ explicare conor. Communiter Poëta  
 scholiasta *Cretarum* hîc exponit tropicè album,  
 qui aliàs Vallæ calculum facile eriperet: Sed  
 uterque lupus circa puteum. Attendamus igitur  
 nos homini venerandæ eruditionis Petro  
 Victori sive Victorio, qui talia profertur:  
*Terra cuiusdam, quâ pro cerâ utebantur in litteris ob-*  
*signandis Asia populi, meminit Cicero; illiusq; argu-*  
*mento amoliri crimen à L. Flacio, quem defendebat,*  
*cenatus est; quod scriptum testimonium, quo reus*  
*valde premebatur, ceram haberet, non cretam,*  
*quâ omnes illi homines, & in publicis, & in privatis*  
*litteris, uti consueissent: Vnde argumentabatur, illud*  
*factum & adulterinum esse. Cretam enim Asiaticam*  
*adpellat. Ejusdem qq. mentionem fecit Herodotus in*  
*Euterpe b. v. Καὶ ἐπειτα γῆν σηματρίδα ἐπι-*  
*πλάσας, Ἰπ. Γάλλε) τὴν δακτύλιον. Loquitur*  
*autem de institutis Sacerdotum Aegyptiorum, qui*  
*boves rei divina idoneos, & qui pro victimis recte ca-*  
*di possent, antea diligenter spectabant, probatinq;*  
*notam hoc pacto adponebant, cum capiti poenâ*  
*plecteretur, qui bovem novâ Sacerdote antea probatū,*  
*& ut ipse loquitur ἀσήματον immolasset, &c: Hæc*  
 Victorius V. L. 14, 4 Vide etiam Zieglerum de  
 testamentis tab. 3, § 16. Clarius vel Sole meri-  
 dianò inde videre est, quid *Cretarus* sit *bos*? ni-  
 mirum non *cretâ* dealbatus, non candidus;  
 sed *terrâ* certâ notatus, sed ob signatione, de  
 quâ supra, ad sacrificandam idoneus iudicatus.

Et

Et hæcenus quidem de Victimarum exploratione ante Sacrificia.

Superfunt tres alii Explorationis victimarum, in ipsis sacrificiis, ante victimationem aut percussionem, modi. Primus fiebat MOLÆ ADSPERSIONE. Frons itaque victimæ (velut & aræ, & cultri) molâ salâ conspergebantur, quam infusionem: ἐλάς, & ἐλόχυτα, sive ἐλοχύτας vocârunt, ab ἐλή hordeum, & χέω fundo. Eustathius: ἐλαί, inquit, sunt κριθαί, μετὰ ἀλῶν μεμιγμέναι, αὐτὴν ἐπέχουσιν τοῖς ἱερουργομένοις ζωοῖς πρὸ τῆς θύρας. Seneca Oed. 2, 2: Et sparge salâ colla taurorum molâ Ovid. l. 15. Metam.

*Imponiq; sue videt inter cornua fronti,  
Quas coluit, fruges.*

Horatius l. 2. serm. sat. 3:

*Tu quum pro vitulâ statui dulcem Aulide natâ  
Ante aras, spargisq; molâ caput improbe salâ.*

Virgilius l. 2. Aen:

*Me destinat ara,  
Jamq; dies infanda aderat mihi sacra parari,  
Et salsa fruges, & circum tempore vitta.*

De cultris idem Seneca: Tangensve salâ victimam culter molâ. Thycst. 4, 1. Componebatur autem mola salâ ex aquâ, sale (unde ipsa à Virg. 2. Aen. & Arnob. l. 3. advers. gent. *salsarum frugum* nomine insignita) & farre tosto; quod Numa

ad

ad rem divinam adhiberi necessario sancivit, necnon Fornacalia, ferias annuas torrendi faris, instituit, teste Plinio l. 18. H. N. & à veteribus Fornax dea culta fuit. Mola illa sive far, ab Edendo *Edor* vocabatur, quia farre primi usi sunt homines; sive, quia ex eo panes ad aras obferebantur hinc sacrificia *Adorea* nominata; quæ vox etiam pro gloriâ & victoriâ non raro ponitur. Erant autem molæ illius variæ species v. g. *Arister*, *Hygieia* &c. Vid. Pollucem, Hesych. Etymol. Athenæum l. 3. *Mola sala*, ait Festus, est far tostum, & sale conspersum. Iſo Magister: *Mola* est genus sacrificii ex farre & sale, unde ignem adſpergebant, & cultrum, & hostiam. gloss. ad Prudent. p. 827. Turnebus: *Molam salsam* interpretantur ferè omnes fruges molitas. advers. 7, 13. Douza: *Mola* est far tostum & molitum. ad Plaut. Poen. 3, 1. Tale hordeum sale conspersum; item siligo seu placentulæ, aris, ut jam docuit Prudentii Scholiasta, infundebantur, additâ vaporatio-  
ne thuris. Quæ omnia *προθύματα* dicta. Cælius L. A. 12, 1. At Græci fruges integras, nec fresas, nec molitas, adſpergebant hostiis; inde *ἐλας* & *ἐλοχύται* vocârunt eas hordei fruges, quæ erant integræ: quibus itidem sal admiscebatur. Plura de Molâ sallâ Lambinus ad Horatium, Chabotius ad eund. Vict. Giselinus atque Jac. Spiegelius ad Prudentium, Salmuth. ad Pancirollum tom. 1. tit. 14. Choul de relig. vett. Rom.



p. 287. & 308. Stuckius antiqq. conviv. l. 30. & l. de Sacrif. f. 97, 98. Lauremberg. in antiquar. M. Martinius Lex. philol. Taubmann. ad Plaut. & Virg. Phil. Pareus Lex. Crit. Phil. Caroli antiqq. Rom. l. 11. Matth. Vnzerus physiol. sal. & 22. Israël Clauderus de Sale c. 3.

Propriissimè hoc erat *immolare* id est mola salsa, seu hordeo sali commisto, frontem tergusque victimæ conspergere; unde mirum, Episcopum Hispalensem Isidorum, qui ad differentiam senioris Isidori Episcopi Cordubensis Junior cognominatus est, & vixit seculo septimo, hæc tam communia ignorasse, & tradidisse, *immolare* inde esse, quod in mole altaris posita *victimæ* caderetur. Immolatæ hostiæ prius dicebantur *augeri*; postea *maçta*, quasi magis auctæ. Vnde Plautus dixit *Maçtare malo & damna* id est magis augere. Aul. 3.5. Vid. Taubmanni notas. Arnob. advers. gent. Beroald. in Suet. Aug. Clamabant enim quoties mola, vel thus, vel vinum super victimam fundebatur: *Maçtus est taurus thure, vino, &c.* Vid. Isidorum l. 10. Servius ad illud Virg: *Maçte novâ virtute puer.* l. 9. Aen. *Maçte. id est, magis auctæ, affectatæ gloriæ: Et est sermo tractus à sacro. Quoties enim aut thus, aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: Maçtus est taurus vino, vel thure: Hoc est: Cumulata est hostia, & magis aucta.* Hæc ille. Extis etiam *Deos se maçtare* dicebant, ut est apud

Eo

Plau-

**Plautum.** *Maſtare* igitur & *augere*, *magmenti* & *augmenti* voces ſolemnes erant in ſacrificiis. Vid. Briffon. in form. & Voſſium inſt. Orat. 4, 10, 9. Ex eo poſtea *maſtare* loco honorare dixere. Ad Lipſium A. L. 4, 5. Erat autem certus immolandi modus, quando cultrum molâ conſperſum à fronte victimæ ad caudam uſque obliquum ducebant; de quo Lucanus: *Obliquoq; molâs inducere Cultro.* l. l. Phars. & Seneca: *Tangens ſalſâ victimam culter molâ.* l. c. Paulus Manutius ad proverb: *Maſtatâ hoſtiâ lenior.* Explorabatur, ſcribit, *hoſtia*, ducto per frontem cultro, idq; *maſtare* vocabant: *Vnde qui ſpectatâ ſunt virtute, maſtes virtute dicimus.* p. 618.

Alter erat **PILORVM ABSCISSION**, quæ proximè immolationem cum cultro ſequabatur. Evulſos hosce hoſtiæ pilos, & quidem è fronte, cum quadam molarum parte, igni ſuper aram accenſo committebant, ac *δοταρχας*, *prima libamina* vocabant. Homerus, *δένων ἐκ κεφαλῶν τόμους τείκας.* Il. γ. Stätius l. 5. Theb.

*Ardua ferro*

*Signati capita, & frugum libamine puro.*

Virg. l. 6. Aen.

*Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,  
Ignibus impoſuit ſacri libamina prima.*

Idem. l. 22.

*Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro  
Summa notant pecudum.* Id

Id est, pilos in fronte cultro præscindunt. Servius tamen aliter: *Erant probationes, utrum esset animal aptum sacrificio: Obliquū etiam cultrum à fronte usq; ad caudam ante immolationem ducere consueverant; nam hoc est quod dicit: Tempora ferro summa notant pecudum.* schol. in h. l. Abscissiq; nem illam pilorum præterea etiam in memoriam antiqui vestitus, qui constitit ex pilis, factam, monet Eustathius ad Hom: Et plures alias causas superaddere nititur Stuck. f. 99. & 100.

Mactæ tertio frontem ac tergo victimæ, priusquam, vel etiam dum preces inchoabant, sacerdos VINVM INTER CORNVA AD-FYNDEBAT, quod & ipse antea leviter degustabat, aliisque adstantibus gustandum defererebat, ut testantur Petrus Gualterus Chabotius not. ad Horat. Choul p. 308 & qui cum audacter exscribit Stuck. p. 99. *Frustra enim dñs carnem obferebat, qui poculum non propinabat*, ait Clariss. Boxhornius orat. de Theol. pag. Virg. l. 6. Aen.

*Quattuor hic primum nigrantes terga juveneos  
Constituit; frontiꝫq; invergit vina Sacerdos*

Ovid. 7. Metam.

*Admoti quoties templis, dum vota Sacerdos  
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.*

Idem i fast.

Es a

Roda

*Rode caper vitem, tamen hinc, cum stabis ad aram,  
In tua, quod spargi cornua possit, erit.*

Juv. sat. 12.

*Quippe ferox vitulus, templi maturus & aris,  
Spargendasq; mero.*

Quin & ad ipsos sæpe sacrificantes infusionem hanc pertinuisse colligimus ex Virg. 4. Aen.

*Ipsa tenens dextrâ pateram pulcherrima Dido,  
Candenti vacca media inter cornua fundit.*

Ad quæ verba Struckius duobus locis citat verba Servl, de quibus in meo exemplo ne γεῦ quidem extat: Nos, ut diximus alibi, aliquando scrupulum hunc de Servl editionibus ponderabimus. Rhodienses victimæ humanæ in saturnaliis ante mactationem vinum prius propinabant, teste Porphyrio περὶ δαιχῆς l. 2, §. 54. Dicebatur autem infusio illa κατὰ πρῆσιν. Differentia hic inculcanda inter superum et inferum hostias: His vinum versâ manu in sinistram partem ita invertebant (nota verbum solemne) ut patera converteretur, illis supinâ manu fundebant. Joh. à Meyen ad 6. Aen. Adde Ang. Politianum misc. c. 26. Auribus qq. victimarum aquam, ut victimæ adnuerent, infusam docet Myrtilus: οἱ μὲν ἱερεῖς τὸ ὕδωρ εἰώθεσσι ἐμβαλεῖν εἰς τὸ ἕς τῆ ἱερῆς, ὡς ἐπινδύτης τελεταῖς l. 2. rerum Lesbb.

ORNAMENTA jam, quæ ante immolationem victimis dabantur, considerata veniunt,

niunt, quæ adpellabâtur *ταυρία*, & simul *ζώας*,  
*διωμὲς* ac *διυδύματα* complectebantur. Atque  
 adeò errat Choulus p. 301, cum suâ. cornicu-  
 lâ Stuckio p. 77, qui *ταυρία*, item vitris signifi-  
 cari ait lora, sive fascias, quæ ex infulâ depende-  
 bant. S. Hieronymus ex eo, quòd hostiæ essent  
 ornatae, meretriculas *expolitas libidinum victimas*  
 vocat. I. contra Helvid. Obvelabantur autem  
 INFVLA sive VITTA, quibus adpendebantur  
 simplicia ligacula, vel, si optimæ essent Victimæ,  
 inaurata redimicula quasi è globulis contexta,  
 ad modum earum sirpicularum, quæ etiam ho-  
 die Pontificiis ad preces numerendas inter-  
 viunt. Ejus exemplum è marmøre antiquissi-  
 mo. Choulus suppedieavit, quod capiti huic  
 litt. F. præfiximus. Ita de iis (licet in significa-  
 tu *ταυρία* ac vittarum toto cælo errret). Choul:  
*Si l'hostie est en grande, elle marchoit pour estre immo-  
 lée, avecques la front, & les cornes dorées, enrichie  
 de petits chappelets, & patenostres dorez, qui lui  
 pendoyent des cornes de ça & de là. Si la victime petite  
 devoit estre immolée, elle estoit couronnée du rameau  
 de l'arbre, qui estoit dédié au Dieu, auquel se faisoit  
 le sacrifice: ou bien elle estoit accoustree d'une infale  
 de laine, de laquelle pendoyent, deux liens, qui sont  
 nommez en Grec ταυρία, & Vitta en Lat. p. 300.  
 & 301. Audiamus jam de victimarum infulis ac  
 vittis poëtas. Virg. 2. Aen. Et falsa fruges & cir-  
 cum tempora vitta. Et paulò post: Vittaq; deum  
 quas hostia gessi. Idem. 3. Aen: Ec 3 Stans*

*Stans hostia ad aram*

*Lance dum niveâ circumdatur infula viteâ.*

Ovid. l. 15. Metam.:

*Victima labe tarans. & praestantissima forma,*

*Sistitur ante aras, vittâ praeignâ & aura.*

Juvenal.

*Maclare vovebit*

*De grege servorum magna & pulcherrima*  
*quâq.*

*Corpora, vel pueri & frontibus ancillarum*

*Imponet vittas, & si qua est nubile illi*

*Iphigenia, domi dabit hanc altaribus.*

Regales Victimæ vittâ purpureâ ornabantur.

Seneca Thy. 4, l.

*Post terga juvenum nobiles religat manus,*

*Et mæsta vittâ tempora purpureâ ligat.*

**CORONÆ** porro aut victimis nudis, aut etiam jam vittatis imponebantur. In actis Apostolorum Sacerdos Jovis tauros & coronas adfert, Jovi sacrificaturus c. 14. vers. 13. Vid. Corn. à Lapide in h. l. itemque B. Parentis mei Prodr. Philol. S. p. 33 & seqq. Plinius: *Ferunt primum omnium Liberum Patrem imposuisse capiti suo coronam ex hedera: Postea deorum bonori sacrificantes sumserunt; victimis simul coronati.* H. N. 16, 4. Statius l. 5. Theb. *Tum fera ceruleis intexit cornua sertis.* Prudentius hym. 10. *Wieris.*

*Huc taurus ingens, fronte torvâ & hispidâ,*

*Sertis revinctis aut per arcos florens,*

*Aur impeditus cornibus deducitur.* Idem;

Idem :

*Vittulae revinctae**Fronte coronatas umbrabat tota cupressus.*

Nos ex marmore, ubi integrum sacrificium, caput victimæ coronatum Lectori init. cap. litt. G. excerptimus. Aliquando tamen coronæ pro vittis sumuntur. Lycophron : ἱς βαθεῖαν λαμῖσας πιμαθῆναι σεφηφόρον βέν. Ubi alii legunt σεφασηφόρον; Canterus optimè vertit; *Vittatam vaccam*. Jos. Scaliger eruditè exprimit : *bovem infulatam*. Propriè autem victimæ nec vittis velari, nec coronari dicebantur, sed ornari; ut docet Servius ad illud Virgill. *Velati ramiis olea*. l. ii. Aen. Non coronati, inquit, nec enim lagentes decebat; Sed instructi & ornati, id est, in manibus olive ramos ferentes. Sic Homerus : ἑμμεῶν ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβάλλον δαπέδων &c. Velati autem ornati, ut illo loco significat : Victori velatum auro vittisq; juvenum. Cum vittis non velentur aut coronentur victimæ, sed ornentur. Hæc ille. Inter quoq; Victimarum fasciam aliquam ex utraque parte hinc & inde dependentem in numis & marmoribus conspicio. Vid. tab. litt. F.

Bovum, caprarum, ac arietum cornua sæpiusculè DEAVRABANTVR, ipsique Majores hostiæ & grandiores, teste Athenæo, ac primitus opima, teste Livio, dicebantur. At maxima hostiæ vocatæ sunt ovilli pecoris, non ob corporis quantitatem, sed propter animam placidior-

Ec 4

rem.

rem. Festus. Ovidius: *Albaq; opimorum colla ferire boum.* de Pont. 4. 9. Plinius major: *Deorum honori in sacri nihil aliud excogitatum est, quam ut auratis cornibus hostia majores dantaxat immolarentur.* H. N. 33, 3. Plinius junior: *Augustioribusq; aru & grandioribus victimis invocaretur.* in paneg. Vid. Catanzæum in h. l. & Macrobium l. 3. Saturn. Plutarchus: *Post hos ducebantur auratis cornibus armentales boves viginti mitris ornati & corollis.* in P. Aemil. Antiochus Syriæ rex Hierosolymam obsidens Judæis taurum auratis cornibus, thus & aurea vasa, ut Deo in tabernaculorum festo obferant, largitur. Vid. Fulgos. i. i. Virg. 9. Aen.

*Et statuat ante aras auratâ fronte juvenem  
Candentem.*

Ovid. l. 10. Metam.

*Blandi inducitur cornibus aurum  
Conciderant ista niveâ cervice juvenca.*

l. 15. Metam.

*Victima lahe carens & prestantissima formâ  
Sistitur ante aras, vittu præsigni & auro.*

Tibullus. l. 4. el. i.

*Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.*

Juvenalis:

*Auratam Junoni cade juvencam.*

Prudentius hym. 10. πρῆξις.

*Necnon & auro frons coruscat hostia,  
Setasq; fulgur brachialis inficit.*

Val.



Val. Flaccus l. i argon.

*Dabit aurati & cornibus igni*

*Colla pater.*

Martialis 9, 42:

*Felix tant ego, debitorq; veti,*

*Casurum tibi rusticas ad aras*

*Ducam cornibus aureis juvencum*

Vid. schol. Calderini & Mancinelli in Juven.  
l. c. Giraldum synt. 17, p. 499. Stuckium f. 77.

Ebræi Linguam coccineam victimis quibusdam adfigebant; & quidem cervici hirci in expiationis sacrificio mactandi, ut tradunt Talmudici, ad differentiam capri emissarii, cujus capiti adligabatur. Ex illâ postea divinare conabantur, an litâssent, necne: Requirebatur enim ad bonum omen, ut albesceret. Vid. Jd-mac. 4, §. 2; c. 6, §. 6, cum Gemarâ Babylo-nicâ & not. Sheringham. Inde Rabbi Ismaël in cit. Cod. (licet Mischna illa ברתיתא id est *Exotica* inscribatur) illud: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbantur* Jer. 1, 18, dictum esse adserit. Verba ipsius sunt:

לשון של זהורית היר קשור ער  
פתחו של היכל וכשהגיע שעיר  
למזבח היר הלשון מלבין שנאמר אם  
יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו;

id est: *Lingua coccinea adligata erat ad portas templi,*  
*& cum hircus ad desertum accessisset, albescebat;*

Ec 5

quia

quia dicitur: Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, sicut nix albescent. c. 6, in fin.

ΤΡΙΑΣ seu numerus Ternarius. si superis & terrestribus sacrificaretur, imprimis observabatur in hostiis immolandis, vino adfundendo, melle, sale, hordeo &c. adspargendis; temporis spatio, vestium sacerdotum figurâ ac genere; templi & aræ ambitu, extorum concrementationibus, subfumigationibus, vasorum sacrorum figurâ, &c. Hinc illud Pythagoræ symbolum, aut, si magis placeat, præceptum: τοῖς πᾶσι θεοῖσι πρὸς τὸ θυεῖν, ἅπαντα τὰ τῶν χριστῶν id est: Cælestibus impia sacrificata, inferis vero paria. Item aliud: Honora imprimis figuram ac pretium denariorum trias. Vid. Servium, Macrobius, Photarchum, Erasmus, P. Manutium &c. & qui Symbola Pythagorica exposuere, Jamblichus, Marsilius Ficinus, Joh. Capnionem sive Reuchlin, Lilius Greg. Giraldus; & alios: Inde qq. Maronis locus planus evadit: Numero Deus impare gaudet. Ecl. 8. Evolv. Aufonius scribitum elegans de ternario numero; Marsil. Ficinus in Plat. l. 5. de Rep. Petrus Bungum de numerorum mysteriis, Parrhasius in epistolis, Nat. Com. l. 1. c. 10. 11. Poquelinus in sat. 2, Persi, Lauretus in silv. alleg. Stegerus de veter. lotionibus c. 5. Certe sacrificium plenum perfectumque ex se putabatur constare, tauro, & hircio sive capre, adpellaba-

habaturque τριῖος: Sicut Romanis solita urilia  
 ex sue, ove, tauro. Talia τέλει Jovi præcipue  
 oblata invenimus, à quibus eum Cælius τέλειον  
 dictum putat. Sed cur Aristoteles inquit; *Natu-  
 ra impulsos homines trinitati numero in sacrificiū uti:*  
 An juxta quorundam opinionem ideo; quod  
 omnibus hominibus à naturâ nihil frustra ope-  
 rante insitum sit, ut sanctam Trinitatem in di-  
 xinitate sentiant? Verba Philosophi l. i. de celo-  
 bratione: μεγέθους ἢ τὸ μὲν ἐφ' ἐν, ἡραμμή τὸ  
 δι' ὅτι δύο, ἡπίπεδος, τὸ δι' ὅτι τρία, σῶμα,  
 καὶ παρὰ ταῦτα ἐκ εἰν ἄλλο μέγεθος, διὰ τὸ  
 τὰ τρία πάντα εἶναι καὶ τὰ τρις πάντα. καὶ ἅπαντες  
 γὰρ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα  
 τοῖς τρισὶν ὤρεσθαι. Τελούτῃ γὰρ, καὶ μέσον, καὶ  
 δεξιὰ τὴν δεξιὰ μὲν ἔχει τὸ παρὰ ταῦτα ἢ τὴν  
 τριὰδιν. Διὰ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες  
 ὥστε νόμους ἐκείνας, καὶ πρὸς τὰς ἀγνείας  
 χρώμεθα τῶν ἱερῶν τῶ δεξιῶν τάτω. Confes-  
 exemplorum cumulum, quo Schedius clarat,  
 Gentiles trinunitatem Dei-neutiquam igno-  
 rasse. de D. G. 1, 12. Adde Parrhasium comm.  
 in l. i. Claud. d. R. P. A ternario etiam septena-  
 rium haud adeò infrequentem fuisse, com-  
 monstrant Cælius L. A. 22, 12. & 4, 24. Meur-  
 sius den. Pyth. c. 9. Interdum hostiarum nume-  
 rus ad vicenarium extendebatur, sacrificiaque  
 dice-

bantur *ἑκασιβοία*; aliquando ad millenarium, quæ *χιλιόμυθαι*; sæpiſſime ad centenariū, unde *ἑκατόμυθαι* vocatæ, atquæ ita ab *ἑκατόν* Straboni l. 8, quod centum Peloponneſi urbes facerent; aliis ab *ἑκατόν* & *βοός* à centum bo-  
bus, qui ſynecdochicè etiam cœtera animalia comprehendunt; aliis ab *ἑκατόν* *βάσιων* id eſt *πόδων*, quod animalia XXV necarentur quadrupedia, quorum pedes faciunt C: Hinc Hecatombe aliàs *Centumpedum victimatum*, aliàs *οὐσκίων* id eſt *opacum* & *umbroſum ſacrificium* appellatum. Vid. Girald. ſynt. 17. p. 477. Ita autem de iis Julius Capitolinus: *Hecatombe tale ſacrificium eſt: Centum ara uno in loco ceſpititia extruuntur, & ad eas centum ſues, centum oves mactantur. Jam ſi Imperatorium ſacrificium ſit, centum leones, centum aquila, & cœtera huiusmodi animalia centena ſeruantur in vitt. Max. & Balb. c. 11. Alexander M. victis Lacedemoniis Hecatomben immolavit Suid. voc. *Ἀχαιεύς* Amm. Marcellinus: *tauros aliquoties immolavit centenos. 22, 30. Ap. Romanos tempore Caligulae trium menſium ſpatio ſupra CLX. millia victimarum caſa ſunt. Suet. in ejus vitâ. Julianus Imp. Victimarius vocabatur, teſte Marcellino 22, 32, quia innu-  
meras ſine parſimoniâ pecudes mactabat; ut æſtimaretur, ſi reverſiſſet de Parthis, boves defuturos; auctore eod. 25, 15. Rufus vir ſenatorii ordinis inter cœnam optaverat, ne Caſar ſalvus**

salvus rediret ex eâ peregrinatione, quam parabat; & adjecerat: *Idem omnes tauros & vitulos optare.* Seneca de. benef. 3, 27. Vid. not. Gothofredi in h. l. Virg. l. 1. Aen.

## Mittit

*Viginti tauros, magnorum torrentia centum  
Terga suum, pinguis centum cum matribus  
agnos;  
Munera latitantiq; Dei.*

Vir cætera *περὶ πούτος* Joh. à Meyen eos qui navigârunt, vel navigaturi erant, Hecatomben tradit fecisse; quod difficile quidem creditu: & unde tandem satis *ἑκατόμβων*? Fulgentius grammaticus Hecates nomen ab *ἐκατὼν* deducit, ob centum victimas ei mactatas: Ideò etiam Jnpiter, item Apollo *ἐκατμβάιος*, & Diana *ἐκατμβαία* nominata est. Vid. Coel. 13, 24. Et Junius, à quo annum auspicabantur, Atheniensibus *ἐκατμβαίων* dictus. Dionys. Halicarn. l. 1. Rogas autem, unde tot subinde ad sacrificia vellerint victimæ? Audi Xenophontem: *Permisit eudem, ut de omnium scrofarum partu singulos porcos caperent, ne unquam sacrificia regia impedirentur, si quâ re cum Diis communicatâ opus esset.* orat. de form. civit. Laced. Idem habet Alex. ab Alex: *Reges Spartanorum, quum primum in eam adsumti sunt dignitatē, privilegio honoris præcipui, Jovis celestis & Lacedæmonii sacerdotio funguntur; quibus*

ex omni Scrofarum foetu parvus debebatur, ut, si  
 Dis immolare vellent, nunquam victima deesset, l. 2.  
 gen. hier. c. 8.

— — — — —

## Cap. XIX.

**D**eductio victimarum. Sacrificium Am-  
 barvale: Amburbium. Tituli victimarum  
 quibusdam prelati. Ducere, Agere, voces  
 solemnes. Et Agere significatio. Agolum:  
 Stuckio oculi aperiuntur. Officium victimas  
 deducendi quorum? Patrimorum ac ma-  
 trimorum puerorum in deductione ritus.  
 Terram tenere quid sit apud Ciceronem  
 & Arnobium? Varia in Cic. lectiones.  
 Lipsi conjectura laudatur ut ingeniosa, sed  
 non probatur ut vera. Mirandum sacrificii  
 Chthonia Hermionensis. Tristia et leta signa  
 in deductione. Proverb: Agamemnonis  
 victima. Lysimachi effigies quare cornuta?  
 Hostia cur ante sacrificium cicurata? Stu-  
 ckius leviter tangitur. Jorum & Delpho-  
 rum contraria à reliquis gentibus opinio.  
 Varii modi deducendi victimas. Tensa:  
 Earum etymon. Scaligeri P. erronea opinio.  
 Thensa nean Tensa scribendum? Tensa  
 præ

*proprie quid? Cur ita vocata, & non Tenta? Tendere, Tentum, Tentigo vocabula nequitia: Horatius emendatur. Victima ante aras ligata? Stuckius malè simpliciter adfirmat. Servius immeritò à Stuckio adducitur. Stuckig notatur: Juvenalis locus ab eo perverse explicatur. Negativa pars: Ab eà Juvenalis perperam intelligitur. Giraldus notatur. Servius media inter duas illas opinio. Verba Servii clarantur. Verissima explicatio loci Juvenalis. Victima ante percussione soluta. Victima plures uno continuo fune ligata ad sacrific. Sententia Servii limitatur. Hostie quanam ante aras non ligata? Germanorum mos victimam ante aram ligandi. Manus victimis imposita: Cur? Agon' form. in sacris solemnibus: Ab eà Agonia, Agonium, Agonæ. Falsa Suida adfertio. De Suida à iudicium. Agon' etiam in suppliciis usitata. Hoc Age, responsio ad Agon'; à Numà ortum habens. Probatum hac adfertio: Multorum doctorum virum in explicatione formula istius lapsus: Ejus due cause. Vulgata Plutarchi versio castigatur. Græcæ varia significata. πείθειν πείσσειν quid ap. Plutarchum? πείθειν emphatica*

tica significatio. Lutheri versio Act. 6, 3, de-  
 predicatur. Donati scholion reprobatur.  
 Mureti notabilis oscitatio. Faërnus adversus  
 Muretum defenditur. Mureti miranda mo-  
 tio aurium: Ejus mordacitas modestiâ ad-  
 parenti colorata: Ejus elatio; Furta; Ne-  
 fanda libido, & imminens ob eam pœna.  
 Mureto Rome Professor. Giraldi lapsus. Paul.  
 Manutio protervū compiler. Cbouli titu-  
 batio. Stuckl adsentatio erroris causa. Box-  
 bornius notatur. Formula Hoc Age in pro-  
 verbium abiit. Hadr. Junio tutela prestita.  
 Junius & Erasmus notantur. Mureti pro-  
 cacitas in Erasmus. Officium percutiendi  
 victimas quorum? Victima ante aram per-  
 cussa. Stare, Statuere, Admove, vo-  
 ces sacrorum. Victima collum retractum in  
 superum sacrificiis. Ἀνέρου, Ἀνάρου, &  
 ἀναρου. In inferum capita boſtiarum de-  
 pressa. Commentitia Natalis Comitæ distun-  
 ctio. Culter Delphorū victimatorius qualis?  
 Σφατεῖν, θύειν, mactare, immolare,  
 vovule sacrorum. Differentia inter θύειν  
 & σφατεῖν. Varii ap. varias gentes confi-  
 ciendi victimam modi. Percussionem seque-  
 batur jugulatio. Quadam percussio simul  
 jugula-



*jugulatio: In hac ritus erigendi victimas: Percussionis hujus duo modi. Subponere cultros quid? Giraldi figmenta: Eum sequitur Choul. Sanguis in inferiis quò, & quò in superiùs sacrificiis emissus? Victime car ante percussionem expansæ? Expansio hac duplex. Ejs bodierna reliquia. Ap. Ebreos jugulatio ferè usitatissima: Quomodo facta? חֲכֹר וְחִבְתָּ Cervix כִּיר שְׁחִיטָה Avium immolatio qualis? εὐχῆτος victimarum: Earum excoriatio: Excoriandi officium cuius? Dissectio victimarum: Quomodo facta? Victime quando multiplicata? Hostiæ Succidaneæ: Tantùm erant fœmina. Δεύτεραι ἀμείνω. Præcidaneæ hostiæ. προτέλαια. Præcidaneæ porca; agna. Porcus piaculus. Præcidaneæ hostiæ quænam? Hostiæ Primæ. Præsa porca. Josephi Scaligeri, Giraldi, Taubmanni σφάλματα. Succidaneæ & Præcidaneæ unde? Agelli locus à mendis purgatur & plenè restituitur. Beroaldi tarditas: Ejus falsa adlegatio loci Agelliani. Succedaneum à cedere Ictorum vox.*



Mnibus ad sacrificium ritè dispositis atque ordinatis, præcedenti-

Ff

denti-

dentibus lituis ac tubis victimæ ornatae ad templum, & inde ad altare abibant: Quæ quidem, si rura expiarentur, rus; si urbs, urbem circumducebantur; illudque sacrificium *ambarvale*; hoc *amburbium* & *amburbiale*, sive *amburbale* vocabatur. *Am.* enim *Cascis* circum erat & *b* Euphoniæ gratiâ inseritur. Vid. Laurembergi antiquar. Vopiscus in Aureliano: *Itum est deinde ad templum; inspecti libri, proditi versu, lustrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promissa, atq; ita solemnitas, quæ jubebatur, expleta.* c. 20. Apulejus: *Tandem pererratis plateis omnibus, & in modum eorum, qui lustralibus piamentis minas portentorum hostiū circumforaneū expiant.* l. 3. Metam. Vid. Beroaldi not. in h. l. Virgilius i. Georg.

*Terq; novas circum felix eat hostia fruges,  
Omnes quam chorus et socii comitantur evantes.*

Lucanus l. i. Phars.

*Mox jubet & totam pavidū à civibus urbem  
Ambiri, & festo purgantes moenia lustrō.*

Et paulò post:

*Effusam longis amfractibus urbem  
Circūmeunt.*

Ita in Solitaurilibus victima ter exercitum circumagebatur, ut tradit Dionys. Halic. l. 4. antiqq. Iis, quæ pro salute Principis aut Imperatoris occidebant, hostiis in deductione tituli præferebatur, cū inscriptione v.g. *Libēter se movi-*

*cām*

tum relinquant tam bonum Principem superstitem; quale exemplum extat ap. Suet. in Aug. c. 59. Voculae, quando ad sacrificium pergebant, solemnes norandae sunt, *ducere & agere*, quatenus hoc significat ante se pelleri id est minare, docente Festo: Unde *agolum* baculus pastoralis. Cœcutit tamen Stuckius, qui *agoniam*, *Agonaha*, & *agoniam*, de quibus nos infra, abhinc derivat. f. 76. Partes deducendi Victimariis competeabant ac Popis, ut præter marmor, quod depinximus in tabellâ capiti superiori præfixâ, litr. F. infiniti numi ac alia monumenta testificantur: aliquando etiam pueris patrimis ac matrimis, inter quorum ritus erat hic qq. ut nunq. alterum pedem sublatum, nisi ad ingrediendum, haberet, quod est *terram tenere* ap. Cicero- nem: *Aut puer ille patrimus & matrimus, si terram non tenuit, aut tensam aut lorum emisit.* or. de arusp. respp. & ap. Arnobium: *Piaculi dicitur contracta esse commissio, si patrimus ille, qui vocatur puer, emisit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit.* l. 4. advers. gent. Fulvius Ursinus tamen de hoc ritu ambigit, ac meritò commentum esse arbitratur: Ideò alii, *terram tenere* hh. ll. idem esse ajunt ac *terram tangere*; Ant. Augustinus & Pantagathus illum Cicero- nis locum mutant & legunt. *Si tensam non tenuit, aut lorum remisit.* Lipsius ita emungere adlaborat: *Si terram non tenuit.* Verba ejus sunt: *Mihi*  
 ff. 2 *semper*

*semper suspicio fuit corrupta vetusta vacu, & ne-  
fortean Cicero scribisset: Siserram non tenuit, aut  
certè Sisarram. Sisarra propria sacrorum vox, expli-  
catur in veteri Lexico πρὸς τὴν μετὰ τὴν ἑοικωμένην.*

A. L. 4. 3. Magis forte eruditè, quàm verè:  
Neque enim tam ad Arnobii qq. locum quadra-  
re videtur; qui tamen Ciceronem & legit, &  
exscribit. Cœterùm Angliæ, in delubro Tu-  
telæ, in saxo quodam integrum effictum est sa-  
crificium, in quo inter alia puellus nudus (quis  
alius quàm patrimus, aut matrimus?) adpellit  
juvencum, cujus picturam vid. ap. Gruterum in  
Inscribtt. pag. 1007. Vid. Plutarchum in Mario,  
Cic. in Verr. In sacrificio Chthoniæ Hermionen-  
sis à Vetulâ imbellicibus imolandum ad aram ex  
armeto cornibus ducebatur, quem decem aliàs  
viri robusti attrahere non poterant; de quâ re  
ita Aristocles.

Δάμαϊς πολύκαρπι, σὺ κ' ἐσὶ σκελοῖσιν ἀναργής.  
καὶ πᾶς ἔρεχθίδας ἐν ἡμέγα κρίνεται.

Ερμιονίδας τὸν ἐξ ἀγέλης καὶ ἀφ' ὧν ταῦται,  
ὃν ἴ' εἶχ' αἰρώσιν ἄνθρωποι οὗτοι δέκα.

Τῶν γεαῦς σέχουσα μόνη μόνον ἄρας ἔλκε  
 τὸν δ' Ἰππὶ βωμὸν, οὐ δ' ὡς μάτερι παῖς ἐπ' ἤ.

Σὺν τοῖς δάμασιν, σὺν τῷ ἀνὴρ ἱλα εἶρης,  
καὶ πάντων θάλας κλῆρος ὡς ἐρμύνη.

In deductione & percussione, si victima  
refugeret, relinqueretur, mugitum ista daret,  
aut non placide recedente uno ictu caderet, pia-  
culare

culare sacrum & ingratum habebatur; velut optimi contra ominis erat, si victima sponte sequeretur & facile caderet. Suetonius tanq. audax de J. Cæsare facinus: *Cum immolanti aufugisset hostia, profectionem non distulit.* c. 59. Alexandro Severo hostia cruenta aufugientis mortis omen fuit. Lamprid. c. 60. Simile portentum Galbæ mortem prævit. Suet. c. 18. Marcellinus: *Complures hostias Marti parabat Vltori, & ex tauru pulcherrimu decem ad hoc perductu, mondu aru admoti, voluntate suâ novem procubere tristissimi: Decimu vero qui defractu vinculu labque egre reductu est, mactatu ominosa signa monstravit.* 24, 24. Plinius: *Hoc qq. notatum, vitulos ad aras humeri hominu adlatos, non ferè litare, sicut nec claudicante, nec alienâ hostiâ deos placari, nec trahente se ab aru.* H. N. 8, 45. Festus: *Piacularia vocabant, quod sacrificantibus tristia portendebant: süm aut hostia ab arâ profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporu, quam oporteret, decidisset.* Ovid. 7. Metam.

*Mugitus victima divos*

*Edidit, & subito conlapsa sine ictibus ullu,  
Exiguo tinxit subjectos sanguine cultros.*

Seneca. Oed. 2, 2:

*TIR. Placidone vultu sacra & admotas manus  
Patiantur?*

*Vhont terram vulnere adflicti petunt?*

*MAN. Juvenca ferro semet opposto induit,*

FF 3

Es

*Et vulnere uno cecidit : At taurum duos  
Perpeſſus iſtus, huc & huc dubius ruit,  
Anim. m̄q; ſiſſus vix reluctantem exprimit.*

TIR. *In ſiſta magnos ſacra zervorescient &c.*  
Vnde proverbium : *Agamemnoni victima*, de  
quo ita Zenobius : *Αγαμέμνων & θυσία. Ὅτι  
τῶν θυσιῶν καὶ σκληρῶν. Αγαμέμνων & ὁ  
θύωντες ἐν Τροίᾳ, ἐφ' ὧν ὁ βῆς, καὶ μέλας  
ληφθεὶς, ἦδη.* Adde Erasmus in Chiliadd.  
Lyſimachi effigiei, quod ille quondam victi-  
mam auſugientem retinuiſſet, cornua adpiſta  
in monumentis ac numis argenteis æreisque  
extant, quales adducit Choul, & ad eos com-  
mentatur de Lyſimacho loquens : *Accouſtrée de  
ſon diademe, & deux cornes, qui ſignifient, que  
ce Roy arreſta un taureau furieux, qu' Alexandre le  
Grand vouloit ſacrifier, qui étoit eſchappé des mains  
des Victimaires, lequel il retint par les cornes, & le  
tua : Et pour celle raiſon furent adjuſtées à ſes ſtatu-  
es & ſimulacres deux cornes par gros honneur.* pag.  
54. Propterea hoſtias, ne refugerent, miniſtri  
ac v. & imarii cicurabant : Si autem refugiſſent,  
eo maſtari illas loco, quo retinebantur, moris  
fuiſſe adſtruit Stuckius f. 77. id quod ſimpliciter  
non eſt verum; pettarò enim id uſu veniebat,  
ſapiusq; reductas victimas fidem faciunt locus  
adlegatus Ammiani l. 24, c. 24. Itemque mar-  
mor antiquum templi, quod habet Choul p 329.  
ubi Popa porcum humero bajulans inter alios  
ad

ad sacrificium commeantes visitur Vide de his Servium in l. 2. Georg. Virg. H. Savill not. in l. 3. hist. Taciti. Macrobius *planè prohibitum sacrificium fuisse* scribit, *si quando hostia altaribus invita admovebatur, quasi invito fieret Deo.* l. 3. Saturn. At Iones tunc se litare putabant, si hostia mugitum daret: Et ap Delphos nullum reddebatur Oraculum, nî ab imo tora prorsum contremuisset *victima cum omnibus partibus.* Cœt. L. A. 12, 1.

Deducendi ad altaria victimas varii erant modi. In nomismate Hadriani æreo ap. Choulium arietem pedibus anterioribus adducit Popa posterioribus incedentem p. 302. Apud eund. p. 312, 313. in Solitaurilibus Popa suam, aliusque arietem non ligatos adducunt, sed manibus blandiuntur ac impellunt, quomodo etiam Patrimus puer in marmore Angleriano juvencum, de quo supra. Valde autem præ cœteris communis fuit modus loro seu fune sive ligatam cornibus, sive quasi capistro frenatam ducere, quod compluria marmora & nomismata probant, quale nos qq. in capitis præced. apice litt F. adduximus. Vincula illa ac lora *Tensas* dicta adparet ex Ciceronis & Arnobi ll. cc. atque ita non quidem *δοτὰ θεία*, quod ex Asconio complacere miramur J. C. Scaligero de R. P. 1. 32. unde seducti quidam *Thensa* scribunt; verum à tendendo, *quod ante ipsas* (ait Pedianus

3. in Verr. Cic.) lora tenduntur, que gaudent man-  
 tenere & tangere, qui eas deducunt. Erat enim  
 proprie Tensa vehiculum, quo decorum veho-  
 bantur simulacra, quodque trahebatur à bubus,  
 equis vel asinis. Ascon<sup>2</sup>: Tensa sunt sacra vehicula  
 pompa ordinum & hostiarum. l. c. Glossæ: Tensa,  
 ἀπὸ τῆς τέναν. Vid. Lipsius c. 11. de Vest. Vossius  
 de Idolol. 2. 10. Elmenhorst not. ad l. 4. Arnob.  
 advers. gent. Muretus, qui etiam Servium  
 Thersam scribentem flagellat, not. in Catull.  
 Tensam autem non Tentam dixere, quia tentum  
 sæpiusculè, velut & tentigo, & tendendi verbum,  
 ad profanam virilitatis obscœnitatem adcom-  
 modabatur. Apulejus: Cum ego jam vino madens  
 nec animo tantum, verum etiam corpore ipso ad libi-  
 dinem inquires, alioquin & petulans, etiam saucius  
 paulisper inguinum sine, lacinia remotâ impatien-  
 tiam Veneri Fotidi mea monstrans: Miserere, in-  
 quam, & subveni maturius; nam ut vides, praelio,  
 quod nobis sine feciali officio indixeras, jam proxi-  
 mante vehementer intentus, ubi primam sagittam  
 savi Cupidinis in ima præcordia mea delapsam excepi,  
 arcum meum & ipse vigore retendi, & oppido formi-  
 do, ne nec vius vigor nimietate rumpatur. l. 2. Metam.  
 Ap. Petronium Eumolpus rogat ephebum,  
 ut patiatursatisfieri sibi, & cetera, qua libido disten-  
 ta dicat. in satyr. In quem locum vide Joh. à  
 Wouweren. Calius Aurelianus: Hanc enim  
 anticipantes n. Venerem provocantur cum tentigine ge-  
 nita-



*nitulum partium. l. 3. acut. pass. In pervigil. Veneris: Nemo tentis mentibus, det namque nervis orium.*

*Catullus: Grandia te medus tenta vorare viri. Virgilius, siue quicumque auctor sit Priapejorum, (Virgilium quippe esse Giraldus & alii negant:)*

*Priape tento quod gravius sis fascino. Martialis: Cum me velle vides, tentumq; Telephore sentis. II, 59.*

*Ibid. epigr. 74: Cum frustra facis longâ prurigine tentus. Idem. l. 6; ep. 71:*

*Edere lascivos ad Batia crumata gestus,*

*Et Gaditani ludere docta modum;*

*Tendere quæ tremulum Pelian, Hecubaq; maritum*

*Pisset ad Hectoreos sollicitare thoros.*

*Horatius epod. 12:*

*Quæ sudor vietis & quàm malus undiq; membris  
crescit odor, cum pene soluto*

*Indomitam properat rabiem sedare: nec illi  
jam manet humida creta, colosq;*

*Stercore furatus crocodili: jamq; subando  
tenta, cubilia, tectaq; rumpit.*

*Alii male jungunt: Tenta cubilia. Idem l. I. Sat. 2:*

*Tument tibi cum inguina, num si*

*Antilla, aut verna est præstus puer, impetus in quem  
Continuo fiat, malis tentigine rumpi?*

*Eadem vox de mulierum qq. partibus impudicis adhibetur. Juvenalis de Messalinâ sat. 6.*

*Tamen ultima cellam.*

*Clasit, adhuc ardens rigida tentigine vulva.*  
*Martialis 7, 67.*

*Pedicat pueros tribas Philanis,*

*Et turgentine favior mariti*

*Vndenas vorat in die puellas.*

Quamvis & *Tensionis* vocem eodem aliquando sensu legas, v. g. ap. Cæl. Aurel: *Tensionem autem veteretur fuisse nimiam, ut cornu putaretur.* l. c. Theodorus Priscianus: *Genoribæa sine veretri extensione.* & paulò post *Tensionem particula cum adfiduâ patratiōe facit.* l. 2 Log. c. 11.

At vero num & ante aras ligatæ fuerint victimæ, ingens in Philologorum foro lis est. Adfirmare Stuckius haud equidem ambigit, in subsidium Juvenalem vocitans, qui sat. 12.

*Sed procut extensum petulans quatit hostia funem  
Tarpejo servata Jovi, frontemq; coruscant.*

Cui subfragari videtur marmor Romanum, ubi Popa fasciâ ori boxis ad aram stantis circumdatâ victimam tenet, quod vid. ap. Choul l. de Castramet. Rom. p. 50. Proinde Servium adeo sugillat, *hostias minores ante aras nullo vinculo ligatas fisci solitas* scribentem, f. 76. de Sacrif. Sed præter quòd fallò adlegaverit Virg. vers. 3. Aen. quem l. 9. extare certum est: etiam curculionculos minutos fabulat (ut cum festivissimo Comico loquar) ac insubidè Poëtæ locum explicat. Et quantâ proh! Servium meum maculat injuriâ, cui verba adfinguntur, quorum nec vestigium in vetustis exemplis? Alii in totum negant, illumque Juvenalis locum, ut &

Isido-

Hicori etymon *victimæ* à vinciendo, non de eo  
 tempore, quo ante aram stabant, sed quo ad  
 templum ducebantur, intelligunt, in quorum  
 serie Lilius Gregorius Giraldus, qui tamen Ser-  
 vi mentem minus aptè capit, & in citatione  
 verborum ipsius, quæ habentur l. 2. Aen. levi-  
 ter cespitat. Ita qq. scribit Choulius: *Entel or-  
 nement demouroit la victime devant l' autel, sans  
 estre liée &c: Car auparavant les victimes estoient  
 liées &c: f. 301.* Accedere his videntur numi,  
 litt. A, B, & E nunquam antehac ab ullo editi,  
 capiti præced. à nobis præfixi, quos publica  
 utilitati, prout studia quorumvis immensum  
 quantum adminiculari, medius fidius! satagit,  
 è gazopylaciò suo benignè concessis vir sine ti-  
 tulo laudatissimus JOH. ANDR. BOSWUS: itomque  
 alii, quos habet Ursinus ac Choulius; nec  
 non solitaurilia columnæ Trajani in foro  
 Romano, & marmor Anglerianum Gruteri, in  
 quibus victimæ ante aras conspiciuntur libera.  
 Duas has opiniones dividit Servius, traditque  
 victimas ante percussione fuisse vinculis libe-  
 ratas, sterisse autem vel ante altare victas usq;  
 ad præcussionis tempus: Id quippe ex verbis  
 ejus colligere est, ad illa Virgill: *Vincula ru-  
 pi: Atque, inquit soluta sunt hostia, cum  
 piaculum sit aliquid in sacrificio esse legatum.*  
*Vnde: unum exuta pedem vinclisque in veste  
 recinctis. Ergo vincula religionis intellige; ut:*

&amp;

Et vinclis innaret Clœlia ruptis. *Sc: fœderū.*  
*Sed dices: unde iste ligatus fuerit? Non enim Trojani*  
*ligaverant, cum ultro se obtulerit: Vnde intelligen-*  
*dum est à Gracū magis ligatum: Quia & consuetudo*  
*illa, quam supra diximus, erat in ipso tempore sacri-*  
*ficiorum; antea enim ligabantur. Juven.* Sed procul  
 extensum petulans quatit hostia funem ad l. 2.  
 Aen. Virg. H. l. sacrificii vocem. Strictissi-  
 mē pro victimatione ponit; atque ita dexterrimē  
 Juvenalis verba de tempore eo, quo ante al-  
 tare persistebat victima, interpretatur. Apertē  
 hanc solutionem ante confectionem factam in-  
 dicat Virg. 5. Aen.

*Trois Bryci stulos & tempestatibus agnens*  
*Cedere deinde jubet, solviq; ex ordine funes.*

(Sed antiquos Codd, quotquot vidit, Vellutellus ait habere *funem*. Ex quo obiter monemus  
 plures hostias continuo fune atque eodem con-  
 ligatas ad sacrificia aliquando commeasse.)  
 Vera hæc igitur Servii sententia, si de eo, quod  
 ut plurimum accidere solebat, capias. Poterat  
 namque aliquando evenire, ut victimarius  
 hostiam loro ligatam sacerdote jam percutien-  
 te teneret, quod haut difficulter probatur ex  
 marmore Romano Choull p. 315. Quod si autem  
 hostia templum sine vinculis intrasset, simili  
 etiam modo inligata ante aram statuebatur;  
 nisi ap. Germanos, ap. quos ad aram demum  
 liga-

ligabantur victimæ. De iis Plinius. *Sacrificio apulicæ sub arbore preparati, dum admovent candidi coloris tauros, quorum corona tunc primum vincuntur.* H. N. 16, 44.

Proximè ante confectionem sacrificantes ambas hostiæ ante aram imponebant manus: Sacerdos enim כַּהֵן לוֹ אֶצֶר פָּרוֹ וְסוֹמֵךְ שְׂתִי יָדָיו עָלָיו id est ibat ad juvencum suum, & duas manus ei imponebat. Joma c. 3, 8. § Vel, ut vult Philo, ad testandam innocentiam; vel, ut notat Isychius, ad indicandum, oblationem suam esse spontaneam; vel juxta Hugonem Cardinalem & Corn. Agrippam, ut significarent, se renunciare juri, quod in istud animal haberent; vel, ut iram Dei deprecarentur, delictaque sua in illud animal conjicerent, secundum Abulensem: quæ omnia copiosè pertractavit Joh. Fabricius in Cacozel. gentium part. 2. c. 7. Vid. Lyranum & Burgensensem addit. 2. super 6. 1. Levit Item Sheringham in. l. c. Joma

Inter hæc Cultrarius subinde iterabat vocem Agon? nec nisi jussus agere victimam percutiebat. Seneca: *Filius cervicem porrigat; carnifex manum tollat; deinde respiciat ad patrem, & dicat: Agon? Quod fieri solet in victimis.* l. 2. Contror. Ovidius l. 1. fast:

Nemini esse potest succinctus causa minister;  
Hostia cælitibus quo feriente cadit:

Qui

*Qui, calido stricto stincturus sanguine cultros,*

*Samper, Agatnè ? rogas ; nec nisi jussus , agit.*

De Agonalibus loquitur, quæ ab hoc formulâ ait dimanare: Vnde etiam originem suam habet *Agonium*, dies, teste Festo, quo rex sacrorum immolavit hostias quas. inde similiter adpellatas *Agonas* & *agontas*, quas voces tamen Romanos à Græcis mutuasse ruditer adferitur in Suida: Vix enim credo ipsum talia scribisse Suidam, admirabilem planè ceu Thomæ Demistero videtur, & incomparabilem, atque unum instar omnium Grammaticorum, eumque scriptorem valde antiquum; cujus mentio fit à Strabone, Apolloni Scholiastâ, Stephano, & aliis. Condidit ille commentaria non admodum magna, quæ Andreas Schottus nuncupavit thesaurum, & Hier. Wolfius Amaltheæ veluti cornu & insignem thesaurum, & copiosam ac perfectam quandam Grammaticam; atque ea quidem ex XI potissimum viris sapientissimis magnâ curâ conscribit: Sed illa ipsa ab aliis postmodum misere subferta, ad hanc, quæ extat, magnitudinem excrevere, Suidæque nomen retinere; idem sc: fatum experta, quod liber Calepini, cujus minima pars est in illo, qui hodie sub Calepini nomine circumfertur. Neque desunt, qui nullum unquam vixisse Suidam adseverant. Vid. Girald. dial. 3. de Poët. Eand. formulam etiam in suppliciis consue-

consuetam fuisse, haurimus ex Senecæ de ira 1, 16. & Controv. 9, 2. Liv. l. 26, Val. Max. 3, 8. Vid. etiam Briffon. l. 5. form. Isid. in Gloss. Scaligerum F. in Festum, Girald. synt. 17. p. 504. Muretum & Gruterum in c. 11. Senecæ. Stuckium f. 8.

Victimario tandem à præcone cum boatu inclamabatur, ac respondebatur: *Hoc age!* quo sermone, à Numâ ortum trahente, admonebatur, attentus jam esset, & alacriter feriret; circa quam formulam viros animosos ac in re litterariâ pervigiles oscitasse complures video. Sed quod propriè de percutiendo dictum sit, atque intelligi oporteat, non operosum est probare ex Nasonis l. c. *Semper Agatne? rogat; nec nisi Jussus agit.* Plurimique auctores alii aperte id docent. Tranquillus in Caligulâ quosdam tradidisse scribit, adloquenti pueros Caligulam à tergo Chæream cervicem gladio cæsum percussisse præmillâ voce: *Hoc age! tarquam nimirum victimam immolaret.* c. 58. Vid. not. Beroaldi in h. l. Extremam Galbæ vocem, percussoribus jugulum obferentis fuisse: *Vt Hoc agerent, & ferrent,* testantur Suetonius in Galb. cap. 20, & Plutarchus. L. Sylla ap. Senecam, cum in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset conclamationem tot millium sub gladio gementium, exterrito Senatu: *Hoc agamus* inquit, *P. C. seditiosi pauculi meo jussu occiduntur.* Vid. comm. Gruteri in h. l.

in h. l. & Agellii 1, 26. Causa autē cur tot dissentiant parum videtur esse loc<sup>9</sup> Plutarchi non rectē intellectus, in Coriol. ὅτ' αὖ γὰρ ἄρχοντες ἢ ἱερεῖς πράττωσι ἢ τῶν θεῶν, ὁ κήρυξ πρόσθεσι, μεγάλη φωνὴ βοῶν. ΩΚ Α΄ Γ Ε. σημαίνει ἢ ἡ φωνή, τὸ πρᾶττε, προσέχειν κελύμενα τοῖς ἱεροῖς, καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβαλεῖν μεταξύ, μηδὲ χρεῖαν ἀρχολίας. id est Si quando enim Principes aut sacerdotes cadunt aliquas victimas, praeo accedie, elatā voce clamans: ΩΚ ἄγε, significat νεὶὸ hac vox, Hoc age, & jubet, ut habeant rationem victimarum, neq<sup>3</sup> ullum opus interponant, neq<sup>3</sup>, quantumvis necessarium negotium. Atque hanc genuinam duco versionem, longē equidem aliam ab eā, quam tradunt interpretes: qui inter alia phrasin illam πράττειν ἢ τῶν θεῶν, reddunt, sacris operari; nos, victimas obferre. Θεῖον enim in genere divinum quid significat & sacrum: specialius vero omne id quod deo obfertur; atq; in strictissimā significatione victimam sive hostiam, veluti & ἱερεῖον. προσέχειν τοῖς ἱεροῖς communiter est attendere sacru, juxta nostram verō explicationem, rationem habere victimarum, veluti habes ap. Xenophontem: προσέχω ἑμαυτῷ, habeo mei rationem; ap. Thucydidem; προσχόντες τοῖς ναυλοῦσις, habentes rationem clasium sive rei navicae; ap. Demosthenem: προσέχων τῷ πολέμῳ,



πολέμῳ, habere rationem belli &c: ἱερὸν autem  
 aliquando idem est, quod supra θεῖον ac ἱερῶν.  
 Ultima verba vulgariter exponuntur: *Aut nego-*  
*tium suscipere.* A nobis: *neque negotium,*  
*quantumvis necessarium:* Hoc quippe signifi-  
 catum haud adeò rarenter capit vox χρεία.  
 v. g. in illo Act. 6, 3. Προκέψαθε ἐν, ἀδελφοὶ,  
 ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρομένους ἑπτα, πλήρεις  
 πνεύματος & ἀγίας καὶ σοφίας, ἃς κατὰθήσομεν  
 ἐπὶ τῆς χρείας, ταύτης. Enucleatè Lutherus  
 vertit: Die wir bestållen mögen zu dieser Noth-  
 durft. Corrupta, inquam, versio illa interpre-  
 tum partim facile turbavit atque exorbitare fe-  
 cit viros cæteroquin non vacillantis gradus;  
 partim & Donati auctoritas, qui silentium  
 formulâ isthac, nescio unde seductus, denota-  
 ri atque imperari prodidit in Terent. Phorm.  
 quem secutus M. Ant. Muretus multò fœdius  
 labitur, V. L. 15, 17. & cum Favete linguâ ineptè  
 confundit, Plutarchi loco se muniens, qui num  
 ad rem faciat, vide Lector & judica. Amarulen-  
 ter interim Gabrielem Faërum contrarium à  
 se sentientem proscindit, *Et manus aurículas imi-*  
*tatur mobilis albas,* (Satyrici Poëtæ verba sunt.)  
 quamvis eo opus habere non videatur Mure-  
 tus, quem ipsummet miraculoso planè modo  
 aures suas asinorum instar pro lubitu movere  
 potuisse certum est. Audiamus autem virulen-

G g tum

tum hominem, sed benè fucatum, & primà fronte magnum modestiæ exemplum. Gabriel Faërnus, ait, homo latine quidem lingua non ignarus, sed Græcæ prorsus expertus: neq; hoc detrahendū studio dico: ita esse sciunt, quib; ille notus fuit; neq; id ipse diffitebatur, ne poterat quidem: Is igitur hoc, quia nusquam alibi legerat, ferre non potuit, & ut erat ingeniosus, confugit ad illud suum, ut diceret, in veteribus libris Terentii scriptum fuisse: Hoc age st. Sed unam aut alteram litteram erasam esse; & verba illa Donati ad illud st. non ad verba Hoc age pertinere. Credo hoc acutè excogitatum esse, & agnosco ingenium hominis; non tantum quid in vetustis exemplaribus scriptum esset, legere soliti, sed divinare etiam quid deletum fuisset. Sed quia tardior sum, quàm ut illam tantam celeritatem subsequi possim, continebo me intra septa, & contentus ero iis, quæ ab aliis confirmata reperio. Videor autem legisse &c: l. c. Proh! quantus latet anguis in herbâ! Quàm acerbè singula dicta! Atqui hoc excogitatum ais, quod verr. Codd. ostendunt Murete? Atqui hoc Faërnus nusquam alibi legisse putas, quod Tu in Plutarcho Tuo infelicitèr atque invito Apolline reperisti? Superciliosum hominem! qui etiam Erasmi aliorumque optimorum laudes impudentissimo ore conspurcare laborat. Legat quis de eo Gruterum egregium futorum Mureti butinatorem præf. in not. ad Sen. Noti qq. sunt mores effœminati istius

Pædico-

Padiconis, sancti, si Deus placet, & honesti amatore, ne dicam Christiano homine, perquam digni, cui aliquando vivicomburii supplicium à magistratu ob *tradegassias* crimen impendebat, sed vix ac difficulter eum liberatum Roma læta excepit, &que Professoris munere bonum virum ornavit. Vid. Hofmannum comm. in Galenum l. 18, c. 6. & 7. de Vsu partium. Verum revertimur. Offendit ad eund. lapidem optimus Ille Giralduus synt. 17. p. 489. & 498, qui præconi præcedenti, ac populum submoventi verba talia attribuit, & in explicatione symboli Pyth. *Adoraturi sedeant* scribit: *Plutarchus tradit, quoties pontifex auguria seu sacra adgrediebatur, præcones clamasse: Hoc age! Ea vox hortabatur, ut, qui sacra adirent, reverenter & attentè id facerent.* Srenuum hic mangonem egit Paul<sup>us</sup> Manutius, tantum non singula eodem ordine verba (velut & in omnibus adagiis aut ex Giraldo aut ex Erasmo) audacissimè peculando, tanq. vecticulariam in republicâ litterariâ vitam agere esset laudes ac præconia orbis eruditi mereri, neque tam piè hoc opus extulisset tanq. genuinum foetum Aldus Manutius P. F. A. N. si ipsi fraudulentæ & clanculariæ Patris sui rapinæ cognitæ fuissent. In idem cum Giraldo lutum incidit Choulius cujus hæc sunt verba: *Après la confession le perbstre ou la crie publique, qui præcedoit les choses sacrées, disoit semblables paroles: Hoc*

age, pour inciter le peuple à silence, & pour estre  
 intentif aux mysteres diuins: & avecques une uerge,  
 qu'il portoit, faisoit faire place, & taire les assistens  
 pag. 295. Horum adsentator Stuckius, eorum  
 sententiis, & opinionibus, & scribtis, imò  
 verò verbis, nimium addictus, facile hanc sibi  
 rubiginem adfricari permisit, cùm sic nugatur:  
*Preparatio posita erat in silentio, & attentâ sacrarum  
 meditatione, ad quam hæc sacerdotū vel præconū  
 publici ad sacra precedentū vox erat: HOC A G B!*  
*quâ voce populum excitabat, & silentium indicabat,*  
*ne mala aliqua vox obstreperet, neve aliquid triste  
 audiretur: Hoc modo sacris favere & attentus esse im-*  
*bens.* f. 80. Neque etiam caliginem hanc sibi  
 aliisque discussit Boxbornius, quem adi not. ad  
 Plut. probl. II. Formula autem hæc, quæ in sa-  
 cris inquebat, victimam sepositis omnibus  
 jamjam percutiendam, in communi vitâ, sed  
 longè post, adagionis loco usurpata esse vide-  
 tur, pro eo, quod est alacriter atque potissimè  
 aliquid facere; atque adeò immerenti dica scri-  
 beretur Hadr. Junio, quod eam centuriis parœ-  
 miarum inseruerit, 3, 37: licet in quibusdam  
 aliis, quæ proverbia non sunt, & tamen ab eo  
 pro adagiis venditantur, totus extra culpam  
 non sit: Veluti & Gerardus Gerardi Roteroda-  
 mus, qui postea Desideri Erasmi nomina, proje-  
 ctis illis, adsumsit, qui tamen propterea neu-  
 tiquam dignus, ut in eum tanta tela emittat  
 homo

homo maledicentissimus pariter ac malitiosissimus Muretus V. L. 12, 16.

Victimas mactare primum erat Coquorum, ap. Delphos ὀσωντῆρ, ap. Pædalios, testibus Nicol. Damasceno & Stobæo, prudentissimi, qui aderat; Ap. Græcos, & Romanos Sacerdotis, popæ, victimarii, cultrarii, Præconum, Regum, Censorum &c. quin & quorumcunque sacrificantium. In solemnioribus atque publicis sacrificiis Pontifex Max. mactabat victimam. Juv. *De grandi cervix ferienda ministro*. sat. 12. Vid. Stuck. f. 108, 109. Ap. Ebræos in omnibus sacrificiis, excepto Expiationis, victimæ ab extraneis mactandæ erant: Et in paschatis festo lex violata censebarur, si non ab extraneo victima mactata fuisset. Vid. Pesachim c. 5, Sheringham ad Jom. c. 4. Stabat autem victima percutienda & mactabatur juxta vel ante aram, id quod præter innumeros numos indicat Virg. *Stabit sacer bircus ad aram*. 2. Georg. Id. *Stans hostia ad aram*. 3. Georg. Idem: *Multa tibi ante aras nostræ cadet hostia dextrâ*. 1. Aen. Idem: *Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras*. 2. Aen. Ovidius: *Aut cadere ante aras commentaq; sacra coëgit*. l. 1. de art. am. Idem: *Ante aras ingens ubi victima taurus Concidit*. l. 8. Metam. Juven. *torvumq; juvenum More Numæ cedit Jovis ante altaria*. sat. 8. Seneca: *Et nivea magnas victima ante aras cadat*. Agam. 3, 2. Vbi nota voces *standi*,

*statuendi & admovendi, huj<sup>2</sup> loci ferè peculiare.*  
 Ap. Ebræos in die expiationis victima stabat  
 בין המזבח והאלה id est *inter vestibulum*  
*& altare.* Joma c. 3, §. 8.

Inter percutiendum in cœlitum sacrificiis  
 collū victimæ, si minor esset victima, refringe-  
 batur; si major, à Poparum altero, qui in terram  
 procumbebat, caput ejus elevabatur, ut per-  
 pulchrè conspicitur in numo Choull p. 284;  
 marmore, p. 315. columnâ Trajani, ubi duo  
 Popæ caput extollunt hostiæ p. 324. Adde nu-  
 mos nostros litt. B. & C. Id nuncupabant  
 ἀνερύειν, unde ἀναρρύσις Atheniensium festum,  
 & in genere sacrificium: ac ἀνδερύω non tam  
 sursum traho, quàm sacrifico. In inferorum  
 verò sacris subprimebant caput hostiæ, ut  
 terram intueretur. Myrtilus: εἰώθασιν οἱ ἱερεῖς  
 τὰ ἔντομα τοῖς κάτω θεοῖς ἐπαγίζεσθαι ἐν τῇ  
 γῇ ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλὰς, ἔτω γὰρ θυῖσι  
 τοῖς ὑποχθονίοις. Τοῖς δὲ ἑρανοῖς ἀνω ἀναρρέ-  
 φουσ τῶν ἱερῶν τὴν τεράχην σφάζοντες. l. 2.  
 rerum Lesb. Adde Cœlium 12, 1. Giraldum synt.  
 17. Instrumēta percussoria pleraq; supra c. XVII.  
 recensuimus. Adfert hic distinctionem aliquam  
 Natalis Comes inter superūm ac marinorum  
 sacrificia: in his securibus, in illis victimas  
 percussas fuisse cultris perhibet. i. ii. mythol.  
 quam tamen auctores non video observare.  
 Ovid. l. 12. Metam.

*Veluti*

*Velati quæ candida tauri*

*Rumpere sacrificiâ molitur colla securi.*

Idem i. fast. *A bove succincti cultros remove te ministræ.* Ap. Delphos eodem, quo victimabant, cultro, à nocentibus supplicium sumebant. Adsignandæ hîc solitæ in percussione voces; nimirum non *Φονέειν* aut *κτεῖναι*, & interficere aut jugulare; his enim tanq. malè ominatis abstinendum erat; sed *σφάττειν* ac *θύειν*, immolare & mactare. Choulius: *La victime souventes fois estoit mactée avecques le couteau, que le sacerdote commendoit victimaire, de peulser dedans la gorge victime pour euites ce mot de couper: comme ils disoyent de macter au lieu tuer.* p. 313. Quamvis & inter illa distinxerit Ammonius: *Σφάζει*, ait, *καὶ θύσαι διαφέρει.* *Θύσαι μὲν γάρ ἐστι τὸ θυμιάσαι. Σφάζει δὲ τὸ ἱερουργῆσαι ἐν ζῶον. Καὶ ὁ μὲν τὴν διαφορὰν τετήρηκεν &c:* Et alibi *Θύει δὲ τὸ Σφάττειν διαφέρει.* *Θύει δὲ μὲν γάρ ἐστι ὅτι ἡμῇ θύῃ, καὶ τὸ μαντεύειν ὅτι ἡμῇ ἀπὸ ἀλάγχων Θύει δὲ φαμέν.* *Σφάττει δὲ τὸ δὲ ἡνέκα ἂν αἰτίαν Φονέσασθαι καὶ τὸ μὲν ὅτι ἀλόγῃ, τὸ δὲ ὅτι ἀνθρώπῳ τάττει.* Ap. Arcadas in sacris Heræ, victimæ non jugulabantur, sed artum, quem quisque fortuito adripiebat, præcisum pro primitiis obferebat. Ap. Argivos boves immolandi, vinculis ligati ad templum trahebantur, cui solæ aniculæ

quatuor cum falcibus inclusæ erant, quæ singulatim intromissos conficere debebant, prodente Pausania. In Jovis Polyæi sacrificiis hordeum tritico permistum, aræ impositum, si bos immolandus comesturus esset, feriebatur per Sacerdotem, securim in eum jaculantem, moxque fugientem: Securis in iudicium, tanq. rea, vocata, ad confrigendum damnabatur, bosque immolabatur. Nicocrates Cyprius in reb. patr. Porphyrius *περὶ δυνάμεως* l. 2, §. 29. & seq. Caper emissarius pro populi Israëlitiçi expiatione in deserto è prærupto monte Zack deturbabatur: Inde si rediisset, pessimum erat omen. Vid. Sheringh. ad Joma 6, 9.

Percussam è terrâ sustollebant, atque in anclabrem repositam jugulabant, excoriabant, dissecabant: Plerunq. enim percussio jugulationem præcedebat. Ovid. *Percussa q. sanguine cultros Inscit*. Et paulò post: *Istæq. conjectos incalfacit hostia cultros*. l. 15. Metam. Notanter dixit: *Plerunq.* Erat quippe & alius percussionis modus, non malleo, aut securi, sed cultris, queis jugulum hostiæ vivæ petebatur; quæ percussio simul erat ingulatio. Ovid. *Da jugulum cultris hostia dira meum*. in lb. Atque in hac confectione conspicio victimas erectas per Popas ad aras duci, super aras jugulum percuti, ita ut pedibus anterioribus aræ jam etiam igne flagranti incumbant: & eas quidem tam majores, quam minores.



minores. Vid. numum in nostrâ tabellâ litt. B. & ap. Choulum Carniolum p.147. Item monetam Caligulæ p.69. Neque hic mactationis modus erat simplex, ut splendidè docet Servius ad illud Virg: *Ac vix subpositi tinguntur sanguine cultri*, scribens: *Sic & in VI. Subponunt alii cultros. Dicendo autem subpositi, ferendi genus ostendit: Nam interdum desuper feriebantur. l. 3. Georg. Edisserit commune ap. veteres significatum phraseos, subponere cultros, quod est cultro ab inferiore parte petere hostiam. Proinde commiserescit nos boni illius Giraldi, Viri amplissimè de bonis studiis meriti, qui, cum in verba illa Virgill 6. Aen. Subponunt alii cultros &c: incidisset, neque satis, quid expromeret, haberet, singularem tamen hîc latere ritum sentiret, talia tandem comminiscitur: Sed illud non simpliciter à Virgilio dictum, Subponunt cultros alii; Ex eâdem disciplinâ prolatum est: Nam dum victimas cederent, secessitam id est cultrum superponebant. synt. 17. pag 510. Neque tenebras has effugere potuit Choul lib. de relig. vett. Romanorum. In jugulatione itaque in inferiis spirantem cruorem in effosam terram emittebant: at hostiæ, quæ superis cædebatur, sanguis à priviis excipiebatur, arisque inspergebatur; qualia habentur ap. Choulum in numis Augusti & Caligulæ pag. 69. Virg: *Tepidumq; cruorem suscipiunt patris. 6. Aen. Idem: Sacrum jugulâ demitte cruorem. l. ult. Georg.* Gg 5 Ex*

Ex hac ratione victimæ ante mactationem frequenter super lapidibus expandebantur, ut sanguis facilius efflueret, & ut animam effusum ostenderent Gentiles; ap. Judæos vero ut esset typus Messie crucifixi, testante Lyrano ad Exod. Qui etiam ventilationem talem duplicem statuere: Vnam הוּרְוָה, quæ fiebat sursum & deorsum exaltando; alteram הַנּוֹפֵחַ quæ fiebat antrorsum & retrorsum, dextrorsum ac sinistrorsum, à septentrione ad meridiem & ab oriente in occasum agitando. Lutherus eine Webe vertit, & Weben. Mentio fit ejus Exod. 29, 27. Levit. 8, 29. Ilingius adhuc quædam ait ejus ventilationis extare hodieque ap. Judæos vestigia, qui synagogis exituri retrocedant corpusque motitent, commurmurantes:

עֲשֵׂה בָּמָה מִן הַזֶּה יְעֲשֶׂה  
שָׁלוֹם עֲלֵינוּ וְעַל כָּל יִשְׂרָאֵל

יְמֵנוּ i.e. *Qui facit pacem in excelsis sat, ipse faciat pacem super nos & super universum Israel, Amen!*

Ei precatiunculæ tantum refert Judæos tribuere, ut dicant Deum per illam toti mundo placari. coll. hist. quæst. 59, §. 6. Sed & Gentilibus expansionem illam usitatam fuisse, adferre nititur ex lapidibus & picturis Romanis Joh. Bapt. Villalpandus de templo 3, 37.

In Ebræorum victimis sola ferè jugulatio, rarò percussio obtinuit. Abscindebatur autem  
carum

earum oesophagus seu gula, & aspera arteria seu guttur: Quod si alterutrum esset dissectum, imperfecta erat jugulatio. Ita legimus in libro Kol bo Halahoth Sechitah. **וכסם סונא שעור שדומם שני השימנין שסן סקנס וסושט השחיסט סמעולם שחתכו שניסם לבטרי** i.e. *Qua est autē mensura jugulationū Duae? סימנין Simanin; videlicet oesophagus & arteria aspera: Jugulatio perfecta est, ut abscendant penitus utramq̃.* c. 107. Vnde Judæi in jugulatione victimarum cutrum acutissimum ducebant ac reducebant, quod, teste Buxtorfio, dicebant **הלכור והבאר** *abitum & reditum.* Ac in percussione prima ratio cervicis habebatur; unde illa **בית שחיסתו** id est *domus mactationis* dicitur in Talmud cod. Joma, c. 4, §. 2.

In avium sacrificiis mactatio longè alia erat, de quâ legimus Lev. i. vers. 14. & seqq. Si de avibus holocausti oblatio facit Domino, de turturibus & columbis obferet eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac rupto vulneri loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: vesiculam vero gutturi & plumas projiciet prope altare ad Orientalem plagam, in loco, in quo cineres effundi solent; confringetq̃ ascellas ejus, & non secabit, neq̃ ferro dividet eam, & adolebit super altare igne ligni subposito. Vid. & c. 5, vers. 8. ad quem locum R. David Kimchi commentatur: *Scribunt Rabbim*

*Rabbini nostri: Quomodo abrumpebatur hostia qua fiebat ex ave? Ponebat sacerdos duas alas ejus inter duos digitos suos; extendebatq; sive extrahabat collum ejus super duos digitos suos; atq; secabat ungue versus cervicem, donec attingeret jugulum: Atq; ita amputabat ea vel majorem partem; non autem dividebat, sicut dicitur infra (c. 5. vers. 8) Et non dividet. Verum in holocausto quod fit ex ave, de quo dicitur: Et abrumpet caput ejus; nec dicitur: Et non dividet; abrumpebatur & dividebatur caput seorsim, et corpus seorsim. Et hæc sectio cervicis, quæ fiebat*

unguibus, dicebatur מליקה. Audiatur in hanc rem Rabbi Levi Barselonius: מליקה הוּא שניעץ חכהן צפרניו ממוֹל ערפו רהיינו עצם הנקרה עצם דמפרקת וחותר העצם בצפרנו עד שמגיע לסימנים וחותר גם הסימנים בצפורנו או רובו של אחד מהם וזאת היא שיטתו של חסארת העוף וצריך שיכוון שלא יחתוך הכל לגמרי עד שיחיה נפרד הראש מן הגוף ועל זה נאמר ולא יבדיל;

*Melikah est cum sacerdos suos ungues e regione cervicis ejus (avis) ossi, quod os cervicis dicitur, infigit, illudq; unguibus suis, utq; dum ad signa (quibus sc. avis munda ab immunda distinguitur) pertigerit, incidit, ipsa imò etiam signa, aut unum*

ex

ex illis. Atq; hac ratio est mactandi sacrificium pro peccato, עֲוִיָּוִי. Opus autem est, ut operam des, ne omnia ita discerpas, ut separetur caput à corpore: De hoc enim dicitur: **NE DIVIDAT.** Et quia עֲוִיָּוִיא plerumque fuere pauperum; ideo peculiaris hujus jugulandi modi inter alias hanc quoque ponunt causam Rabbini: **וַעֲנִן אִיסוֹר הַבְּדִילָה** הראש מן הגוף דבר ראוי הוּא להידור הקרבן באמר כשראש העוף דבק עמו הוּא יותר מהודר וראוי לנו להדר קרבנו שֶׁל עֵנִי בְּכָל כַּחַט דִּי לִנוּ בַּעֲבִיּוֹתָיו אֵין לִנוּ לְהוֹסִיף בְּדִלּוֹתָיו לַפְּחוּרָה id est: Ratio cur non licuerit separare caput à corpore, est, quia facit ad decorem sacrificii. Verè enim, si caput avis conjungatur cum corpore, decorum magis est. Convenit autem nobis condecorare sacrificium pauperum pro viribus nostris: Satis nobis sit adstrictum cum esse; non necesse est, nos tenuitatem ejus augere sacrificii formam contemta & abjectam. Quamvis autem quilibet equidem locus altaris discriptioni huic commodus esset: Ipsa tamen ex difficillimis cultus sacri muneribus erat docentibus Rabbinis. Plura de his Cod. Sebachim & Maimonidis H'lc. Mas. Hakkorban. Itemque vir in solidam sanctæ linguæ cognitione hodie sine pari cluens Clariss. Hottingerius tract. de jure Ebr. leg. 128. Hoc de jugulatione illam præceptum est inter Judæorum negativa.

Inde

Inde sine mora sequebatur *ἐξορισ*, & ubi deglubra esset victima, *δερα* sive *ἐκδορά* Excaratio, quæ sacerdotibus, aut iis, quibus pellis cedebat (licet & interdum unâ cum pelle igni datæ fuerint victimæ) competebat. Apud Ebræos verò nec excoriatio nec sectio sacerdotibus necessariò competebat, ut tradit Gemara ad Joma 2, 7, h. v. *נתינת אש בעיני כהונה הפשט וניתוחאליא בעיני כהונה*

i.e. *Impositio igni postulat sacerdotium; excoriatio et sectio non postulat sacerdotium.* Ea in eleganti sacrificii descriptione inter alia proponitur, quâ habet Halicarnass. cujus verba translata talia sunt: *Toss. statim boves immolabant & ex sacerdotibus aut ministris cuicumq; munus illud convenire putaretur, erat idem, qui est ap. nos ritus Nam manus ipsi lavantes, puraq; aquâ victimas lustrantes, ac Cereris fructibus illarum capita spargentes, postea precati jubent ministri eas mactare. Ex in vero alii stanti adhuc victimæ tempora scytale percusserunt, alii sub illam cadentem figilla subposuerunt; ac postea corio nudantes, membratimque disseccantes è singulis intestinis primitias capiebant, cæterorumq; membrorum. Illas igitur farinâ bordei conspergentes, in canistris ad sacrificantes adferebant. Ibi super altare, imponentes ignem, accendebant, vinumq; libantes, in eas victimarum primitias effundebant. l. 7. Vid. Stuck. f. 119. Subjungit, ut vides, Dionysius excoriationi ἀνατομήν dissectionem, quæ illam*

non

non modò ap. Judæos sed & cæteras gentes proximè excipiebat. Fieri eam oportuit *ἴσμενος*, *μελεφροδῆως*, καὶ κατὰ νοῦον, ut Homerus, loquitur id est, scienter, rite consideratq; & juxta portiones: In holocausto quidem in caput, adipem, intestina, & crura. Lev. i. vers. 8, 9. In cæteris certæ Dis dabantur partes; certæ Sacerdotum erant, nonnullæ ab obferentibus domum reportabantur. Sed latius hæc cap. seq. exequimur.

Moris autem erat, ut primâ hostiâ non litante, altera, dein tertia, pluresve adhiberentur. Cælar ap. Florum centum victimis perlitare non potest. Paulus Aemilius sacrificans non litat usque ad XX hostiam. Augustus sacrificio non litante augeri hostias jubet id est multiplicari; aliter enim hîc ac supra hoc verbum significat. Nominabantur hostiæ illæ *succidanea*, & subinde erant fœminini generis: Siquidem ubi per marem litare nequirent, succidanea fœmina dabatur; si autem per fœminas non litabant, nulla succidanea dari poterat. Græcis erant τὰ δ' ἄρα ἀμείνω. Vid. Serv. in 8. Aen. Virg. Erasmmum in Chiliadd. Beroald. in Suet. Claud. c. 25. Giraldum synt. 17. pag. 465. Mentio fit earum in seq. SC. to quod citat Agellius 4, 6. QVOD. C. JULIVS. L. F. PONTIFEX. NVNCIAVIT. IN. SACRARIO. IN. REGIA. HASTAS. MARTIAS. MOVISSE. DE.

DE. EA. RE. ITA. CENSERVNT. VTI.  
M. ANTONIVS. CONSVL. HOSTIIS.  
MAJORIBVS. IOVI. ET. MARTI. ET.  
CETERIS. DIS. QVIBVS. VIDERETVR.  
PLACANDIS. VTI. PROCVRASSET. SA-  
TIS. HABENDVM. CENSERVNT. SI.  
QVID. SVCCIDANEIS. OPVS. ESSET.  
ROBIGVS. ACCEDERET. *Pracidanea* ho-

stia imitabantur Græcorum *προτέλαια*, quæ  
ante sacrificia solemnia pridie cadebantur, ut  
vult Agellius. Festus: *Pracidaneam* porcā dice-  
bant, quam immolare ante erant soliti, quam novam  
frugem inciderent: *Pracidanea* agna vocabatur, quæ  
ante alias cadebatur: Item porca, quæ Cererima-  
ctabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset id est  
glebam non iniecisset. (Talis porcus teste Gatone  
aliàs *Piaculus* qq. dicebatur) Hæc ille. Fortean  
igitur in genere *Pracidanea* hostia in sacrificiis  
nuncupabantur (ut *Pracidanea* agna) quæ ante  
succidaneas maectabantur, quibusque litare  
non poterant, aliàs *Primæ* vocitata, tradente  
Scaligero ad Festum. Ad Fulvium Ursinum in  
Cic. l. 2. de Ll. Alicubi & ap. Festum *Præsa* porca  
pro *Pracidaneâ* legitur. Humanitatis hîc exem-  
plum præbent Viri Dîs similes atque immorta-  
lis famæ, Scaliger F, Giraldus, Taubmannus,  
qui duas illas voces *succidanea* & *pracidanea* fal-  
sissimè â cedendo deducunt: Sed ego ab Agelli  
persisto partibus, â cadendo eas derivantis,  
cujus



cujus composita diphthongum mutant in *i* quod nunquam faciunt ea, quæ sunt cum *cedo*. Ita Silius inquit: *Seges succiditur ense*. Ap. Lucanum depingitur *Succisum nemus*; Item *Succisa arbor*. &c. Agelli autem locum manifestò video corruptum, quem, ita mihi faveant Musæ! limabo, ac edolabo, ut pristina ei facies reddatur: Ille talis est editionis Argentin. Schurerianæ Anno 1517. *Succidanea hostia dicuntur e litterâ* (deleo hoc & lego: *e litterâ*) *per morem compositi vocabuli in i litteram commutatâ*, (Obserua, quod dicat: *Per morem* &c. quoniam pleraque omnia à *cedo* composita in *cedo* desinunt.) Nam quasi *succedanea* (lego cum editione Tornælianâ: *succedanea*; expresse enim in seqq. id indicatur) *adpellatur*; quoniam, si *primi hostiis litatum erat*, (melius editiones recentiores: *litatum non erat*) *aliæ post eandem ductæ hostiæ cadebantur* (Attende, jam clarè causam profert, quare *succedanea* dictæ; nempe quod caderentur, non quia cedebant) *quæ quasi prioribus jam casis luendi piaculi gratiâ subdebantur & succidebant* (optimè hoc & sensu planissimo recent. edd. mutant in *succidebantur*: Quî autem ille recto talo incedere posset, si *succidere & succidanem* esset à *Cedo*?) *Ob id Succidanea nominata, litterâ i sc. tractim pronunciatâ* &c. l. 4. Noct. Att. c. 6. Et sic mecum Agellium intelligit Taubmannus in Pl. Epid. 1. 2. cumque aliter à se, *Succidanem* non à *cadendo*

H h

sed

sed cedendo derivante, sentire, disertè fatetur. Potuit tamen vitiosorum forte culpā exemplarium Agelli mentem non adsequi, nec divinare Beroaldus; qui dum eum voces illas à cedendo deducere autumat ac contendit, verba ejusdem non satis fidè recitat. Ita enim ille: *Succidanea hostia, ut docet A. Gellius quasi succedanea &c.* ubi id succidanea à succedendo (Egregiè in rem tuam facerent duæ istæ voces, Beroalde! si tam ab Agellio positæ essent, quàm abs te commentæ.) err: qua subdebantur et succedebant. (Atqui genuinè Agelli Codd. conjurant, nisi totus fallor, in succidebant & succidebantur) com. in Suet. Repertu tamen est aliquod ap. Ictos *succedaneum*, quod facile viros doctissimos, ut cum succidaneo confunderent, seduxit illius originem à vedere dimanare, nunquam equidem inficiamus.

—o—o—o—? —o—(o)—o—? —o—o—o—? —o—(o)—o—? —o—o—o—

## Cap. XX.

**V**ictima tota cremata. Promethei astus. Holocaustorum varia adpellationes. Victimæ quadam dissecta. Prosecari. Audacia Petri Danielis exploditur. Proficiz, Profecta. Victimarum partes: Quomodo disoblata? Aulicoqua, Aulicocia exta. Reddere exta. Scholiastæ aliquot Virgill veteres. Potricere unde? Lædis macula in  
Servio

*Servio deleta. Servi consequentia conspiciuntur. Vitii in loco Virgiliano antiquitas. Ovidius restituitur. Adolere. Adolescere quid proprie; quid in sacris? Μηρὶ, μνεία. Viscera quanam? Quomodo differant ab extis? Visceratio. Viscera unde dicta? Eorum synonyma. Quorum animalium viscera sacrificata? Minima exta. Lipsii in Plantum conjectura extollitur. Viscera & exta sæpe indifferenter usurpata. Ebraeorum oblationes quo ordine? Adipes, & quanam combusti? אֵדִימָה. Casus quidam ap. Ebraeos. Offa an combusta? Pelles salita. Quid ap. eos singula partes comburendæ denotarint? Lectio & preces inter adolendum. Linthei agitatio certum signum. Victimæ quomodo ab iis exenterata? Coxa ap. gentiles prosectorum potissimum: Cur? Partes aliqua victimæ diis cremata, sed pinguedine tectæ. De Job. & Is. Tzetziis relatio. Coxæ quanam? Sacra spina: Cur primum de hostiâ diis oblata? Femora quanam? Pedis divisio. Femora Veneri cur oblata? Eorum in Venere exercendâ vis: Eorum præstantia in fœminis laudata. Coxis in sacrificiis carnis particula addita.*

Hb

Ab

Ablegmina, Albegmina. Strobula. Fratres. Rom. Cod. lectio in Arnobio rejecta. Caviaria: Caviares hostiæ. Farcimina diis oblata: Et quedam alia quæ de victimis fiebant. Gentilium stulta opinio. Raptores Ἰεοφύτων: Eorum nomina. Βωμολοχοί pro scurris. Capita victimarum vendita, abjecta; ad expiationem adhibita: Quedam locis sacris adfixa & adscicta; cur? Lingua Mercurio sacra, quare? Aliquando preconibus data, cur? Mercurio armus sacer. Bilis cur in nuptialibus sacris abjecta? Corda seorsim cremata: Quomodo extracta? ערורין לבבין: Earum usus Ebraeis prohibitus: Item vasorum idololatricorum. Pelles suspensæ: Earum ap. Scythas usus: Eæ maxime ad nocturna visa adhibita. Incubare. Dormire unde? E sæpe in O mutatum. Divinationis ex extis varia nomina. Haruspicina unde dicta? Haruga quid? Ejus etymon. Haruspices quinam? Eorum synonyma. Victimæ Consultatoriæ: Earum viscera quis eduxerit & quomodo? Consultare Extæ. Extispicii auctor, Extæ quænam in haruspicinâ? Extorum ibi potissimum Jecur:

Jecur: Ejus bona & mala omina: Duo in eo capita. Jecur, item cor interdum in victimis deficientia: Quare abfuerint, opinio gentilis. Inspectio lienis, pulmonis, membranarum; bilis, vesica: Caudarum. Color extorum notatus. Litare: Καλλιεργᾶν Deus. Extalæta; tristitia; muta; arguta; regalia; lustralia; clivia; pestifera.



Victimæ quædam, imò primitus omnes, Diis reddebantur totæ; quò tamen cultu Prometheum Deos defraudasse docet Hesiodus in Theog. de Prometh.

Καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοὶ ἢ ἄνθρωποι  
 μηχανῇ, τότε ἔπειτα μίγαντες βέντες φρονι θυμῷ  
 δασάμενοι πρᾶθηναι, ζηνὸς νόον ἐξαπαφίσκων.  
 τῷ μὲν γὰρ σάρκα τε καὶ ὀστέα πλοῖν δημῷ  
 ἐνρίνω κατέθηκε, καλύψας γαστρί βοείῃ.  
 τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ στήνι τέχνῃ  
 ἐνθεΐσας, κατέθηκε καλύψας δρυγῇ δημῷ.  
 Δὴ τότε μιν προσέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε  
 Ἰαπετιονίδης, πάντων δρυιδείκελ' ἀνάκτων,  
 ὦ πάτερ, ὡς ἑτεροζήλως διδάσασαο μοίρας.  
 ὡς φῆς κερτομέων Ζεὺς ἄφθιτα μῆδεα εἰδώς.  
 Τὸν δ' αὖτε προσέειπε προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.

Hb 3

Hk

Ἡκ' ἀπμυδῆσας, δολίης δ' ἑλήθιτο τέχνης  
 Ζῶς κύδιστε μέγιστε θεῶν αἰσχυεταίων,  
 τῶν δ' ἐλπίσιν ὀϊστέον ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἀνώγει.  
 Φῆρα δολοφρονέων. Ζῶς δ' ἀφθίγα μηδεὶ  
 εἰδῶς,

γυνὴ δ' ἐδ' ἠγχοίησε δόλον, κακὰ δ' ὄρεται  
 θυμῷ.

Θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τέλεισθ' ἐμελλεν.  
 χερσὶ δ' ὄγ' ἀμφοτέρησιν ἀνείλετ λάκκον ἀλκι-  
 φαρ.

χάστατο δ' φρένας, ἀμφὶ χόλῳ δ' μιν ἵκετο θυ-  
 μος.

Ὡς ἴδεν ὅσ' αἰ δεικὰ βῶσ' ἀλκήν περὶ τέχνη.  
 Ἐκ τῶ δ' ἀθανάτοισιν ὅτι χθονὶ φύλ' ἀνθρώπων  
 καίεσθ' ὅσ' αἰ λάκκα θυέντων ὅτι βωμῶν.

Et Hyginus: Antiqui, inquit, cum maximâ cere-  
 moniâ deorum immortalium sacrificia administrä-  
 rent, soliti erant totas hostias in sacrificiorum consue-  
 tute flammâ: Itaq, cum propter summi magnitudi-  
 nem sacrificia pauperibus non contingerent: Prome-  
 theus (qui propter excellentiam ingenii miram homi-  
 nes finxisse existimatur) recusatione dicitur ab Jove  
 impetrâsse, ut partem hostiæ in ignem conjicerent,  
 partem in suo consumerent usu: idq, postea consuetudo  
 firmavit: quæ cum facile à Deo, non ut ab homine  
 avaro impetrâsse, ipse Prometheus impetravit: tales  
 duos, quorum primum jecinetæ cum in arâ posuisset,  
 reli-

reliquam carnem ex utroq; iuncto in unum compo-  
 sitam corio bubulo texit; ossa autem, quae circum fac-  
 iunt, reliqua pelle contacta, in medio contocavit, &  
 Jovi fecit potestatem, ut, quam vellet, earum consu-  
 meret partem: Juppiter autem, nisi non divina fecit  
 legitatione, nec ut Deum dicebat, omnia qui debuit  
 ante providere, sed quoniam credere iussitimus histo-  
 riis, deceptum à Prometheus, utrumq; putans esse dan-  
 tum, delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaq; postea  
 in solemnibus sacrificiis carne hostiarum consumpta,  
 reliquam, quae pars fuit dorum, eodem igne combu-  
 runt. Hæc ille in Astron. poet. Latini tale sacri-  
 ficium, in quo tota adoletur hostia, adpetli-  
 tant *Proteriam*, quasi Propter viam, ut quidam  
 ferunt, Germani *Ein Brandopfer* / Græci  
*πύρρον*, & à cremando *ὁλόθαιον*, & *ὁλοκάνω-  
 σιν*, ipsamque victimam *ὁλοκάνωμα*; Ebraei  
 מִשֵּׁן ignitum, & כָּלִיל quasi perfectum,  
 consummatum; necnon עֹלָה ab elevando,  
 quod odor ejus elevetur, vel שְׁחִיתָ עֹלָה כָּל  
 הַמִּזְבֵּחַ כָּלִיל, quia totum adscendebat sur-  
 rex altare, ut ait R. Kimchi. Ejus tres fuisse speci-  
 es notat Iſing: Sacrificium jube, holocaustum  
 sabbati & neomenia, coll. hist. quæst. 59, §. 3.  
 Vid. de Ebraeorum holocaustis Cod. Sebachim,  
 Rambam Hilc. mas. hekkorban cap. 13. Lyra-  
 num (qui conversus erat Judæus) in c. 1. Levit.  
 Sigonium de Rep. Ebr. 4, 3.

Hh 4

Rost

Post dolosam tamen Promethei vespertiem  
 atque deceptionem pleræque victimæ cum diis  
 dividebantur, quod *Profecari* dicebatur. Aruspex  
 ap. Livium *exta profecuit*. l. 5. Plautus: *Vetæ  
 exta proficariet, quoniam illa non bona aruspex dixit*.  
 Poen. 2. Petronius de Massiliensium victimâ  
 piaculari humanâ: *Et sic proficiebatur, infatyr*.  
 Ad quæ Petrus Danielis: *Putaleg, Proficiebatur,  
 id est, sacrificabatur & immolabatur, & in partes  
 dissecabatur; à verbo proficior, proficenis, cuius  
 activum est proficio, cis: quæ in porricio, porri-  
 cio, prolicio, perperam & corruptè, mutatum passim  
 apud bonos auctores reperitur. Est autem verbum  
 antiquum sacrificantibus solemne, ut docet Macro-  
 bius l. 3. saturn. c. 2, apud quem vulgo malè porricio  
 legitur. Hæc ille. Satis audacter, ut manifestum  
 est, verbum porricio (de quo nos in seqq.) toto  
 Latio eliminare, municipioque Romano impe-  
 tuosè abdicare conatur contra permissum cum  
 vetustissimorum Codd. tum vero etiam anti-  
 quissimorum grammaticorum. Extra autem  
 & particulæ divisæ *Proficia* & *Profecta* inde nun-  
 cupatæ. Vrd. Scalig. ad Festum, Turnebum ad-  
 vers. 6, 22. Ovidius: *Sic ubi libavit profecta sub  
 æthere ponit*. l. 6. fast. Arnobius: *Quod si omnes  
 has partes, quas proficias dicitis, accipere Dii ament*.  
 l. 7. advers. gent. Macrobius: *Hoc & in Ponto  
 fieri videmus, in quo frustra quadam & (ut ita dixe-  
 rim) proficia gelida feruntur*. 7, 12. Earum una  
 pars*



pars sacrificantibus reservabatur: altera Diis vel verubus afflabatur, vel efflabatur, vel in ollis coquebatur; etiam in Judæorum sacrificiis. Vid. Zach. 14. vers. 20, 21. qualia exta *Aulicæ* & *Aulicocia* nominabant, teste Festo. Conferenteis deos, in humani penis similitudinem versos, cineri se obruisse, qui sub tali Ollulæ Extorum erat, indeque postea Ocrisiam imprægnatam, Servium Tullium peperisse, ait Arnobius l. 5. Atque primum ita percocta planè ac madida, paulò post vero cruda in ignem conijciēbatur. Martial. *Nos tamen exta Jovi cruda meminumq; damus.* 11. 58. Arnobius: *Cum Romulo Pompilioq; regnantibus percocta planè ac madida concremarentur diu exta, nonne rege sub Tullo semicruda cepisti & leviter animata porrigere, prisca observatione contenta.* l. 2.

Notanda hic aliquot verba solemnia, videlicet in confectione victimarum & extorum in ignem, aut aram, aut mare, quod Marinis diis arē loco, REDDERE. Virgil. *Fumantia reddimus exta.* l. 2. Georg. ad quod Scholiasta (ubi *ἔξωχην* Servium indigitamus, cum & alii ex veteribus in Virgilium commentati fuerint, v. g. C. Julius Hyginus, Valerius Probus, Scaurus, Caper, Aemilius, Asper, Urbanus, Aurelius, Cornutus; Pius, Carminius, Junius Philargyrus, Carpius, Donatus, Macrobius: Postea Lælius Pomponius, Landinus, Sabinus, Man-

nellus, & alij:) *Sacerdotum usus est verbo: Reddi*  
*enim dicebantur extra cum probata & elixa ara super-*  
*ponebantur.* Deinde **PORRICERE**, quod Alciar-  
 tus exponit *Porro jacere* ex Macrobio, & ait esse  
 verbum sacrificale. Lex. Plaut. Neque enim  
 concedimus Petro Danielis procacitatem suam  
 & savitiam, verbum hoc è tot auctoribus ad-  
 modum præterve exscissuro. Livius: *Secundum*  
*que preces extra castra victimâ (utimas est) in mare*  
*pericit.* l. 9. dec. 3. Nævius: *Simul aprocia extra*  
*porricent ministratores.* Lex XII Tabb. *Extra Dni*  
*porriciunto.* Ita Prætori inter castra & parietem fati-  
 licuit: id est inter jugulationem victimæ &  
 extorum in focum conjectionem. Virgilius:  
*Extraq; salsos Porriciam in fluctus,* l. 5. Aen. ubi Ser-  
 vius: *Extra* (Emaculandus locus & substituen-  
 dum: *Extra*) *porriciantur*, id est, *parriguntur nisi forte:*  
*dicamus & fluctibus mari obferri; quod, si est, Pro-*  
*iciam*, id est *porro jaciam* legendum est. Conse-  
 quentia hæc Servi futilissima est, ex quâ *Pro-*  
*iciam* legendum statuit. Sed novi vitium hoc  
 non modernum, verum perquam antiquissi-  
 morum amanuensium. Certè Alex. Vellu-  
 tellus omnia antiqua Virgill exemplaria, quot  
 quot videre potuerit, ostendere refert *Proiciam*.  
 Similiter eod. libro: *Extraq; salsos Porricit in flu-*  
*ctus;* idem contra omnium veterum Codd. fidem  
 legi adseverat, in quibus passim sit *Proicit*. Viri  
 tamen docti, parvi auctoritatem obsoletorum

MII

Mss. facientes, in recensioribus editionibus, optime posuere *Porriciam* & *Porricis*. Vid. Macrobi. de hoc verbo saturn. 3, 2. Varr. l. 5. de L. L. Briss. de form. Turneb. advers. 24, 13. Joh. Vattellum comm. in Musæi Leandra. Stuck. f. 130. Idem hoc verbum capere qq. non potuere inertes Ovidi descriptores, unde & depravarunt locum ejus hactenus quidem nondum, ne quidem a diligentissimo Nic. Heinio, repurgatum, qui est l. 2. fast.

*Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,  
porricit incisos filia parva favos.*

tum illis scriptum & hactenus lectum fuerit: *Porricit*. Caterum & in comburendis victimis *Orimandi* vox malè ominata erat, cujus vice **ADGLERE** & **ADOLESCERE** usurpabant. Siquidem *adolere* & *adulescere* propriè est crescere. Serv. in Ecl. sed quis malè-ominatis vocibus in sacris abstinerebant, adhiberi coepit pro cremari, idque per *utrovupiar*, quod altaria verbenis & extis crescerent atque angerentur. Vidi Vossium Inst. Orat. l. 4. c. 10. sect. 9. Servius: *Adolere in sacris per bonum signum dicebatur: Nam in sacris non adoletur quiquam, sed crematur.* l. 1. Aen.

Partes illæ divisæ *μυρσῶν* ac *μυρσῶν*, usitatis in sacrificiis oculis, insigniebantur, quæ nonnulli coxæ, alii coxendicis, alii femoris, alii cruris, alii inguinum nomine intelligunt.

*Vossius*

*Viscera* porro omnia illa victimæ esse putarunt, quæ pelle conteguntur, pulmonem, cor, jecur, iha, præcordia, &c: atque ab *extis* distinxere, quod hæc sint ea quæ Diis sacrificantur, & ab aruspibus inspiciuntur: Quamvis Servius aliter discernere videatur, cum: *Viscera*, scribit, *latius quid esse videntur, quando non intestina tantum, sed omnem carnem, quæ sub tergore est, significant: Vnde in Albano Latini visceratio dabatur, id est caro.* l. c. *Viscus*, ait idem, *est quicquid inter ossa & cutem est: Hinc visceratio convivium, quod fit de carne.* ad l. 6. Aen. Alii dicta existimant, quasi vesca; alii, quod instar visci corpori adglutinata sunt; alii à vivendo. Græci ea nuncupabant *σπλάγχνα*, *εσπερίδια*, *ἐγκαστῆρ*, *ἐντερα*, *ἐνθνα*, *ἐγκόιλια*, *ἐντῆμα*, *χορδὰς*, *τομία* &c. Ebræi *כִּבְדִּים* & *כִּלְכִּלִּים*. Vid. Stuckf. 125. Tàm igitur hominum, quàm boum, taurorum, ovium (quæ *minima* exta dicta sunt; licet Lipsius ap. Plautum egregiè *minima* pro *minima* reponat, A. L. 2, 1.) caprarum, canum, & plurimorum animantium viscera Dis porrecta legimus & exta, cum scribes hæc non usquequaque distinguant. Florus: *Concepere votum, ut casorum extis ducum litarent.* 4. 12. Persius: *An quia non sibi ovium exgennâq, subente* &c. sat. 2. Idem: *Tot tibi cum in flammæ junicum amenta liquefiant.* ibid. Virg: *Imponit taurorum viscera flammis.* l. 6. Aen. Ovid. *Viscera jam tauri flammis*

ado-

*adolanda dedisset. l. 3. fast. Prudent. Atlas ofellu  
consecrare bubulu. hym. 10. מעשר, Id. ibid.*

*Reponit aras ad tribunal denno,  
Et thus, & ignem vividum in carbonibus,  
Taurina & extra, vel suilla abdomina.*

Ebraei in sacrificio adfiduitatis membra eo ordine obferebant, quo victima viva incedebat; caput primò, dein cæteras partes. Sheringham ad Jomac. 2, §. 3. Sed Ben-Asaj alium ordinem adferit, quem omninò vid. in Tamid c. 4. Inprimis autem in aliis, quæ non erant holocausta, curæ ipsis fuere RENES & ADIPES. Rabbi Levi Barsel. לחייבן לתת אותו בכור לכהנים ויקריבו חלבו ודמו על המזבח והם id est *Et tenentur dare primogenitum sacerdotibus, ut obferant adipem ejus super altari: ipsi vero comedant carnem Hierosolymis.* Hæ partes vocabantur איסורים sive quasi essent קרבנות האמורות ברגל שהם מורים sive *oblationes obferri jussæ Deo; sive מורים ואדונים על כל האכרים ועולים על גבי המזבח לחלק ארון העולם* ideo, quia sunt *Morim* (h. e. præcipua, principalia) Domini super omnia membra, & ascendunt super altari in partem Domini mundi h. e. Dei; quam rationem reddit Baal Aruch in מר secundo. Et erant, quidem in specie de bove & caprâ, adips, qui operit intestina; sub quo etiam com-

comprehendebatur adeps, qui est super ventriculo, duo renes & adeps eorum, adeps illiorum & reticuli hepatis. &c. Vid. Rambam id est Rabbi Moses Ben Maimon in hilc. mas. hakkorb. c. 15. Buxtorfius Lex. Talm. rad. אמר. Fusius de his R. Barfelonita: אלו האומרים של שור או של עז החלב שעתה הקרב ובכללו שער גפי הקיבור ושתי הכליות כחלב שעליהן עם החלב אשר על הכסלים ויתרת הכבר וטול עם הכבר פעש עם היתרת והאומרים של מין כבש הם אלו בעצמם ומוסף עליהם מן שנוטלין עוד ממנו האליות תשימו עם חליות שבשדרה עד מקום הכליות שב לעמר. העצרה יסדנה כלומר מלעמדת מקום הכליות ובעי המקום ההוא כן מפני שאמרו זה שחליות יועצורו id est Ha sunt Immurim in bove & capra, adeps, qui operit intestina, sub quo etiam comprehenditur adeps, qui est super ventriculo: duo renes & adeps ipsorum, cum adiposum & reticulo hepatis. Aufertur autem nonnihil hepatis cum reticulo. Partes agni eadem sunt, una tantum addita specie: Accipiant enim adhuc ab illo caudam integram, cum vertebrae spinæ dorsi ad locum usque renam, q. d. E regione spinæ dorsi re-

move-

movebit eam; Levit. 3, 9. id est *de regione loci seu sedurum*, quem locum propterea sic (עצור) adpellant, quod Rabbini dicant, *renes consulare*. Itaque trium tantum animalium adipēs Deo comburi sancitum erat, ita ut ne minima quidem portio hominibus de iis cedere posset: Sic quippe statuant Rabbini שאין איסור חלב אלה בני בהמות שכתוב שור וכשב תז non probiberi adipem nisi trium tantum bestiarum: bovū, agnē, & capræ. Ex eo calum formant Ebræi; si quis v. g. habeat ante se duas portiones, adipis alteram, alteram pinguedinis (de quorum differentiâ confer Martini lex, voc. Adeps) Earum si unam comedat, altera pereat, ipseque nesciat, adipemne ededit an pinguedinem: Tum ei certum obferendum dicunt sacrificium vocatum קרבן אשם תלוי *pro reatu suspenso seu dubio*; de quo vid. Hottingerum de jur. Ebr. l. 123. add. l. 135, 147. Ossa hostiarum nulla comburebantur, præter agni paschalis, ut enucleatius docet Idem tract. cit. l. 139. Pelles earum sale condiebant sacerdotes in domo המרוור. Vid. Joma c. 3, §. 3, Middoth c. 4, & 5. Singulæ autem partes comburendæ Judææ certarum rerum erant symbola, qualia adnotavit Ramban, h. e. Rabbi Moses Bar Nachman; ubi inter alia differit: וישורף באש הקרב והכליות שהם כלי המחשבות והתאוה וברעים

וכרעים כנגד ידיו ורגליו של אדם  
 העשים כל מלאכתו ויזרוק הדם  
 על המזבח כנגד דמו בגפשו כרי  
 שיחשוב אדם בעשותו כל אלה  
 כי חטא לאלהים בגופו ונפשו

*id est comburit autem intestina & renes; quia sunt  
 organa cogitationis & desiderii. Crura quoque habent  
 ad manus & pedes hominum, quibus opera omnia sua  
 facit. Sanguine, quo conspergit altare, significatur  
 sanguis suus ipsius, ut ita homo, dum hac facit, cogi-  
 tet, peccasse se in DEUM corpore & anima &c. &c.*

Solebat etiam inter cremandum quaedam lege-  
 re sacerdos magnus, v. g. in die expiationis  
 אך בעשור אֶזְרִי מוֹת quod incipit Levit. 16. &

Levit. 23, 27. Postea convoluto libro dice-  
 bat: *Plus quam id, quod legi, coram vobis est hic:*  
 Atque è Pentateucho memoriter recitabat  
 octo benedictiones. Vid. Joma c. 7, § 1, 2. cum  
 notis Sheringhâ. Erant etiam speculæ דְּכָאוֹת  
 dictæ, in quibus stetisse legimus virum cum  
 linteo sive vexillo albo in manu; qui, quamprimum  
 observaret hircum emissarium pervenisse  
 in desertum, agitabat linteum: Hoc cum custo-  
 des templi Hierosolymitani animadverterent,  
 monebant sacerdotem, ut in sacrâ lectione per-  
 geret. Baal Aruch. Cæterum in hunc modum  
 victimas suas exenterabant, quem adnotatum  
 habemus in Talmud h. v. בְּנֵי לֵוִי אֵצֶר



מִן וְשֵׁעִיר הַנִּשְׂרָפִין קָרְעַן וְהוֹצִיָּאתָ אֹתָם  
 אִימורֵיהֶן נִתְּנָן בְּסָגִים וְהִקְשִׁירָם עָלָיָם  
 צִבִּי הַמִּזְבֵּחַ קָלְעָן בְּמִקְלֵעוֹתָ וְהוֹצִיָּאתָ  
 לְבִירָתָהּ הַשְּׂרִפָּה id est ibat adjuvencum &  
 hircum, qui erant comburendi: Findebat eos, &  
 eorum viscera educebat; ponebat in scutellâ, eaq̃  
 super altare obferebat. Incidebat eos incisionibus, &  
 ad locum combustionis portari curabat. Ad quam  
 Mishnam R. Salom. Jarchi ritum victimas ad  
 excatationem & sectionem jam mactatas de-  
 portandi adnotat: אֲרַבְעָרָא בְּנֵי אֶרְבָּה  
 נוֹשְׂאִין שְׁנֵי מִשְׁוֵי שְׁנֵים לַפְּנִיָּם  
 שְׁנֵים לְאַחֲרָיִם לְמַהֲלָסִין מִוֶּט אֶצְלָהּ  
 מִוֶּט הַפֶּד וְהַשְּׁעִיר נִתּוֹנָן עֲלֵיהֶן מִדְּסָבִין  
 זָרָה עָלָיָם זָרָה וְכֹפֶסִין זֶה תַּחֲתָיָה זֶה  
 כְּמִין קָלְעוֹתָ וְשְׁלִימִין הֵן אֵלֶּיךָ שֶׁנִּקְרָע  
 כְּרִיסָן לְהוֹצִיָּאתָ אִימורֵיהֶן id est Quatuor  
 homines duos vectas ferebant; duo ante, & duo pone.  
 Portabant vectes juxta se; & juvencus & hircus in  
 imponebantur: alterum super alterum vehebant, &  
 alterum sub altero incurvabant velut opus implexum;  
 & integri erant, nisi quod venter eorum dissectus erat,  
 ut viscera educerentur.

Apud gentiles potissima inter omnes pro-  
 sectas victimarum partes COXARVM ratio habea-  
 batur. Ἀγὶ τ' συνταλῶν, ut Eustathius loquitur,  
 τοῖς ζωοῖς εἰς βὰ δινύτε, καὶ εἰς γίνεσθαι τῇ  
 ἀρεῇ τῷ ἀνθρώπῳ; quæ, ut & femora, re-

nes, adeps & inguina cniſſa operta ſeu pinguedine perſuſa, & quidem duplicata, igitra-  
debantur πάντα, quod explicat Eufſtathius ὅλας,  
ſive ὀλόπληρα ſc: μερία. Catullus:

*Gnatus ut accepto veneretur carmine divos;*

*Omenum in flammâ pinguis calefaciens*

Hefiodus l. i. Operum & dierum verſſ. 335.  
& ſeqq.

Αγνῶς ἔκκαθαρῶς ὅπῃ δὲ ἀγλαὰ μερία καίει  
Ἀλλοτε δὴ ἀποδόησι θυέσσιν τε ἰλάσκειαι

Ἡ μὲν οἱ ἐνάζη καὶ ὅταν φάτω ἱερὸν ἔλθῃ &c.

Ad quæ verba Joh. Tzetza (qui & in Homerum  
commentatus eſt, Iſaaci Tzetza, celebris Ly-  
cophronis ſcholiaſta, frater, aliquando ineptiſ-  
ſimè Coeci nomine citatus, neque etiam Zozes  
ſcribendus, tanq. ſcribtiō Tzetzeſ per conſuetu-  
dinem eſſet introducta, ut falſò tradit Girald.  
dial. 3. de Poët.) Grammaticus: *Hiſtorica inter-  
pretatio non eſt obſcura, quòd videlicet coxæ ſive  
femora ſolebant præcipuè Diis cremari. Allegoricè  
autem per illa ſignificârunt, ſe ſuas actiones, ſuaq;  
cepta & animi cogitata diis commendare, ut auſpi-  
cata & fauſta ſiant, felicemq; eventum ac finem ſor-  
tiantur: Quod etiam nunc ſignificat Poëta, dum  
inquit: *Moderate vitæ tuæ curſum, & omnes con-  
tus tuos ad normam divina mentis, ut ſint auſpicata  
& proſpera, quæcumq; agû.* Vid. Arnobium l. 7.  
Sunt autem coxæ duor oſſa adſtriſta ſacræ ſpi-  
ræ, quæ eſt una pars ſpina; quam græci ὀστέον ἱερὸν  
vocant,*

vocant, (id est os sacrum) quoniam primum infante  
concepto nascitur, Addeq; & de hostiâ id primum deis  
suis dabatur, ait Isidorus l. ii. c. i. FEMVR ad  
genu deductum (dividitur enim pes in coxam  
vel coxendicem, femur, femur & genu) ex la-  
to in angustum desinit: In plerisque omnibus  
sacrificiis (si non victimæ essent suillum invi-  
sum Deæ ob Adonidis mortem, pecus) Veneri  
obferebatur, quoniam femorum valde opero-  
sa in libidinis exercitio vis: Vnde & eorum  
Poëtæ, rem obscenam circumscribentes, fre-  
quentem faciunt mentionem. v. g. Ovidius l. i.  
amor. el. 4.

*Nec femori committe femur, nec crure cohere,  
nec tenerum duro cum pede junge pedem.*

l. 2. el. 4, ubi se quasvis ait amare mulieres:

*Est oriam, quæ me vatem & mea carmina culpet:  
Culpanti cupiam sustinuisse femur.*

l. 3. el. 7.

*Osculaq; inseruit cupida tuctantia lingua,  
Lascivum femori subposuitq; femur.*

l. 60d. el. 14.

*Illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori,*

*Nec femori impositum sustinuisse femur.*

Catullus carm. 68:

*Noli admirari, quare tibi femina nulla,*

*Ruse, velit tenerum subposuisse femur.*

Tibullus. l. i. el. 8.

*Sed corpus retigisse nocet, sed longa dedisse*

*Oscula, sed femori consenuisse femur.*

Et in spectatione formæ muliebris præcipuè  
aptitudo, & qualitas femorum æstimabatur.  
Horatius l. 1. sat. 2.

*Tenerum est femur, cui cras*

*Rectius atq; aviam melius per sepe togata.*

Ovidius de Corinna concubitu l. 1. amorum el. 5.

*Quam castigato plantæ sub pectore venter!*

*Quantum & quale lacus! quam juvenile femur!*

Idem l. 3. amor.

*Cui femur est juvenile, carent q. cætera munda:*

*Semper in obliquo fusa sit illa thoro.*

Petronius de impurissimis scortis masculis:

*Huc huc convenite nunc spatulocinædi;*

*Pede tendite, cursum addece, convolante plantæ,*

*Femora facili, clava agili, & manu præcaces &c.*

Inde Juvenalis vocem hanc pro naturâ mulie-

bri & obscæno membro ponit: *Ac summum do-*

*mine femur exclamare coëgit.* sat. 6. prout quidem

Rigaltius & alii explicant; Possent huc multa

conferri de Ebræorum. **וְיָצֵא** quod significat

*femur*; & phrasi illâ **וְיָצֵא פָדָה**, id est, *egredi*

*è femore*: Sed nos recedimus ad altaria nostra,

iisque impositas coxas, & proscindæ adipe obdu-

cta, quibus & ex omnibus hostiæ membris cru-

dæ particulæ abscissæ farinâq; conspersæ impo-

nebantur, diisque unâ adolebantur. Strabo:

**μελίσσας δὲ τὰ μέγιστα τὰ κρεῖττα τῆ ὑφ' ἡγομένης**

**τὴν ἱερουργίαν ἀπὸ πάντων ἀελομένων τοῖς θύοις, ἃ δὲ**

**ἀπονήματα μέρους.** Τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τὰ

**ἱερὰ**

ἱερὸν δὲ αὐτῶν τὸ θῆον, ἀλλὰ ὃ ἑδενός, ὅμως ὃ τὰ  
 Ἰππὺς ἡ μικρὸν ἡ θάλασσαν, ὡς λέγουσιν, Ἰππὺς  
 τὸ πῦρ. Hæ, teste Festo, ABLEGMINA, vel  
 ut alii volunt, *albegmina* dicta sunt STROBY-  
 LA vero, ceu idem prodit, Vmbrosorum linguâ  
 adpellabantur in genere partes carniû sacrifi-  
 catarum. Fiebat item aliquid ex concisa & com-  
 minutâ carne, & obferebatur in sacrificiis,  
 quod peculiari termino FRATRES nuncupâ-  
 runt. Arnobius: *Cupientes addiscere, quid cum*  
*pultibus deo sit, quid cum libis, quid diversis cum*  
*fratribus, confectionis jura multiplici, atq; impensa-*  
*rum varietate conditis.* J. 7. advers. gent. ubi Rom.  
 Cod. haud amissitatè legit: *diversis cum fratribus.*  
 Canterus V. L. 1. 9. *fratrem facere* eâ significatio-  
 ne accipit, quâ Muretus *farcem facere*, de quo  
 nos c. XXIV. CAVIARIA pars hostiæ caudâ re-  
 nus fuit, quæ quinto quoque anno pro Colle-  
 gio Pontificum adponebatur in sacrificio, unde  
*hostia Caviaræ* nominatæ. Festus.

Quandoque ad sacra farcimina refertissi-  
 ma adferebantur ex animalibus. Persius sat. 2.

*Esto, age! Sed grandes patina, tucetaq; crassa*  
*Adpungere hi Suporas vetant.*

Eaque vel cruda aræ imponebantur, vel variis  
 jusculis confecta, veluti & infinita alia cibo-  
 rum ex hostiarum carnibus genera, quæ epu-  
 cleatè sed prolixè refert Arnobius, cujus verba  
 adscribere operæ erit: *Quid, ait, sibi hac volunt,*

apexabo, ifcia, filicernia, longana? Quae sunt nomina & facieminum genera, birquino alia sanguine, comminutu alia inculcata pulmonibus? Quid tucetæ? quid'coniet? Quid offa? non vulgi, sed quibus est nomen adpellatioq; penita: ex quibus, quod primum est, in exiguae arvina est miculæ & illa minutim infecta do more: quod in secundo fitum est, intestini perverctio, per quam proluvies editur succi per exiccata vitellibus; offa autem penita est, cum particulâ viscerû caudâ pecoris amputatâ: Quid polimina? Quid omenta? Quid palasea? sive (ut quidam cognominant) plasea? ex quibus est omenti pars quadam, quo receptacula ventrium circumretita finiuntur. Bovæ cauda est plasea filigine & sanguine delibuta. Polimina porro sunt ea, quae nos proles veretundius dicimus: à vulgaribus autem adsolent cognomine testium nuncupari. Quid sicilla, quid frumen, quid asricia, quid gratilla, catumeum, conspolium, cubula? ex quibus duo, quae prima sunt, pultriam nomina, sed genere & qualitate diversa: Series vero, quae sequitur, liborum significantias continet; & ipsis non est una eademq; formatio: Non enim placet carnosum strebulam nominare, quae taurorum è coxendicibus demitur, pulpamenta non assa, quae in veribus exta sunt, animata prius & torrefacta carbonibus; non salsamina deniq; quae sunt una commixtio quadrinû copulata de fragibus. Non similiter fendicas, quae & ipse sunt dita, quae plebi oratio illa solet, cum elegitar nuncupare: non ratione eadem rumas, quae sunt pri-

ma in guttationibus capita, quæ deicere cibos & referre natura est ruminatio viduali. Non magnienta, non augmina, non mille species, vel amem sanguinum vel stillarum, quibus nomina indidisti obscura, vulgoq; ut essent angustiora fecisti. Si enim quacumq; ab hominibus sunt, maximeq; in re sacra, debent habere suas causas, nec sine ratione est quicquam in negotiis omnibus, atq; in omni administratione faciendum; edisserat nobis & dicite, quæ sit causa quæ ratio, ut hæc etiam diu dentur sacraq; adoleantur altaribus? l. 7. advers. gent. Hisce talibus Deos delectari, vivere, ac pinguescere stultè opinabantur Gentiles, tradente Porphyrio. Licet inter eos quidam veriti non fuerint oblationibus illis omni modo inhære, & si occasio tuta adfulgeret, boles quoscunq; Deorum faucibus eripere, qui dicebantur *Θυάρπαιτες, Βωμάτες, & Βωμολόχοι*; tantumque, ut victimarum carnibus infidias tenderent, circum aras versabantur: Postea *Βωμολόχοι* nomine scurræ & adfentatores insigniti sunt ab Aristotele l. 4. Eth.

CAPITA victimarum Ægypti aut peregrinis vendebant, aut diris devovebant & cum imprecatione in mare abiciebant. Romani iis fulgurita expiabant; id quod Jupiter Numæ in mandatis dedit, auctore Arnobio l. 5. Taurorum autem, bou, ac arietum capita carne spoliabant & vel lancibus imponebant, vel altaribus, tem-

plorum parietibus, ac valvis, vasis & locis sacris, una cum verbenis fructibusq; suspendebant: Similiter & capita vervecina pingebant, ac insculpebant *pour monstres la pieté & religion*, ut ait Choul, quem. adi. pag. 316, 318. Vid. & tales picturas in tabellis cap. XVII, litt. B. & P; cap. XVIII, litt. H. præfixis; in arâ marmoreâ in inscribit. Gruteri f. l. necnon ap. Rubenium in Electis. LINGVA hostiarum Mercurio sacra fuit propter eloquentiam, ob quam & præconibus aliquando dabatur, cui sub vesperam adolebatur. Vid. Phurnutium de N. D. Athenarum 1. 9. Apolloni Scholiastam, Stuckium f. 124 & seq. 136 & seq. Eidem & ARMVS in immolationibus consecrabatur. Suidas voc. *καλή*. Adde de his omnibus Eund. voc. *καρδιασάμε*. Coel. Rhod. L. A. 12, 1. BILEM in *προελαίσις* & sacris nuptialibus non reliquis immiscebant, sed juxta altare projiciebant, abesse in matrimonio oportere iracundiam innuentes. Plutarch. in Connub. præceptis. In cæteris non item; cujus causam audi ex Porphyrio: *ἂν καὶ ταῖς θοῖς καλὴν ἔθμεν· ἢ ἂν ὁ μὲν θάνατον ἀνσίπνῃ, ἢ δὲ ἐατῆα ζῶν ὀπίμαχος καὶ πικρῶς*. lib. de antr. Nymf. CORDA pinguedine oblecta seorsim flammæ imponebantur, quæ Ebraei idololatras peculiari modo extrahant, per foramen, circuli aut potius cordis specie,



specie, quales hoc pacto perforatas pelles  
 לְבָבִים עֲרוּרִים, pelles cordium vocabant. Me-  
 minit hujus Maimonides de idol. c. 7. §. 3. & in  
 not. ad Misnajor **כִּי כִּי יָא**. Sed si foramen  
 illud per errorem in longum disruptum fuisset,  
 illam pecudem pro inutili habuere. Confer Di-  
 onys. Vossium ad l. c. de Idol. Talium perfora-  
 tarum pellium usus (veluti & vasorum idolola-  
 tricorum, ut si v. g. calix idololatriæ cultus in-  
 cidisset in capsam aliis calicibus plenam, cuncti  
 fuerint veriti. Maim. c. c. l. c. §. 12. & 14.) seve-  
 rissime orthodoxis Israelitis prohibebatur.

**וְכִן עַד לְבָב שְׁנַעַרְבֵי כֶסֶם עֲרוּרִים**  
**וְכִן עַד לְבָב שְׁנַעַרְבֵי כֶסֶם עֲרוּרִים** id est Et si pelvis perforata pellibus sit  
 alius admixta, usus omnium earum est interdictus.  
 Cæterum ap. gentiles PELLEs victimarum  
 aliquando certis hominibus cedebant, aliquan-  
 do unâ comburebantur, non raro simulacra iis  
 regebantur, aut, ut *ἀνὰ θύλακα*, suspende-  
 bantur, ejus figuram ex antiquitate promittit  
 Choul. p. 319. Scythæ super eas jurabant. In  
 expiatione qq. adhibitas fuisse, Suidas testatur,  
 iustrandosq; *ἀγῶνες* modis instituisse *δὲ καὶ κωλύει*,  
 Hesychius auctor est. Vid. Stuck. f. 121. Præcipuè  
 tamen responsa & visa nocturna capturi (veluti  
 & in sepulcris, in Aesculapi templo) iis inco-  
 habant. Vid. Paus. de reb. Att. B. Hieronymus;

*Sedens qq. & habitans in sepulchro, & in delubris idolorum dormiens, ubi stratu pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniū futura cognoscerent.*  
in c. 65. Jof. Virgil. 7. Aen :

*In dubiis responsa petunt: Huc dona Sacerdos  
Contulit, & casarum ovium sub nocte silenti  
Pellibus incubat stratu, somnosq; petivit.  
Multa modis simulacra videt volitantia miris,  
Et varias audit voces, fruiturq; Deorum  
Conloquio, atq; imis Acheronta adfatur Averni.  
Hic & tum pater ipse petens responsa Latinus,  
Centum lanigeras matrabat rirē bidentes,  
Atq; harum effatus tergo stratuq; jacebat  
Velleribus: subita ex alto vox reddita tunc est:*

Ubi proprium huius loci verbum est *incubare*; Servius: *Incubare proprie dicuntur hi, qui dormiunt ad accipiendā responsū; unde est: Ille incubat Jovi, id est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere.* Schol. in h. l. Quod vero Pausanias ait, solere substerni *δίσμα*, sciendum, inde derivatum esse *dormire*, quod prius *dermire*, dixere; veluti *benus*, *hema*, *temperi* &c.: Ita *belus*, *Compes*; loco *holus*, *compos*. Vid. Jul. Cæs. Scaligerum de Caus. L. L. 1, 21. Aus. Popmam de Vsu antiq. Lect. 1. c. 1. Pascasium Grosippum id est Gasparem Scioppium in grammat. Philos. Vossium de Idolol. 3, 33.

Jam de DIVINATIONE EX EXTIS loquamur, quæ Græcis dicebatur *θυγαλή, ιεροσκοπία*,

σκόπια, ἀπ' ἀγαγχοσκοπίας, ἡπατόσκοπίας;

& in specie, si ex hominum fieret visceribus,

ἀνθρώπωνμαρτυρία; si ex piscium, ἰχθυομαρτυρία;

Latinis *Vi extali* sive *extari*, *Extispicino*, *Extispici-*

*cium* & *Hariuspicina* ab *Hariungā* sive *Harugā*,

hostiā, describente Festo, cujus adhaerentia in-

spiciebantur extra, ita dictā vel ab *αρά*, vel ab

*βάρ*, cui includebatur. Inde & denominaban-

tur *hariuspices*, quos Marcellinus *extispices* vocat

l. 21. c. 2. qui exta pecudum inspiciebant, & ex

iis futura prædicebant, ceu tradit decr. XXVI.

Qu. IV. Græcis ἀπ' ἀγαγχοτόμοι, ἀπ' ἀγαγχοσκό-

παι, θυοσκοῖ, θυοσκόποι, ἱεροσκόποι, ἐμπυροσκόποι

vocati. VICTIMÆ CONSULTATORIÆ

nuncupatae sunt, quarum viscera interiora vel

Haruspex ipse, vel Victimarius educebat cultro,

quia manibus ea tangere nefas habebatur, ha-

ruspicique in anc labrem mensam tradebat, ubi

is ea contemplabatur ac inspiciebat, quod pe-

culiari vocabulo erat *consultare* exta, ut docet

Servius ad 4. Aen. & exinde aut bona designari,

aut mala portendi adseverabat, sacrificiumque

aut piaculare esse, aut litationem. Tacitus:

*Hostiæ, ut quisq; venisset, matres delignantur: Certissi-*

*mæ fides videretur fidei.* l. 2. hist. Lamprid. in

Helioq. *Cum inspiceret exta puerilia & exenteret*

*hostiæ ritu gentili.* c. 8. quem etiam Julianus per-

misit. Marcoll. 22, 30. Juven. *Aperta pulli vis agnita.*

sat. 6. Lucanus: *Itam superatam rapit quasi sit in*

*extis.* l. 1. Phars. Plautus in Poen. 2, Aru-

— Aruspex non homo trioboli  
 Omnibus in extis agebat portendi mihi  
 Malum damnumq; : & deos esse iratos mihi.

Perfius sat. 2.

An quis non fibris ovium ergennâq; jubente  
 Triste facis lucu vitandumq; bidental e

Sidon. Apoll.

Chaldeus in extis  
 Pontificum de mare senex arcana peregit  
 Murmura.

Tibull. 1. 8.

Nec conscia fibra deorum  
 Praecipit eventus.

Virg. 4. Aen.

Pecudumq; reclusis  
 Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

Ovid. 1. 15. Metam.

Protinus creptas viventi pectore fibras  
 Inspiciunt, mentesq; deum scrutantur in illis.

Id. 1. eod.

Maestatarumq; bidentum,  
 Quid sibi significant, trepidantia consulit exta.  
 Quae simul adspexit Tyrrhena gentio baraspex;  
 Magna quidem rerum molimina vidit in illis,  
 Non manifesta tamen. Cum vero sustulit acre  
 A pecudi fibrâ ad Cippi cornua lumen:  
 Rex, ait, O salve! Tibi enim, Tibi, Cippè tuâq;  
 Hic locus, & Latia patebunt cornibus arces.

*Reponantur* auctor ac inventor extitit Tages, filius Genii & nepos Jovis, teste Cicerone de divin. Hinc de eo Ovidius l. 15. Metam.

*Indigena dixere Tagem, qui primus Etruscum  
Edocuit gentem casus aperire futuros.*

Et Lucanus:

*Et fibrū sit nulla fides, sed conditor artem  
Finxerit illa Tages.*

In eā EXTORVM nomine veniebant Præcordia, perhibente Plinio l. 30, Ejusq; palmarium ac fons erat Epar seu jecur, quod, ubi vitio care-  
ret, læta ominabantur. Vid. Lubinum in illud Juvenalis: *Ponimus & scellum vituli jecur &c* sat. 13. Ita veteres, urbes structuros, jecinora pecorum ibi pascantium inspexisse, &, si fu-  
issent livida ac vitiosa, aliò secessisse scribit Vitruvius 1, 4. In S. Codice ap. Prophetam Rex Babel dicitur interrogaturus Teraphim, inspec-  
turusque jecur. Ezech. 21, 21. fontem nempe exspicii, & præcipuam partem. Et sacratissi-  
mus Imp. Theodosius cum impietatem istam prohibet, sic loquitur: *Ne quis mortalium faci-  
endi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione jecoris,  
extorūq; prasagio vana spem promissioni accipiat;  
vel (quod est deterius) futura sub execrabili consulta-  
tione cognoscat. Acerbiorū etenim imminet supplicii  
cruciatui ei, qui contra vetitum presentium vel futu-  
rarum rerum explorare tentaverit veritatem.* l. 2. C. de pag. & sacr. & templis. Petronius: *Recluso  
pecto;*

*pectore extraxit fortissimum jecur, & inde mihi futura pradixit.* in satyr. Syllæ ap. Laurentum sacrificanti similitudo coronæ in capite jecoris adparuit, quod Posthumius haruspex illi victoriam cum regno portendere interpretatus est. Ituri enim in prælium & cum hoste pugnatum Consultatoriam mactabant victimam, in cujus epate haruspex duo constituebat capita, quorum alterum civi, alterum hosti dicabat; consultisque capitibus hujus aut alterius partis pronuntiabat victoriam. Exemplum legimus ap. Lucanum:

*Quodq; nefas, nullū impune adparuit extis,  
Ecce videt capiti fibrarum increescere molem  
Alterius capiti, pars agra & marcida pendet,  
Pars micat, & celeri venas movet improba pulsus.*

C. Claudius & L. Petellius Coss. cum immolassent victimas, jecur subito tabuit; nec multo post hic morbo, alter Ligurum armis interiit, extis ita prædicentibus. Interdum planè deerat jecur signo piaculari & oppido horrendo, veluti Cajo principi & M. Marcello: Item C. Mario Uticæ immolanti. Simile aliquando evenire solebat in cordis inquisitione, quod secundum post jecoris considerationem locum obtinebat. Julio Cæsari, quo die veste purpureâ processit, & in cellâ aureâ sedit, sacrificanti, cor in extis bis defuisse, refert Suetonius. Pertinace, quâ die occisus fuit, sacrificante, cor in victimâ

inven-

inventum non est; & cum propterea querendo laboraret, epar qq. defuisse compererunt. Vid. Fulgosum l. i. c. 4. Hoc autem quod exta sine corde reperirentur & epate, à dæmoniis procurari credebant. Vid. Voss. de Idol. 1. 7. Inspiciebant & lien, pulmones, ac membranas viscera ambientes: Necnon observabant fel sive bilem, quomodo humorem ejacularetur? Eadem ratione vesicam, ore lanâ conligato, igni imponebant, & quo illa pacto disrumperetur, & quam in partem lotium fudisset, attendebant. Colligebantur qq. ex hostiarum caudis vaticinia: Igni quippe inflexæ difficultatem rei indicabant vel belli; extensæ & deorsum convergentes cladem futuram: Si vero in altum erectæ fuissent, victoriæ indicia præ se ferebant. Vid. Giraldum synt. 17. Adhæc consideratæ extorum colorem circumspiciebant, qui si maculis nigris aut cruentis esset infectus, si pallidus, si lividus, tanq. diri ominis respuebatur. Tibull. l. 2. el. 5:

*Per te presentit haruspex,*

*Lubrica signavit cum Deus exta notis*

Lucanus:

*Terruit ipse color vatem; nam pallida tetræ*

*Viscera tincta notis, gelidoq; infecta cruore*

*Plurimus adperso variabat sanguine liver.*

Vid. plura ap. Suetonium Aug. c. 1. Cic. de div.

Lucianum de sacrif. Plinium, 10, 22. Apul. l. 1.

metam.

metam. cum not. ColvI. Porphyrium *μετὰ  
 Διπαχῆς*, l. 2. §. 51. & seqq. Nonium, Festum,  
 Catonem de R. R. c. 133. Briss. l. 1. form. Scalig.  
 not. ad Festum. Casp. Peucerum de div. extispici-  
 um, Ludov. Lavaterum comm. in l. c. Ezech.  
 Corn. Agrippam de O. P. 1. 55. Turnebum advers.  
 15, 7. Joh. Gram. in Homerum de genere auspi-  
 ciorum, Janum Parrhasium epist. 18, Grute-  
 rum opin. 3, 3. Stuck. 127. & seqq. At in Divis  
 sacrificio contraria extra potiora erant. Vid.  
 Suet. in Oct. c. 8. Extra ubi fausta dedissent signa  
*εὐαγγέλιον* se iis, & καλλιστῆρ' dicebant. Evolv. Ci-  
 cer. de div. 1. & 2. & l. 1. de N. D. Val. Max. 1, 3.  
 Suidam voc. καλλιστῆρ'. Briss. l. 1. form.  
 Erat etiam signum quoddam, quod vocabatur  
*Deus*, de quo Lactantius Gramm. *Fuit quoddam  
 in extis signum quod Deus appellabatur: Quod si in-  
 tegram adparueret propitium numen ostendebat: Sin  
 vero dimidium iratum significabat numen; aut certe  
 non praesens.* in l. 5. Theb. Statl. Ad hoc sanè signū  
 conlimare videtur Porphyrius: *περὶ τῶν τῶν θεῶν  
 εἰς τὰ τοῖς ἀληθινοῖς αὐτῶν ἀσπλάγχοις ἰδρῶν*.  
 l. 2, §. 52. Extraque felicia vocabantur *leta*. Taci-  
 tus: *Sofratas, sacerdotis id nomen erat, ubi leta &  
 congruentia extra videt.* l. 2. hist. Tristia vero ea,  
 quae infelicia portendebant. Idem: XVIII. Cal.  
 Febr. sacrificanti pro ads. Apollinis Galba, *haruspex  
 Umbrius tristia extra, & instantes insidias, ac do-  
 mestis*



*sacrificum bestiarum prædicat. l. i. hist. In specie ea, in quibus nulla erant signa, adpellabantur muta; quæ conspicuas exhibebant notas, arguta; quæ potentibus pollicebantur honorem, humilio-ribus hereditatem, filios familias dominationem, regalia; præpinguia, lustrata; quæ aliquid pro-hibebant, citiva, in quibus cor aut caput in je-lore decessisset, pestifera. Vid. Stack. f. 126. & seq.*

## Cap. XXI.

**P**rogressus ad victimas in specie. *Animalia primitus non mactata. Cur à Syris post- modum sacrificata? זָוָו דֹּרִיָּהֶם Rych. symb. Animalia quando primum mactata; Et à quo? Animalium princeps homo. Dio- timi dicterium de humanis victimis lauda- tur. אֲדָמָה בְּיָדָא horrenda. Iphigeniam ex quo principio Vossius eand. fecerit cum Jeph- tha filiâ? An Jephtha filia immolata? Ali- quot rationes repugnantes. Loca Jud. ii, qua- bus faciunt, explicata. וְהָעֵלִיתִיהָ prefixum in disjunctivum. Mos Judæorum virgines ad perpetuam castitatem Deo di- cendi. תָּמָּד לְחַנּוּתָא varia explicatio. Vera- que significatio ex alio ejusd. libri loco elici- tur.*

tur. Homo quando primū sacrificatus? Qui  
postea magno numero immolati. Quā ma-  
ximē fini? Varii sine discrimine homines im-  
molati. Μυσὴν Ἰουδα. Germani in mactan-  
dis hominibꝫ populorū crudelissimi: Vel jam  
Christiani. Karii dii, quibus homines dati,  
Variarum gentium. Teutates & Hesus  
quisnam? Vocis Dienstag derivatio: Di-  
cebatur olim Zinstag: Quo etymo? Jupi-  
ter à Numā absentia circumventus. Homines  
in deorum honorem feris obiecti. Saturni  
præceteris diis inexplēbilis ἀδρανὶς Παις.  
Duo proverbia adducuntur. Saturnū cūr  
præcipuē liberi immolati? Idem ferē cum  
co Molech: Hujus sacrificia: Locus eorū:  
Vnde dictus vallis הַיְיִנוֹם? Etymon aliquo-  
rum proturbatur. Vallis Hinnom commu-  
ne sepulcrum. Communia sepulchra Agri-  
figulorum olim dicta. Ignis in valle Hin-  
nom: A quo infernus Gehenna dictus:  
Sicut à frigore Tartarus. Duobus Scriptura  
S. locis lux præfertur. Gehennæ vox etiam  
Rabbinis in usu: Quando illa creata. Loco  
Gen. i. lux à Rabbinis confertur. Proverbia  
de gehennā. כַּדְרֵי הַיְיִנוֹם qualis locus, & unde  
dictus?

*diſtus? מרדן: Mutatur à Maſoretiſ in מרדן מרדן quĩs & unde? Ejus alia nomina. Adramelech & Anamelech. Qui nam indicentur voc. מרדן Psalm. 10? Molech deſcriptio: Stella in fronte ejus: Remphan: Diverſa vocule hujus lectio: Ejus etymon: Varia ejus explicatio: Quale Remphan ſidus? Liberi an Molech combuſti, an per ignem tantum traducti? Contrariarum ſententiarum decifio. Comburendi modus & forma Molech. Seldenus levisiter notatur. Traductionis modus. Trice & turba inter Rabbinos. Cultus illius primordia: Cultorum horum pœna. Ritus ſimilis populi Dugbün. מרפא quid? Eorum conſectio: Siderum in eâ obſervatio. R. R. Bechai & Aben Eſra ex pluribus aliis Rabbiniſ oppugnantur. Aliquot Scripturæ loca ad prime inluminantur. Teraphim tantumne opacula, an etiam dii fuerint? Eorum etymon & verſio Germanica. Singula hominiſ partes immolata. Mortuiſ captiviſ ſacrificati. An & Junia ap. Romanos ſiniſ: Ea ap Limnataſ in flagellationem mutata. Diana Orthia. Flagellationis illius ritus.*



gimus hucusq; de Victimarum in genere requisitis ac immolatione. Restat ut ad singulas jam hostiarum species, & inde ad cœteras res diis oblatas pervolvamur. Syros antiquitus se abstinuisse à necandis animalibus, ut neque ipsa Diis immortalibus immolarent: Postea tamen cœpisse victimas mactare, ut arcerent à se quædam mala, refert Porphyrius l. 4. *περὶ ἀποχῆς*. Memoratur & inter Pythagoræ symbola illud: *ζῶων ἀπαχιδῶ*, quod explicant quidam, animantia non esse occidenda neque immolanda. Vid. Girald. in not. In arâ Apollinis *Ἰνῆτρος* nullum animal sacrificabatur. Laërt. Coelius animalia germinibus terræ deflorescentibus mactata, scribit, idque primò Hyperbium Martis filium fecisse. L. A. 12, 1. Dabimus in relatione nostrâ primas, vel Deo teste, principi, & animali omnium nobilissimo, HOMINI.

Sapientissimè Diotimus Thessalus, quem alii Aratum nominant, quamvis Ethnicus, humanas victimas deo non convenire, religionique omni repugnare dictitabat, ut notat de eo Eustathius. Verùm horrescat auris, rauescat vox, concurrant labra, consuatur os, lingua situbet, sanguis gelascat, stupe scat humanitas! **Homo**

Homo hominem immolat! Adeoque abominamur ferocem majorum nostrorum morem,

— Quibus immittitur placatur sanguine dæ-  
*Tentates, horrensque feru altaribus Hæsu,*  
*Et Taram Scythica non mitior ara Diane*

Lucani Verba sunt l. i. Phars: Adeo execramur Heliogabali inhumanitatem, cadentis humanas hostias, lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam, patrimis & matrimis, ut major esset utrique parenti dolor. Lampr. in ejus vit. c. 8, Adeo indignamur Cyanippoq; incestu foeto, ut adaram victimæ loco traheretur, promerenti. Plut. in parall. Adeo Abrahami fidem miramur, animumque obfirmatum, filium unicum Jehovah in sacrificium nequitiam denegantis. Gen. 22. Adeo commiseremur ad flammam sacrificalem abreptæ, sed fraude postea liberatæ Iphigeniæ sive Iphiænæ; quam magnus Vossius de Idolob addend. 176. ad l. Leandem facit cum Jephthæ filiâ, quam nempe à patre immolatam, cum viris undique doctissimis autumabat. At vero difficile id adsertu. Præter enim quod DEVS Sanctissimus nullo id modo concessurus fuisse videatur, etiam Jephthæ fides id non admisisset, ut potest à Spiritu S. inluminati, ut extat Jud. 11, 29. atque inter viros DEO carissimos numerati. Ebr. 11, 32. Neque id, mediis fidiis, ex S. Litteris ostendi potest. Siquidem in loco illo Jud. 11,

31: Et erit quodcumq; egredietur foribus mei domus  
 mea obviam mihi, quando revertar cum pace ab Am-  
 monitis וְהָיָה לִי לְפָנֶיךָ עַל־פְּתֵי הַבַּיִת וְהָיָה לִי לְפָנֶיךָ  
 littera ו (ut non malè purat Andr. Osiander)  
 non est copulativa, sed distinctiva; atque adeò  
 verbi debet: Et erit Jephtha, aut obsecram illud in  
 holocaustum; ut sensus sit: immolabo, si poterit  
 immolari; quod si vero tale erit, quod ex lege  
 nostrâ immolare non licet, aut occidere; sacra-  
 bo tamen illud certè servitio cultus divini. Atq;  
 hoc modo omninò explicatî oportere, ex seqq.  
 obscurum non est, in quibus ne גַּם quidem de  
 mactatione Ita enim vers. 39: Et revertebatur  
 exactis duobus mensibus ad patrem suum; & exse-  
 quebatur in eâ votum suum. Quale autem illud?  
 Apertè id indicat S. Scribeura: Et ipsa nunquam  
 agnovit virum. Itaq; non mactâsse dicitur Jephtha  
 filiam, sed tantum fecisse ei, ut voverat; ut se;  
 virum non cognosceret, sed perpetuam serva-  
 ret virginitatem; quod inter Judæos non erat  
 insolens, prout ait textus: Et ipsa non agnovit  
 virum וְהָיָה לִי לְפָנֶיךָ עַל־פְּתֵי הַבַּיִת fuitq; ritum in  
 Israel. Hic namque Soph-Paluk (ceu adnotat  
 Schedius de D. G. 2, 31. cujus hæc ferè argu-  
 menta ac probationes sunt, quas adducimus)  
 sententiam claudit. Vidit & hoc jam pridem  
 Chytræus: Non amissionem, inquit, vite deple-  
 rabat filia Jephtha; sed virginitatem perpetuam,  
 quod

quod absq; marito & liberis victura esset: Sicut Han-  
nam, matrem Simeonis, sterilitatem suam decessisse  
legimus comm. in h. l. Eadem ratio est verborum  
seqq. vers. ult: De anno in annum ibant filie Israëli-  
tarum: לַבָּנוֹת לְכָל שָׁנָה quod R.  
Kimchi vertit: *ad confabulandū cum filiis Jephthe;*  
ut sc. amicis conloquiis eam de virginitate &  
statu vitæ solitario consolarentur. Hæc Biblio-  
rum exactissimus, qui litteralem sensum maxi-  
mè exprimit, commentator. Eadem significa-  
tione eodem verbo utitur auctor ejusd. libri  
Judicium cap. 5. vers. 11. ubi in Ebræo extat  
וַיִּנְחָמוּ confabulentur quod etiam B. Lutherus ver-  
tit: Da sage man von der Gerechtigkeit daß  
H. Erren. Dum autem illum locum cap. 11. glo-  
riofissimus sanctæ fidei restitutor interpreta-  
tur, Daß die Töchter Israel jährlich hingehen  
zulegen die Tochter Jephtha; seoutus est Chal-  
dæum & R. Salomonem Jarchi, qui in Hud לַבָּנוֹת  
exprimunt: *ad lamentandum*, sc. cum rā super  
virginitate ejus, ut splendide & rectissimè eos  
explicat R. Kimchi. Vid. Buxtorfium Lex. rad.  
לַבָּנוֹת.

Humana primūm adhibita fuit in iure-  
jurando Iphigeniæ tempore confirmando victi-  
ma, quod exinde Lycophron πωρσφαιτον  
& Aeschylus προίλαια ναυ dixit: id est ἀπαρ-  
χὰς καὶ προίλαια Constant. Leonis Icono-  
machi

machi filius Venetum coluit, & humanas hostias immolavit, prodente Suida. Suet. in Oct. Scribunt quidam trecentos ex deditione electos utrimq; ordinis ad aram dno Julio extractam Idibus Martii hostiarum more mactatos. c. 18. In Peruvi confinibus hodieum homines immolant. Lipsius Mon. Pol. 2, §. 8 l. i. c. 3. Et ap. Mexicanos. ibid §. 10. Lucanus: *Omnisq; humani lustrata cruoribus arbor.* l. 3. Phars. Seneca de Thyestæ liberis Thy. 4. i.

*Post terga juvenum nobiles religat manus: &c.*

— — — *Qui manum ferro admovet?*

*Ipsa est sacerdos!*

Fiebat autem *scdm* iura isthac plerunq; pro salute alterius amici, Principis, aut civitatis, quales victimæ erant. *κατάφαστα & μεψήματα.* Ita Amastris Plutoni pro vitâ propriâ decem homines vivos prouttit: Pro salute Patriæ Protogenia, & Pandora Erechtei filia obcumbunt: Molpis deficientibus pluviis cæditur. Vid. Suidam ac Ovidium.

Neque ulli ordini, sexui, aut ætati parcebatur. Scævierunt ita incolæ Sardinia in senes, qui annum septuagesimum explevissent, teste Aeschilo; Caribes, teste Benzone, aliique in captivos, Albani in sanctissimum omnium; Massilienses in pauperes; alii in hospites. Seneca in Oct.

*Hospi.*



*Hospiti illic cede litatur.*

*Numen Superum.*

Ovid. l. 1. de art. am.

*Monstratq; piari*

*Hospiti effuso sanguine posse Jovem.*

Alti in Servos, alii in liberos, alii in nobiles; Multiq; dicunt (ait Capitolinus) ap. veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut civium sanguine litato, specte pugarum se Nemesis id est in quadam fortuna satiare. in Max. & Balb. c. 8. Refertenda huc astu diabolico excogitata, gentiliūque mentibus indita *μυστήν Ιουία*, quando infans matris utero sectus mactabatur; de eā Lucanus l. 6. Phars.

*Vulnere si ventris, non, quā natura vocabat,*

*Extrahitur partus, calidi ponendus in arū.*

De aliis gentibus, quæ liberos suos combussere, Vid. Athen. l. 4. Diod. l. 20. Just. l. 18. Hug. Grotium de satisfact. Christi c. 10. Inter omnes tamen populos sanguinolentā feritate ac diritate barbarā in hominibus innumeris diis suis percutiendis teterrimos, & monstrosos sacrificiorum humanorum modis famosissimos legimus Germanos priscos, de quibus Cic. Si quando aliquam metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humani hostiū eorum aras ac templa funestant, ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violārint. Qui enim ignorat, posuq; ad hanc diem retinere illam immanem ac bar-

Kk 5

barano

baram consuetudinem hominum immolandarum  
 orat. pro M. Font. Cæsar: Alii immani magnitudine  
 sacrificia habent, quorum contexta viminibus membra  
 vivi hominibus complent; quibus succensis circumventi  
 flammâ exanimantur. Supplicia eorû, qui in furto, aut  
 latrocinio, aut in aliquâ noxiâ sint comprehensi, grati-  
 a Dîs immortalibus esse arbitrantur; sed cû ejus gene-  
 ri corpus deficiat, ad innocentium supplicia descendunt.  
 l. 6. de B. G. Disertius de hoc Strabo: καὶ κατὰ  
 τὸ ζεύδον τινὰς καὶ ἀνὰ πύργον ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ  
 καθ' ἀσπίδας αἰεὶς κολοσὸν χορτὰ καὶ ξύλον,  
 ἐμβάλλοντες εἰς τὴν βουκήματα καὶ παυτοῖα  
 θηρία, καὶ ἀνθρώπους ἀλοκάουεν. l. 4. Idem  
 homines juxta Mœtim Scythiæ lacum, ubi  
 templum erat Dianæ Tauricæ, hospites ac ser-  
 vos immolâsse memorat. l. 3: Adde Hyginum  
 fab. 261. Incolæ Monæ insulæ, quæ olim Vectis  
 dicebatur, Deos suos captivorum sanguine pla-  
 cebant, donec per Suetonium Paulinum fab  
 Nerone Principe ad mitiorem cultum redige-  
 rentur. Vid. Fulgos. l. 2. c. 1 De Scordiscis Festus  
 Rufus: In Thracum regionibus Scordisci habitant,  
 pariter crudele & callidum genus, de quorum savitiâ  
 multa fabulose memorantur, quod hostium captivos  
 diu sui licaverunt, atq; sanguinem humanum osibus  
 capiteum potare sint soliti. In brevior. Vid. not.  
 Meibomi in h. l. Tantumque mos ille callum  
 eorum animis induxit, ut vel jam Christiani  
 humanis hostiis fuerint usi, teste Procopio l. 9.

B. G. Vid. plura de nefandâ isthac Germanorum crudelitate ap. Cas. de B. G. Joh. Magnum l. 7. hist. Goth. Robertum Gaguinum l. 19. hist. Franc. Schedium de D. G. synt. 2. c. 31. & 33. Esaiam Pufendorferum de Druidibus. c. 5.

Variis insuper Diis à variis gentibus humanae victimae oblatae. v. g. à Germanis Lunae, Dianae Tauricae, sive Tarami, de qua Lucanus l. 1. Phars. Strabo l. 3. praecipue autem Marti. Jornandes: *Martem Gothi semper asperrimâ placare culturâ: Nimirum victimae ejus mortes fuere captivum.* de reb. Ger. c. 5. Vid. Procop. l. 2. rerum Goth. quem vocare Teutamem. Lucanus l. c. item Hesum sive Hees vel Hies. Vnde dies Martis. quem nos dicimus hodie *Donstag/* adpellatur quasi *Hises Tag* vel *Chies Tag/* sive d. *Hies Tag/* cui non refragatur Summus Vossius de Idol. 2. 33. In antiquioribus tamen scribels Germanicia legimus, & à priscais ita pronunciatum esse, ac hodieque ab Helvetiis, Allatis, &c. pronunciari novimus *Zinstag/* vel *Zistag/* quasi d. *Hies Tag/* sive d. *Hieses Tag/* id est Hesi seu Martis dies, cum & hodie articulum illum praepositivum Genitivi singularis d. *sin/* tanq. nudum *S/* praesertim ante vocalem aut *H/* in communi sermone eloquamur. Oblatae etiam à Cretensisibus Agranelo; Veneri à Constant. Leonis filio; ab aliis Nemesi, ab aliis Plutoni. Vid. Porphyrium & Suidam. Jupiter Latialis sanguine humano ex-

hostiis

hostiis sibi cæsis prolucebatur, testibus Athanasio & Tertulliano. A Numâ tamen Jupiter hominum esuriens argutam retulit repulsam, cuius meminit Ovidius l. 3. fast:

*Cade caput, dixit. Cui rex: Parebimus, inquit;*

*Cadenda est hortu eruta cepa mei.*

*Addidit hic: Hominu sumes. Ait ille: capillos?*

*Postulat hic animam. Cui Numa: Piscis? ait.*

*Risit; & hu, inquit, facito mea tela procures,*

*O vir conloquio non abigende deum!*

De pluribus Minucius Felix: Tauru etiam Ponticæ & Aegyptio Busiridi ritum fuit hospites immolare; & Mercurio Gallos humanas vel inhumanas victimas cadere. Romani Græcum & Græcam, Gallum & Gallam sacrificio viventes obruere; hodieq; ab ipsis Latinis Jupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominu sanguine saginatur. in Octav. Ad Elmenhorstl not. ip h. l. Pertinet huc illud, quando in theatris homines passim feris objiciebant, in honorem dei illius, cui ludierant dicati, quod multis S. Apostolis contigit. Vid. Tertull. in Apolog. c. 9. Salvianum l. 6. Confer historiam Danielis cap. 6. Insatiabilis tamen præ cæteris omnibus erat Saturnus, ferocissimus ille semper deorum, cui Carthaginienses excellentiores ex filiis suis sorte lectos combusserunt, quorum loco aliis clanculum alios infantes clementibus, & in sacrificio pro suis subponentibus, irascens Saturnus, CC. nobi-

nobilissimis & CCC aliis sponte se obferentibus vix placatur; ubi & matres adstiteri cogebantur, citra lacrimas & gemitus, resonantibus circumcincta tibiis tympanisque. Plato qq. ita illius meminit: *Neq. leges nostra homines sacrificare permittunt; Carthaginiensibus autem justum sanctumq. habetur, adeo ut eorum nonnulli Saturno etiam sorte filios immolare permittant.* in Protag. A Tyriis vero id ortum fuisse Q. Curtius auctor est. Vid. de hoc Carth. ritu & Saturni statuâ plura ap. Diod. l. 20. August. de C. D. 7. 19. Euseb. orat. in laud. Const. Cæs. & præparat. Evang. 4, 16, Cyrillum advers. Julianum. l. 4. Tertullianum apolog. c. 4. & 9. & advers. Gnosticos c. 7. Lact. 1, 21, Philostratum in vit. Tyran. Apoll. Platon. in Minoë, Lucianum in Anachars. Plutarch. de vind. tarditate & de superstit. & in apophth. Porphyrium *περὶ λουπηρῶν*, Trogum l. 18. Silium Italicum l. 4. Punic. Girald. synt. 17. Nat. Com. Myth. 1, 18. Stuckiū, qui varios de ἀνθρωποθυσίᾳ Scribtores citat f. 41. & seqq. Sardinæ incolæ Saturno suos dederunt, teste Aeschilo, senes; Galli v. juvenes quosd. si credimus Augustino. De Phœnicibus Porphyrius. *Φόνικες ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ αὐχμῶν, ἢ λοιμῶν, ἰθύοντο τῶν φιλτάτων τινα Πιψηφίζοντες Κρόνον* l. 2. de abst. animalium. Rhodii eorum quempiam, qui

qui capitali adficiendi erant supplicio, Saturno  
 cedebant. Theodoretus: εθετο εν ρόδω μηνι  
 μεταγνυων & εκη ιεραμενα ανδρων & τα  
 κρειω· ο δη θητολυ εκρατησας ης εδ & μετα-  
 εληθη· ενα γδ των θηθι θανάτω δημοσία κα-  
 τακροθέντων μέχρι των κρονίων συνεχον. l. 7.  
 Græcar. adfection. Vnde proverbium illud: Sa-  
 turni hostia, de quo vid. Alciatum Lex. Plaut.  
 veluti à Dianâ Tauricâ Germanorum: Tauricâ  
 arâ crudelior, de quo Hadr. Junius cent. 6.  
 adag. 15. Adde Janum Parrhasium comm. in l. 3.  
 Claud. de rapt. Proserp. Causam, cur Carthag.  
 Galli, plurimique populi liberos suos Saturno  
 sacrificarint, tradit Minucius Felix: Nam Sa-  
 turnus filios suos non exposuit, sed voravit: Merito  
 et in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes  
 immolabantur, blanditiis & osculo comprimente va-  
 gitum, ne flebilis hostia immolaretur. in Octav.  
 alii, non quia exposuerit, sed quoniam immo-  
 laverit μανωγενή: id quod ad Abrahami histo-  
 riam respicit. Vid. inlustrem Seldenum de  
 D.S. 1, 6.

Idem planè & sacrificii ritus, & idolum  
 ανθρωποφάγον fuit MOLECH, cujus cultor-  
 es liberos ei accendebant: Ideò Jehova ad Ju-  
 dæos: De semine tuo non dabis, ut consecretur ido-  
 lolo Molech. Lev. 18, 21. Additque pœnam: Ho-  
 mo de filijs Israël, & de advenis, qui habitant in Israël;  
 si quis

Qui dederit de semine suo idolo Molech, mortuus erit,  
 et populus terra lapidabit eum. c. 20. vers. 11.  
 Add. Deut. 18, 10. Fili tamen postea edificavit  
 excelsa **הַנֶּחֱסִים**, quod est **הַנֶּחֱסִים בֵּן הַנֶּחֱסִים**  
 ut incenderent filios suos & filias suas igni. Jer.  
 7. 31. Verum Josias rex pientissimus contamina-  
 vit **הַנֶּחֱסִים**, quod est **הַנֶּחֱסִים בֵּן הַנֶּחֱסִים**, ut  
 nemo consecraret filium suum aut filiam per  
 ignem Molech. 2. Reg. 23, 10. Observa locum,  
 ubi immolabantur, qui erat vallis in tribu Ben-  
 jamin, dictus **הַנֶּחֱסִים בֵּן הַנֶּחֱסִים** Ge hinnom id est val-  
 lis hinnom, vel **הַנֶּחֱסִים בֵּן הַנֶּחֱסִים** Ge ben hinnom,  
 vallis filii hinnom, quod multi nomen viri,  
 vallis illius possessoris fuisse falso adserunt. Ve-  
 risimiliora. etenim legimus in lib. Jalkut: in c. 7.  
 Jerem. fol. 61. Vallis fuit dicta **הַנֶּחֱסִים**, quia  
 vox pueruli erat **הַנֶּחֱסִים** rugiens; aut quod  
 astantes sacrificuli dicerent: **וַיִּהְיֶה לְךָ** *Vitis*  
 erat tibi; dulce condimentum erit tibi. Scribit enim  
 R. Bechai Lev. 18. Parentes persuases fuisse; reliquos  
 liberos hac sacrificio à morte ereptum iri, seq. tot à vitâ  
 futuros prosperos. Sic etiam R. Levi Barsetoni:

שֶׁהַכּוֹמָרִים הַשְּׁקֵרִים הֵיוּ מִבְּטוּחֵיהֶן  
 אֲבִי הֶכֶן כִּי עַל יְדֵי תְּקוּבָתָם בֵּן  
 זֶה יֵצֵא שָׂאֵר זֶרְעוֹ בְּכָל אֲשֶׁר  
 יִפְנֶה וְתִהְיֶה הַבְּרָכָה וְהַטּוֹבָה  
 מִצִּוֵּי בֵּיתוֹ וְלִרְבּוֹ תְּרֻמִּית לַ  
 לַצִּדִּיק

לְאֹן מִתְּלִילָהּ לִקְבוּעַ הַחֶקֶק רַק בְּשֵׁי מַעַשׂ  
 לֹן זֶרַע מִלְּבַר אוֹתוֹ שְׁחוּמָה נֹתֵן לָהֶם  
 מִן יִמְאֵזוּ מִלְּשִׁמּוֹעַ אֱלֹהִים הֵן לְשׁוֹדְפוֹ  
 לְאִמְרֵי הֵן לְהַעֲבִירוֹ בְּתוֹךְ הַלֵּהב כִּדְעָרָה  
 קִצַּת הַמְּפֹרְשִׁים וְלִמְעַן יִבְטְחוּ גַם כֵּן  
 עַל הַבְּרִכּוֹת וְהַטּוֹבָרָה בְּנִשְׁאָרֵיהֶם  
 לְהַפְתּוֹ אֱלֹהִים מִתּוֹךְ כִּךְ הַפְתָּאִים

*h. e. Falsi flamines patri proli spondebant, beneficio oblati filii prospere habiturum reliquum ejus Semel, quocumq; se verteret, adeoq; domi sue locum habituram benedictionem & prosperitatem. Virq; dolus facilius succederet, nullam initio fixerunt legem, nisi illi, qui prater semen datum aliud superisset; ne obsequium detrectarent, siue comburendus plane fuerit filius, siue traducendus tantum juxta quosdam interpretes per flammam, & ut certos eos redderet benedictionis & prosperitatis in reliquiis, sicq; hi blanditium commodius simplices pellicerent. Vallis illa commune qq. erat sepulcrum, quo cadavera magno numero fuere conjecta, qualia loca agros figulorum dicta Viri docti existimant. Vid. Casp. Sanctium comm. ad. Jes. 5. 14. R. David Kimchi: Gehinnom, ait, est locus vicinus urbi Jerusalem, contemnitissimus, in quem projiciebant sordes & cadavera, fuitq; illic ignis continuus, ad comburendum cadavera, ossa & reliquas sordis. Psalm. 27. 13. Propter hunc ignem intensissimum, tum etiam propter acerbum fletum infantium hic combustorum ipsamq;*



ipsamq; vallis foeditatem, damnatorum loci  
 seu infernus nuncupatus fuit גֵּהֶנְמָה, Græcia  
 γέεννα, Latinis Gehenna; veluti contra ab ines-  
 sabili frigore idem תַּרְשִׁישׁ, תָּרְשָׁשׁ. Vid.  
 Kresnum not. in N. T. Dilherrum eel. 5. dist. 3.  
 pag. 128. Joh. Lorinum in 2. Petr. 2. 4. Huc Chris-  
 tus forte respicit, qd. ait: ὁ υἱος τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται ἐν τῇ  
 γέεννᾳ τῆς πυρὸς Matth. 5. 22. Et Jacobus: ὁ λόγος  
 γιζομένη ὑπὲρ τῆς γῆς c. 3. v. 6. Voce hæc  
 etiam Rabbini utuntur, qui septem res ante  
 creationem mundi creatas dicunt; Legem, Poi-  
 nitentiam, Paradisum, Gehennam, solium glo-  
 riæ, domum sanctuarii, & Messie nomen. in  
 Nedarim fol. 39. item in Targum Jonathanis,  
 Græc. 3, 24. Vid. Buxtorf. voc. גֵּהֶנְמָה, & in  
 Lex. Talm. rad. גֵּהֶנְמָה. Creatam autem gehennam  
 ajunt die secundo creationis mundi, eli-  
 cere idipsum conantes ex Cantic. 8, 6. Et hæc  
 reddunt rationem, quare in historiâ creationis  
 ad diem secundum Genes. 1. vers. 6, 7, 8. non, ut  
 ad ceteros, addatur כִּי טוֹב quod bonum esset &  
וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֵת הַגֵּהֶנְמָה i. e. quia  
 creatus fuit in eo ignis gehenna. Psalch. f. 54. Id  
 gehennæ judicium, (quod duplex esse volunt,  
 Aquæ & Ignis) duodecim persistere fabulantur  
 menses, ut videre est ex libro Zohar in Genes.  
 Vulgaris de eâ sunt in Judæorum ore Prover-  
 bia:

Diav. g. Tres non vident faciem gehenna **קִיבִּי**  
**עֲבִירַת חַיִּי מֵעֵיִם וְחַיִּי** *extrema paupertas,*  
*dolor colicus, & magistratus;* vel, ut quidam ex-  
 ponunt, *cui sunt debita multa.* Cod. Erubhin cap.  
 4. Item: **שְׂכָרָהּ מֵעֵיִם** *opra*  
*mea maledictorum pertinet ad gehennam.* Item  
**מִי שֶׁנֶּחֱמָה לְהַחֲמִיץ וְלֹא יָדָע**  
*qui est impudens facie, gehennæ;* qui verecundus, pa-  
 radise: sc. dignus est. Avoch. cap. 5.

Ipsæ locus in valle, in qua cotidie reban-  
 tur, excelsus erat, & dicebatur **תּוֹפֶת** Topheth  
 à **תּוֹפֵן** tympanis, quæ ibi pulsabantur, ne  
 quis infantum vagitus audiretur, quod, dum  
 fit, audimus hanc sonum **תּוֹפֵן תּוֹפֵן** ait Georg.  
 Pal. Lex. N. T. voc. *γέρον*. Præterea & adpel-  
 labatur **מַלְכֵּן** Malken, pro quo. Masorethia po-  
 nuunt **מַלְכֵּן**, quod significat furum ad confi-  
 ciendos latetes. Vid. R. Kimchi 2. Reg. 23; et  
 R. Moses Ben-Maimon in More-Nebochim 3;  
 38. Seldenus de D. S. t. 6. Glass. gram. 8. p. 814;  
 816. Schindl. in Lex. Beckmannus orig. LL.

Nunc de nomine, figura, & sacrificiis **מֹלֶכֶת**  
 Moloch. Nomen idoli hujus Ammonitarum, erat  
**מֹלֶכֶת** i. e. rex, à **מָלַךְ** regnavit: aliquando in  
 Scriptoris vocatur **מֹלֶכֶת** & **מֹלֶכֶת** ab eadē  
 radice. Memorantur & alia Deorum nomina  
**אֲדָמֶלֶכֶת** & **אַנְמֶלֶכֶת**, quibus populi de Se-  
 phatvaim filios suos combussisse feruntur. 2.  
 Reg.

Reg. 17. 21. qui forte indignantur per vocem  
 מֹלֶכֶת Pſal. 106. (al. 105.) v. 37. Fuit autem  
 Molech ſtatua ſeptem cubiculorum facie vitu-  
 li, manibus extenſis, quales ſunt homines para-  
 ti ad aliquid accipiendum; quam, ſi infans pen-  
 ſus eſſet comburendus, igne accendebant ſacrifi-  
 culi, adreptumq; infantem ponebant inter ma-  
 nus ipſius Molech. Fronti ejus ſtetlam fuiſſe  
 adfixam; Oecumenius putat, Remphan dictam;  
 cum & in Actis Apoſtolorum *Molech & Rem-*  
*phan* conjungantur: καὶ ἀνελάβετε τῆς σαρκὸς  
 τοῦ πόλεως καὶ τὸ ἄστρον ἃ οὗτοι ὑμῶν περὶ φαν;  
 τὰς εὐπρεπείας, & ἐπιθήσατε περὶ σκυνεῖν αὐτοῖς. 7. 43.  
 Syrus, Arabs & Juſtinus legunt *περὶ φαν*; al.  
*ραμὶ φαν*, al. *ρα φαν*, al. *ρε φαν*, al. *ρα κρῶν*, al. *ραμ-*  
*φᾶν*, al. *ρεμ φαν*, al. *ρομ φᾶ*. Orta hæc vox ex  
 doctiſſimorum quorumq; conjecturis à voce  
 Arabico-Perſicâ מֹלֶכֶת ubi Græci decurtatâ infer-  
 rius litterâ כ, ut τῶ כ ſimilis evaderet, legerunt  
 מֹלֶכֶת, tandemq; inſerto μ, *ρεμ φαν*. Vid.  
 Buxtorfium Lex. voc. מֹלֶכֶת Voſſ. de Idolol. 2, 23.  
 Aben Ezra linguâ Iſmaeliticâ מֹלֶכֶת *Chimam Sa-*  
*turni*, ait nuncupati, quod verū eſt. Vid. Pocok.  
 Spicim. hiſt. Arab. p. 390. & Hotting. Smegm.  
 oriental. p. 89. Kircher. in Copticis vult *μεφᾶν*  
 eſſe Ægyptiacum: ſed exploditur à D. Majore  
 in Act. p. 387. R. Salomon nomen dicit eſſe  
 L 1 2 idoli;

idoli; Chaldaeus paraphrasta, Aquila, & Symmachus retinuerunt vocem *Chim*. Theophylactus ad Actor. 1. c. *ἡμεῖς* vertit obtenebrationem, obscurationem, *σκοτισμὸν καὶ τύφλαν*; Theodotion; *ἀμαύρωσιν*, obscuritatem. Nonnulli Hesperum esse arbitrantur; alii Solem; quidam Lunam. Confer Seldenum de D. S. 2, 14. Voss. P. de Idol. 1. 2. c. 23. & 5. Voss. F. ad R. Mos. de Idol. c. 6. §. 5. Cyrillus etiam Luciferum aut Solem innuit: *Λίδον ἔχων διαφανή, καὶ ἐξαίρετον, ὡς ἰωφώρα τύπον τοῦ μετὰ πᾶσιν*, in Amos. Notanter supra diximus, si liberi essent comburendi: De hoc enim sunt, qui ambigant, solamq; per ignem translationem tradant; quamvis disertè cremationem statu-  
ant R. D. Kimchi, R. Salomo Jarchi, R. Moses Gerundensis, R. Joseph Karon, R. Moses Mikotzi, Isaacus Abravanel, Lyranus & Tostatus Abulensis in Lev. 18. Torniellus in annal. ad A. M. 346. Adrichomius in sua Jerus. num. 125. Drusius ex Megilla comm. 1. in voc. N. T. & alii. Lutherus ipse: Der Abgott Molech war ein ähern Bild inwendig voller Blut: dem Ketters Kinder in die Arme legten und verbrannten und die Priester mit Pauken und Schellen klingen / daß die Aeltern der Kinder Geschrei nicht hören sollten. gloss. ad Jerem. 7. 31. Sed utramq; sententiam veram esse, adserimus.

Vossio

Vossio P. de Idol. 2, 5. & E. ad Mainm. alibi quod fuisse translationem, quâ liberos tantum Molech initiabantur; aliam combustionem, quâ totos penitus ei obferebant ac adolebant. Huius modum exactissime describit R. Simeon in comm. bibliorum mystico, qui dictus Jalkut, l. c. *Esti fuerint omnes domus idololatrica in ipsâ urbe Jerusalem; Molech tamen fuit extra urbem in loco separato. Quomodo Molech erat factus? Imago erat (area. R. Salomo Jerem. l. c.) habens faciem vituli, manus expansas instar hominis manus aperientis, ut ab alio aliquid accipiat, intrinsecus excavata. Septem ipsi extructa fuere sacella, ante quam imago ista fuerat conlocata. Avem sive pullum columbinum obferens primum ingrediebatur sacellum. Ovem aut agnum, secundum; Arietem, tertium; Vitulum, quartum; Juvenum, quintum; hircum, sextum; qui denique filium proprium obferret, septimum occupabat sacellum. Hic Molech osculabatur, juxta illud: Sacrificatores hominum vitulam osculantur. Hos. 13, 2. Filium ante Molech ponebatur; Molech igne subposito succendebatur, donec ignitus fieret instar luci. Tunc sacrificuli acceptum infantem candentibus Molech manibus indebant; ac ne parens (quod propitius habebatur) gemitum ac clamorem pueri audiret, tympana pulsârunt. Haftenus Jalkut. Paulus Fagius in Chald. paraphr. Levitici planè aliter. Omisso enim quinto loco juveneo, primo conclavi ingerit simlam, secundo turtures, tertio o-*

venit. Videat jam aliquis, an secutus sit R. Simonem; quod tamen perhibet Seldenus de D. S. i, 6. Traductionis meminit Concilium sextum Cplitanum in Trullo habitum can. 65: τὰς ἐν ταῖς ναπηναῖς, ὑπὸ Ἰωάν. πρὸ τῶν οἰκείων, ἐργαστηρίων ἢ οἰκῶν ἀναπομένους πυρκαϊαῖς, αἱ καὶ ὑπεράλλεον Ἰνέες κατὰ τὴν εἰρη- ἀρχαίον Πηχερῶσι &c. Et Virgilius lib. II. Æn.

*Cui pinus ardor acervo*

*Pascitur, & medium freti pietate per ignem*

*Cultores multa premimus vestigia prunæ.*

Quo autē illa pacto peracta fuerit, satis luculenter depingit הגדול הרב i. e. Rabbi magnus, עם cum Kimchi vocat, Moses ben-Maimon:

כיצד היו עושין מדליק את גדולתם ודוקה סקעם ודעו וסודם לכנסיהם עובדי האש ואחין הכושרים נותנין הבן לאביו אחד שנמסר בידן להעבירו באש ברשותו ואבי הבן חוץ שמעביר בנו על האש ברשות הבושרים ומעבירו בגליו מצד זה לצד אחר בתוך השלהבת. i. e. *Quomodo id fiebat? Accenso igne*

*magna partem sui semini accipiebant, quem dain sacerdotibus igni servientibus tradebant. At Sacerdotes, ubi filium accepissent, eum patri restituebant, quod ipse ex sententiâ suâ eum per ignem traduceret. Igitur pater filium permissu sacerdotum per ignem*

agatur. *Pedibus autem jubebat transire domos  
sue, ne quicquid esset, emissus foret.* lib. ערכין  
cap. 9. *Interitum aut R. Moser libi ipse non  
constitit, simul ac Rabbini ordi antiquissimi dis-  
fessionem inter translationem & combustionem  
non capere non potuerunt: aut moderniores  
Rabbini vetustiorum illorum verba conciliare,  
indiscrepantiam hunc duplicem colligere nescive-  
re.* Sic quippe legimus: וְרַעַת הָאֵשׁ וְהָאֵל  
וְהָרִמְבָּם וְהָאֵל שָׁלֵם בֵּיה שָׁרְמוּ אֶלֶּי  
וְהָאֵל שָׁלֵם הָיָה לְהַעֲבִירוֹ לְבָר וְהָאֵל  
שָׁחַצְבִּירו כְּמוֹ שֶׁהָיָה דְרָכָם לְהַעֲבִיר  
וְהָיָה וְהָעֵלֶה הָרִמְבָּם וְהָאֵל שָׁחַצְבִּירו  
בְּיָהֵב עַל שְׁנֵי שָׁחַצְבִּירו וְהָאֵל שָׁחַצְבִּירו  
כִּי בְּיָהֵב הָיָה שָׁחַצְבִּירו שְׁנֵי שָׁחַצְבִּירו  
Rabbi. *Jarchi. & R. Moser filius Maim. quod ab-  
latus (pater) non combusserit, sed quod sustinuit boni  
combussit, ut traduceretur tantum; & quod post-  
quam cum more illorum induxisset, ventum contra-  
xerit. Sed R. Mosas filius Nachman statuit, quod per  
igni flammam tandem cum traduxerit, ubi tum ei  
guessa fuerit anima ejus. Rationes ejus adducunt in comen-  
tariis in Pentateuchi quoad dicitur. Hæc omnia  
et Judæis in memoriam Isaac immolandi facta;  
Vide Gl. Joh. Buxtorfius auguratur, quod Deus  
Abrahamo dixerat: Adsume nunc filium tuum tu-  
micum Isaacum, & offer eum in holocaustum. Genes  
22, 2. Hinc factam religionem, ut adaliteri*

*incensum in valle ben-hinnom. & intrarunt filii  
sui in igne, juxta ritum gentium. 2. Paralip. 28, 3.*  
Istiusmodi idololatraz tam formine, quam viri,  
etiam gentiles, si testibus convicti fuerant, pre-  
missa quoq; dehortatione, lapidabantur: Si de-  
fuissent testes & admonitio, aqua & igni iis in-  
terdicebatur. Vid. Cl. Hottingerum de jur. Ebr.  
l. 208. Similem ferè morem populorum  
Dughii in insulâ Chanag memorat R. Ben-  
jamin in itin. ap. quos ante singula sana cam-  
pus magnus & latus est, in quo ingens ignis o-  
mnibus diebus ardet, quem Elthotha vocant:  
Per hunc filios suos expiandi causâ mittere so-  
lebant, mortuosq; suos in medium rogi con-  
jiciebant. Præterea Magnates eorum cum vi-  
vos se summâ omnium familiarum gratula-  
tione igni devovissent; præfente die exolatio-  
nis voti splendido convivio exceptus; si dives,  
eques; si pauperior, pedes deducitur ab amico-  
rum tympanis & choreis ludentium turbâ ad  
campi initium: Unde turba invito in ignem  
insilit: Tertia post dies sacrificii primores  
familiam advenientes jubent patri ipsorum para-  
ri domum, hæc eis die adfuturo: Advocantur  
igitur ex civitate testes aliquot, & Satana speciem  
imitatus combusti adest, cum quo uxor & filii  
varia conferunt &c. Idem adhuc hodie apud  
aliquos Indigentes obtinere, complures secu-  
lari testes fidem faciunt.

Majo-



Majori adhuc, & viz fanda impietate, flagrantur Judæi, quando pueri alicujus primogeniti, demoni q; sacrificati, caput præcisum, salitumq; aromatibus condiebant, ut diu peristeret, ac super linguam in laminâ aureâ nomen demonis ponebant, capientes inde responsa, taleq; יְרֵמְיָהוּ dicebant. Vid. Nicol. Lyram in Gen. 31, 19. Ubi Rachel patris sui Teraphim furatur. Elias Levita Germanus: *Inveni quod in hunc modum fiebant Teraphim. Mactabant hominem primogenitum, cujus caput torquendo angulo secabant, quod postea sale & aromatibus condiebant, scribebantq; super laminam auream nomen spiritus immundi; quâ subpositâ capiti ejus, ponebant illud in pariete, incendentes coram eo candelas & odorantes coram eo in יְרֵמְיָהוּ. Eadem ferme recenset Ben-Vziel & R. Elieser, nisi quod hic addat: laminam infra linguam positam: Item: Vnde autem probatur quod Teraphim locuta sint? Inde, quod dicitur: Teraphim loquuntur vanitatem, Zach. 2. Propterea furata est eas Rachel, ne indicarent Labano, fugisse Jacobum. Observabatur præterea in parandis Teraphim cœli constellatio: Aliquorum enim siderum influxus etiam eò requirebatur; quod, notare possumus ex verbis Carpi, quod imperiti quidam centiloquium Prokrai adpellant: τὰ ἐν τῇ γενίᾳ καὶ φθορᾷ αἰὲν πύχα ἐντὸς τῶν ἑργαρίων αἰδῶν. Διὰ τὸ το χρῶν-*

τὰς τέτοις οἱ σοφισμοὶ τὰς ἐπιβάσεις  
 τῶν ἀσέβων οὐκ ἀνέλεες ἐπ' αὐτὰς. 9. Vid. omni-  
 nō quid ad h. l. commentatus sit Arabs Haly  
 AbenRodoan. Ita R. Bechai in Genesim scri-  
 bit: *Sententia Ramban de Teraphim est, quod fue-  
 rint instrumenta ad cognoscendum horas. & uteban-  
 tur eo ad divinationem, ut scirent futura. Quam  
 sententiam unā cum aliis etiam recitat R. Aben-  
 Ezra in Genes. 31. Sed manifestō adversatur R.  
 David in 1. Sam. 19, 13. Quidam, ait, dicunt fuisse  
 instrumentum arcum, eo factum, ut viderentur in eo  
 partes horarum, simul etiam futura beneficio asstro-  
 zum. Id possit convenire negotio Labani, sed in ne-  
 gotio Michale grave est explicare, quare posuerit eā  
 in lecto in loco Davidis; cum istud instrumentum  
 plane non fuerit ad hanc dispositionem adcommoda-  
 tum. Similiter Ralbag sive Rabbi Levi Ben Gers-  
 son: Teraphim sunt imagines formā humanā, ut  
 videre est in Michale filiā Saulis: Fuitq; ista forma  
 facta hora certā notū apud ipsas, quā excitaretur  
 facultas imaginativæ divinantū, audiretq; q. vocem  
 submissam loquentem ad se de rebus futuris, quibus  
 occupata fuit cogitatio ejus &c. in Gen. Raschi,  
 vel Rabbi Salomo Jarchi, comm. 2. Reg. 23, 24.  
 Teraphim fuerunt imagines, quæ loquebantur per  
 artes magicas: Qui faciebant eas, opus habebant re-  
 spicere horam certam, & annū certum convenien-  
 tem ad id. Et Ezech. 21, 21. Teraphim est imago la-  
 queus per artem magicam, estq; hora certa disposita,  
 quā*

quā, *תבשילי עמ*, est in eā sermo perpetuus. Latinam tantum versionem adposuisse sufficiat, cum textum Ebraicum adducere longius, fuisset: Inprimis tu hunc & plura de Teraphim lege apud Buxtorfium lex. Talm. voc. תרפי. Huiusmodi Teraphim Michal Davidis jam fugientis lecto imposuisse, & hoc maritum modo salvasse dicitur. 1. Sam. 19, 13. Apud Ezechielem stetit rex in bivio, & interrogavit Teraphim, & inspexit jecur. 21, 21. Vid. Kimchium in Sam. l. c. Aben-Esram in Gen. l. c. R. Salom. in Hof. 3, 4. Pirke R. Eliesaris c. 36. De tali capite Gerberti G. Malmesburienfis de gestis R. Anglorum 12, 10. & luteo Oxoniensi Seldenus de D. S. 1, 2. Memini & egomet, vidisse me in splendidissimā Bojariensi bibliothecā, quæ est Ingolstadt ad Danubium, caput ad spectu adeo horribile, ut vel intuentem longè fuget, e quo Diabolum aliquando vocē humanā locutum perhibent. De alio integro simulacro, quod Monachi servatur, vid. quid supra retulerimus cap. VI. pag. 145. Admodum hic inter doctores ambigitur, utrum capita hæc pro Diis culta, an tantum pro oraculorum instrumentis habita. De quā controversiā vid. R. Simeon Ben-Jochai in Zohar f. 94. Quidam certè vertunt *עֲדָלָה*, alii *דָּהָלָה*, alii *גְּלֻסְתָּה*; Aquila *μορφώματα* & *φωτισμός*; Targum Hoseæ *תפיד* i. e. *admiratio*.

*adjuvantur* : Vocem autem ~~עֲבָדָם~~ Joh. Mercerus & Simeon de Muis peregrinam dicunt : quidam deducunt à ~~עָבַד~~ moderi aut famare : R. Bechai & R. Jehuda à ~~עָבַד~~ destitit, defecit, remissus fuit, quæ derivatio etiam B. Luthero placuit : R. Jose à ~~עָבַד~~ turpitudine, ignominia : Alii à ~~עָבַד~~ i. e. vermiculari. Tu uberius hæc vide ap. Buxtorfium l. c. & Dilherum t. 2. disp. 13. B. Lutherus modò vertit ~~עָבַד~~ Gen/ Genes. 31. v. 34. 35. Zach. 10, 2; modò ~~עָבַד~~ Abgott/ Ezech. 21, 21; modò ~~עָבַד~~ Abgötterei/ 1. Sam. 15, 23. modò ~~עָבַד~~ Bilde/ 1. Sam. 19. v. 13. 16; modò in plurali ~~עָבַד~~ Bilder/ 2. Reg 23, 25; modò ~~עָבַד~~ Heilige/ Jud. 17, 5; modò ~~עָבַד~~ Heiligthum/ Jud. 18. v. 14, 17, 18, 20. Hos. 3, 4. Stuckius etiam singulas hominis partes v. g. caput, calvariam, dextras, sanguinem, lac, capillos, corpus, truncum, pudenda, linguam &c. variis ait fuisse diis immolatas. f. 42.

In inferiis sive sacrificiis mortuorum opulentiorum apud gentiles frequenter captivi pro victimis jugulabantur. Virg. l. 10. Aen.

*Quattuor hic juvenes, totidem quos educet Vffens,  
Viventes rapit inferias, quas immolet umbræ,  
Captivoq; regi perfundet sanguine flammæ.*

Idque adhuc hodiè apud Indos Orientales moris est, regibus primoribus aut divitibus jam humandis aut comburendis addere comites; quos

quos ex compositis à suis aliquò missos quidam in insidijs locati de improvviso transfigunt, & capita avulsa circa sepulcrum in hastis erigunt.

Sapere tandem, & ab inhumanâ istâ sevitia abstinere cœpere Romani A. V. 12. cLVII, ut prœdit Plinius : DC. LVII *demum anno urbis* Cn. Cornelio Lentulo & P. Licinio Crasso Coss. senatus consultum factum est, ne homo immolaretur, par-  
lamq; in tempus filius sacri prodigiosi celebratio &c. Non satis est mari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra: in quibus hominem occidere religiosissimum erat; mundi verò etiam saluber-  
rimum. H. N. 30, 1. Ideo ob ἀνθρώπων θυμῶν Bletonesiorum Magistratus, ut pœnas de iis fumerent, acciverunt Romani: Cùm autem ex lege ea quadam facta adpareret, missos fecerunt, sed tali sacrificio posthac interdixerunt. Vnde Plutarchus querit, cur hoc fecerint Romani, cùm tamen ipsi non multo ante duos Græcos & duas Gallas immolârint? probl. 82. Lycurgus quoque cùm ἀμαλὴ ἀνθρώπων τῶν βωμῶν ἀμαρτῶν Limnaræ juberentur, immolationem in flagellationem mutavit, de qua Seneca de Prov. d. c. 4. Tertull. ad marty. c. 4. Lucianus Icaromenipp. Philostratus l. 6. de Apoll. Thyau. Petron. in satyr. Arrian. diss. in Epict. 123. Vnde Diana Ἄρδης cognominata fuit.



Bos aliquando immolari vetitus: Cur Ce-  
 reri non immolatus? Aegyptii boum cul-  
 tores. Quibusd. locis S. Codicis lux magna  
 conceditur. Vitulus aureas Judaeorum  
 Apin representabatur: Non erat vivus.  
 Fabula Rabbinnica de aureis barbis. Cl. Vossii  
 etymon Apis non receptatur. Molech for-  
 ma, Radagisius quis, & ejus forma. Ve-  
 neri vacca nutrita. Prius homin immo-  
 lator. Quibus deorum boues immolati?  
 Bos Quintus. בְּחֹרֶן אֵין quare cele-  
 bratum? Vacca immolata & quibus? Tau-  
 rus an Jovi immolatus? Serui scholion  
 confutatur. Taurus quibus sacrificatus?  
 Neptunus tamen & c. Tauria. Venera-  
 tur taurus sacrificatus? Schedio precipi-  
 t. Hæc sua ostenditur. Tauri libido. En-  
 stratus. ταύρος. ἱπποπόριον. Diana ταύ-  
ροβόλον. ταυροβόλιον. Symbola Tauto-  
 bolii: Ejusdem dux mysticus: Ejusd. origo:  
 & additum vocibus magnitudinem signifi-  
 cat, & cur? Bucephali etyma varia. Jo-  
 ach. Camerari, Vossii & aliorum ostita-  
 tio. Verissima Bucephali etymologia. Bæ-  
 jonica: Βαβυλαῖα. Sacrificium Βύπετρον: Bæ-  
 jonica: ἐπίβοιον δύμα. Proverbiū expli-  
 catur.

Qua.



**Q**uærimus, prius quam ad  
 victimas è brutis calamum confe-  
 rimus, quare sacrificia ex animali-  
 bus, terræq; fructibus vulgaribus,  
 & non potius metallis, auro ac argento, nobi-  
 lioribus gemmis, aromatibusq; pretiosioribus  
 facta? Notum certè illud, antiquos in agris, e-  
 jusq; proventibus, & quæ de iis pascebantur,  
 armentis, & gregibus, omnem thesaurum con-  
 locasse, eorumq; opes totas totas in his consti-  
 tisse; ita ut deos *ἀπαρὰ γῆς τε καὶ βῆδος* honora-  
 turi de substantiarum suarum medullis; id est,  
 pecore & plantis obtulerint. Neq; verò turpe  
 sibi duxere ex agricolâ constitnere dictatorem,  
 qualem adducunt Florus 1, 11. Sym. 1. 7. ep. 15.  
 Persius sat. 1. Aur. Victor de Vir inl. c. 17. Paul.  
 Diaconus misc. 1, 20. cùm *ipsis manibus Imperato-  
 rum tunc culti fuerint agri, gaudente terrâ vomere  
 laureato, & triumphali aratore*, dicente Plinio H.  
 N. 18. 3. Latinus Pacatus Drepanius: *Depositi  
 in gremio Capitalini Jovis Laurei triumphales viri su-  
 stinebantur: Inde est, quod accepimus datos sexenti-  
 bus fasces, & missas cum curulibus suis per vixta pal-  
 matas; quod, agricolas consulares, pastoresq; trabea-  
 tos, & dictatores inter armenta vestitos. in paneg.  
 c. 9. Vid. verba præced. & not. Acidall. Sanè  
 ὡλόμηναι est opulentus Latinis, & oves veteri-  
 bus dicebantur opes; quæ postea communiter  
 pro*



pro divitiis ponebantur; quamvis in priori significatu remanserint *Opicerda*, *Opilio* &c. Vide *Becmannum* orig. L. L. voc. *Opiparum*. *Taubm.* in *Culic.* p. 139. Ipsæ *pecunie* adpellatæ sunt *qs.* *res pecuniarum*, quarum, ut & *peculsi* nomine, nihil aliud quam *pecus* olim venit. *Serv.* in *Ecl.* 1. *Virg.* Vnde scimus vetustissimos numos pecoris notam gessisse in iconio (quod indigitat formam numi, teste *Suet.*, & *Extravag. Joh.* XXII. lib. 2. tit. 2. de dilat. incip. In delictorum. cui addebatur *ΠηχραΦη*, à qua & νόμισμα, *Nomisma*, *qs.* *νόμισμα* dicebatur. Veriusq; meminit *Christus* *Matth.* 22, 20. Vid. *Andr. Dinnerum* disp. 1. de monetæ mutatione §. 7.) docente *Plutarcho*: εἰς τὴν δὲ ἐκχρησάμενον νομισμὰς βένχοντι καὶ πρὸς βάλλον, καὶ ὅν παρὰ τὴν μὲν, ἀπορῆντες δὲ τῶν θρησμάτων μέλιντε, καὶ τὴν περιουσίαν δὲ τῶν ἐχόντες. *quæst.* 41. Talis erat *διδραχμὸν*, priscum *nomisma* *Atheniensium*, signatum *bovinæ* effigie, percussam à *Theseo*, vel ad monumentum *victoriæ* suæ, cum superasset *secus Marathonium*, sive *Μαρονίαν* taurum; vel ad celebrandam rem rusticam *Ἄγροικον*, ait *Joach. Camerarius*, vir impensè doctus lib. de monet. vet. p. m. 313. Nā hoc, pergit idem, δεικάβοιον & ἐκατόμβοιον putant deducum: quorum alterum positum esset in priscis legibus *Dracōni*, alterum apud *Homerum* legeretur; Ibi quidem in multa ἀπὸ τῶν δεικά βοιῶν, apud hunc

MM

verō

verò in nobili commutatione illà armorum, quæ inter se permutant Diomedes & Glaucus ἐκάλειβον ἑκαβόων. Sed & multa videtur animantium fuisse, non pecunia, ut apud Romanos qq. non nisi ovium bonumq; impendio dictas has Plinius scribit, & Heroicis temporibus permutatione fuisse, non emitione & venditione contractas, res satù constat &c. pag. 314. Et superius scribit: fuisse divitias veterum agros & pecus, notum; ex eo sunt πλουκλήμονες & πλυπάμοτες i. e. locupletes & opulenti; Item alia Homérica &c. pag. 278. Ita τετράδεραχμον & τριώβολα habuere effigiem noctuæ, τετράβολα duarum noctuarum; nomisma Dardanienſium, gallinaceorum; Rheginorum leporis, Cephalenſium equi, Argivorum lupi; Romanorum, Servil in primis tempore, qui primam apud Latinos monetam signavit, boum & ovium. Pertinent huc etiam vetustissimorum præmia, quæ non quidem talenta fuere auri ac argenti, palatia, arcès, pagi, aut gemmæ æstimatissimæ, sed frondes ac plantæ in coronarum formam contextæ, sed animalia tantum, quæ si quis ingenio & labore promeruerat, ingentia strenuitatis suæ auctoramenta credebat, & ex iis famam plausibilem, non sine quorundâ invidiâ, aliorum verò ardore paria consequendi, nanciſcebatur. Eusebius in Chron. refert, hircum XLVII Olympiade in agone versantibus præmio datum;

tum, à quo etiā *Tragœdia* nomen acceperit. Vid. Donatum præf. in Terent. Eundem cepit, qui in carminibus faciendis palmam retulit. Virgil. eclog. 3.

*An mihi cantando victus non redderet ille.*

*Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?*

Ad similem forte ritum respicit sub finem ejusdem ecl. ubi amato felicitatem suam ante oculos ponit, dignumq; ait esse qui ametur: cum vero, qui amore excidit, consolatur; & alius beatitudinis, ac honoris admonet; dum canit:

*Et Vitulâ tu dignus, & hic; & quiquis amores*

*aut metuet dulces; aut experietur amarus.*

Quos versus nolo cum quibusdam obscenè interpretari, meritò in talibus benigniora præferens, aurem ita vellicante Cajo l. 57. ff. de R. J.

Profilit inde ratio nominum apud Græcos & Latinos priorum utriusq; sexus, ab agriculturâ, à plantis, ab animalibus, ubi forte eos, quibus indita sunt, animalibus illis i. e. honoribus divitiisq; summis dignos aut esse, aut futuros indicare voluerunt. De iis Plutarchus:

Διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαείοις, Σύνθιοι, καὶ Βεβολκοὶ, καὶ Πόρκιοι εἶσαν, ὡς φαίνεται εἰρηκεν. i. e. Talia erant: *Argius, Aquilinus, Aquilius, Asellius, Asinius, Asellus, Aper, Bovius, Bubalus, Caninius, Canianus, Capra, Capella, Caprius, Caprola, Capriolus, Capellus, Capellinus, Capellianus, Catus, Caticillus, Catius, Catilius, Catul-*

*tullus, Catulus, Catulius, Catullus, Catullinus, Catullinus, Catullatus, Cervarius, Chelydonius, Corvinus, Draco, Equosius, Feliculus* (quod quidam à felix deminuere malunt) *Gallus, Gallus, Gallie, Gallonius, Juvenius, Leontius, Leonas, Leontem, Lupus, Lupulus, Lupianus, Lycus, Mulus, Ovis, Ovinus, Ovilius, Passer, Palumbus, Porcus, Porcianus, Stilius, Taurus, Taurinus, Tauriscus, Tauricus, Taurifus, Tigris, Vitulus, Vitellius, Vitullus, Verres, Volturcius, Volturnus, Vrianus, Vrsus, Vrsulus, Vrsius, Vrsinius, Vrsacius, Vrsicinus.* Inter foemina comperio fuisse *Aegia*: Metis apud Lepidum: AEGIO. IRLANDO. ET. AEGIAE. JANVARIAE. MATRI. *Aquilina.* Romæ ad D. Angeli in foro piscario: D. M. AELIA. AQVILINA. SE. VIBA. SIBI. FECIT. VIXIT. ANN....: *Capriola.* Romæ: VXORI. AELIAE. CAPRIOLAE. B. M. *Felicula.* V. ABVRIAE. C. ET. J. FELICVLAE. *Merula.* Romæ: ALBANAE. MERVLAE. VXORI. *Lupa.* ibid. juxta palat. Carp. FEC. AEFLANA. LVPA. MATER. *Vrsula.* Romæ: EPTYCHAE. VRSVLAE. CONJUGI. KARISSIMAE. CVM. QVA. VIX. ANNIS. XXII. MENSES. VII. DIES. XXI. DE. QVA. NVNQVAM. NIHIL. QVESTVS. SVM. ET. ASIANAE. MATRI. B. M. F. *Porcia.* Marmor Gallicanum:

D. M.

D. M.

QVI. ME. VOLENT

VALETE. MATRONAE. MATRESQ.

FAMILIAS. VIXI. ET. ULTRA

VITAM. NIHIL. CREDIDI. ME

VENERI. ALVMNAE. ADDIXI

QVOS. POTVI. PELLEXI. FILTRIS

ET. ASTV. VIRO. HVMATO

NON. VIDVA. FVI. NEC. MARITI

NOMEN. ADEPTA. QVAESO. NON. INVIDETE

PORCIA. FAMILIA. EST. VENERIS. DOMVS

PBLIGIVA. CVPIDINVM. CAVE. VIATOR

NE. ME. DIV. CALCATAM. CALCES

Adde his seqq: *Aquila, Aquilina, Asellia, Asinia, Aprulla, Alce, Caninia, Capria, Caprilia, Catia, Catilia, Catulla, Cervaria, Cervonia, Galla, Gallita, Gallonia, Juvenca, Lupula, Luporina, Merullina, Mulla, Pardala, Tauria, Vriana, Vitullia, Vrsa, Vrsia, Vrsina* &c. Extolluntur etiam à Romanis scriptionibus nomina familiarum ab agris & plantis denominatarum v.g. *Hortensiorum, Stolonum, Serranorum, Lactucinarum, Ciceronum, Lentulorum, Fabiorum, Pisonum*, & similium, de quibus evolvi potest Petrus Sainct-Fleur Monspeliensis in hist: libro quem edidit Cl. Joh. Cunradus Dietericus. Apud Ebræos, licet ex aliâ ratione, itidem talia propria reperimus nomina à fructibus & arboribus; ut: *דרוסה* myrtus, *דמון* malum punicum, *לח* corylus, *סנחריב* rubus

Mm 3

vasta-

vastationis. Ab animalibus ; ut יונה columba, רבקה Juvenca, עגלה vitula, יעלה ibex, חור ovis, צביה caprea, נמר unicornis, עגלון vitulus, מלח melis, שער vulpes, חזיר porcus, פרעש pulex &c. Vid. Greg. Greg. Francum L.S. in præf. Sed Germanis generosis, majoribus meis, eundē fuisse morem, ut ornaturi aliquem omnibus venerationis infulis, dignū cum esse hoc vel illo animanti adseruerint, facile probo ex nominibus propriis, quæ, inde defluerunt : quorum aliqua partim nobis adhuc usitata, partim apud Aventinum, Cranzium, Saxonem Grammaticum, Magnos, Warnefredum, aliosq; germanicæ historiæ auctores extantia, adducam, &, inspirante Luthero, aut cuiusq; ortū suum fateatur libellus iste, qui de nominibus Germanor. propriis circūfertur, exponam, *Casibertus*, *Razzenwerth* ; alii *Raswerth* / *Chalibertus* *Rühleinwerth* / vitulā digno ; *Chimsbertus* *Gemswerth* / *Chunibertus*, *Hundwerth* / *Gisbertus*, *Geiswerth* / *Giselbertus* *Geisleinwerth* / *Hegibertus* ( qui alias *Eggenbrecht* ) *Hechtwerth* / *Luibertus* *Löwenwerth* / *Röbertus* *Rehwerth* / *Rosibertus* *Roswerth* / *Sigebertus* *Ziegenwerth* ; Sic *Lambertus*, *Osbertus*, *Suibertus* &c. Quædam quis ambigūe interpretaretur ; e. g. *Albertus*, quod non tam *Alwerth* / quàm *Alwerth* dicerem, *Al* / ut olim apud Francos, ita hodiernum imprimis apud Germanos inferio-

res, convenit cum Gallorum *tres*; ita dicuntur  
*Altrecht / Algut*. Vide Wolff. Hungarum  
 not. ad Tab. Bovill. Gloss. Lindenbrogi voc.  
*Allode*. Besoldum Politic. lib. i. c. 6. n. 4. v. 7.  
 Eundem de naturâ populorum p. 102. Deinde  
*Hansbertus*, cui idem cum urbibus Hanseaticis  
 etymon esse, multi contendunt, de quo Cl. Be-  
 soldus polit. l. 2. c. 6. §. II. num. 1. Phil. Caroli  
 V. L. 2, 19. Hornius disp. polit. de urb. Harder-  
 vici. Sed quid si forte ab eo recederet, & signi-  
 ficaret *Ganswerth*? Vitiis mox temporum mu-  
 tata terminatio *bertus* in *vardus*, ut *Marquardus*,  
*Pferdwerth*. *Marr* est equus; unde etiam *Mars*  
*schall / Marstall* &c. ap. Pausaniam, *Trimarcistæ*  
 ap. Paulum Diaconum *Marpan*? Vid. Gesne-  
 rum præf. in Lex. Germ. Jos. Pictori, Becanum  
 de origg. l. 2. Besoldum de Lingg. ortu voc. *Ma-*  
*reschall*. p. 72. Abr. Mylium de L. Belg. c. 26. &c  
 addit. ad c. 9. *Wurfbain*. præf. in Car. M. *Ar-*  
*vardus* vel *Herbardus*; *Narwerth*. *Nahr* est aquila.  
 vid. Henisch Thes. L. Germ. Et in tantum  
 barbaries grassabatur, ut in *Hervvorts* tandem  
 finiretur, ceu id ipse observavi Augustæ Vind.  
 in inscriptione quadam ad S. Georgi in facello  
 Patriciorum cluentissimorum & nobilissimo-  
 rum *Hervvartorum*, quam insuper, ut video,  
*Bruschius* adnotat.

Dignissima Diis inter bruta victima BOS  
 habebatur; unde cum Plinius *optimam victimam*,

*lenissimamq; Deorum placationem vocat.* H. N. 8, 45. Sed tales intelligendi sunt, qui mediam aue viridem, nondum exoletam, agunt ætatem, quales dictitante Tzetza ad Hesiod. l. 2. op. & dier. v. 55. nemo adprobabit: id est, qui florent adhuc liberè, non qui per aliquot annos subjugati imbelles sunt facti, cum & aliàs boum adpellatione magis armenta, quàm jumenta significentur, ex l. 89. in pr. ff. de V. S. Domitianus verò planè vetuit immolare boves. Suet. c. 9. Quod & aliis gentibus, si de aratorijs intelligas, comprobatur, Cælius perhibet. L. A. 18, 1. Ob quod etiam Cereri planè nullus immolabatur. Ovid. l. 4. Fast.

*A bove succincti cultros remove ministri!*

*Bos arat: ignavam sacrificate fuerit.*

*Apta iuga cervix non est ferienda securi:*

*Vivat; & in durâ saepe laboret humo.*

Licet Jovi Dodonæo bos quoq; arator occuberit. Demosth. in Mid. Aegyptii autem tantum abest, ut bobus eædem intulerint, ut potius mares Osiridi, foeminas Isidi dicatas, studiosè coluerint. Sol enim illis dicebatur *Μνεϋν*, Luna *Αϋν*, utriq; forma erat bovis. Vid. Plin. 8, 46. Strab. l. 17. Solinum c. 35. Melam 1, 9. Suidam, Julianum Ammiani, Spartiani-Adrianum, Lucianum de sacrif. Diod. l. 1. Herodotum in Euterpe & Thalia, Plut. de Isid. & Osirid. Macrobius Saturn. 1, 21. Spectant huc illa Genes. 43. 31. Non possunt Aegyptiis cum Ebrais comedere panem:

**Cau-**



Causam addit Onkelos: *Est quod pecus Aegypti colunt, Ebraei comedunt.* Exinde Gen. 46. v. ult. *Abominatio Aegyptii dicitur omni pastor gregum.* Et Moses Exod 8, 26 iussus à Pharaone sacrificare Deo suo; *Abominationem Aegyptiorum sacrificaturos se regerit*, ita, ut periculum foret, ne ab Aegyptiis lapidarentur. Hunc Apin sive Osiridem i. e. Solem (ad quem ferè omnia Numina redeunt) impiam Aegyptiorum superstitionem imitantes, versatiles illi & facile mutabiles Judæi in deserto adorârunt formâ vituli aurei. Vid. Seld. de D.S. in proleg. c. 3. Sed Hieronymus ad c. 4. Hostæ, Lactantius de verâ sap. c. 10. Tertull. advers. Jud. Optatus Milevitanus l. 3. caput bovis, sive vituli fuisse ajunt. Adde, Ambros. de pœn. 1, 6. Ruffinum ad Amos l. 1. Seldenum de D. S. l. 4. Stultus ille & diabolicus sacrarum litterarum perversor, Mahumedes in Azoara 20 Arabici Cod. *corporeū fuisse dicit emittentem mugitum*: quod scholiastes ejus in l. c. & Azoara 17 interpretatur *habentem carnē & sanguinem*. Postea Moses combussisse dicitur eū, Israëlitisq; de pulvere potum exhibuisse; quē illi avidius potantes, barbas, menta, & maxillas superfluo liquore tangebant: Inde natas aureo colore barbas etiā apud posteros fabulantur. Argutius verò excogitatum est, quā verius, magni Vossii, Josephum per vitulum illum fuisse intellectum, qui *Pater* regionis proclamatus, unde ab אבנן vel אבן deductum sit Apis. de Idol. 1,

29. & 3, 74. Moscholatrarum istud peccatum conflati vituli nec dum Judæi satis expiatum credunt : Ita enim Moses Gerundensis **דְּיִשְׂרָאֵל מִיַּעֲנֶה שָׂאִין בַּח אֲנָקִיָּה** i. e. *Non est tibi Israël ultio, in qua non sit uncia de iniquitate vituli.* Molech vituli capite fuisse effictum cap. præced. ostendimus, & petraçtat ulterius Seldenus de D. S. 1, 6. Radagisius, Herulorum, Megapolensium, & Wagriorum primum rex, postea Deus, nigrum bubali caput pectori impressum habebat, de quo vid. Chron. Saxon. Helmold. l. 1. c. 3. l. 2. c. 21. Crantzium Vandal. l. 2. c. 21. l. 3. c. 4. Emsferum in vitâ Benn. c. 19. Schedium de D. G. 3, 4. In Aegypti vico Schussâ ob Venerem Vraniam vaccam colebant, quia convenientiam cum deâ habere credebant; cum vacca tanto impetu in Venerem incitetur, ut maris mugitus audito vehementissimè ad coitum inflammetur. Veneri quoq; Nômemphitanæ vaccamalebant sacram Aegyptii, teste Strabone l. 17.

Primus, qui bovem immolavit, erat Prometheus, tradente Cælio L. A. 12, 1. Cædebat autem à victoribus Jovi Feretrio. Numa Pomp. L. 4. **QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. JOVI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO.** A bovis pelle Jovi, Neptuno, & Mercurio, ab Hyreo hospitio exceptis, sacrificati.

fiati, mirabilis Orionis origo, quam producit Palæphatus de non credend. fab. narrat. cap. de Orione. De bove Mercurio sacrificato etiam Persius: *Caso bove Mercuriumq; Accersis fibrâ* fac. 2. Sacrificabantur item boves Apollini, Marti, & Herculi in arâ Maximâ. Interdum post quatuor placentas bos obferebatur, & *bos quintus* dicebatur. Suidas voc. *πρόπαρα*. Neq; Jehovah ex bove *יְוָהוּא* displicuere, quod patet ex Exod. 20, 21. Exod. 29. & aliunde. Summus Ebraeorum Pontifex juvenum pro se, & suâ domo, & pro Israëlitis mactabat in *כִּפּוּרֵי יוֹם* festo expiationis, die decimo mensis Tisri, quod in memoriam Apidicæ idololatriæ commissæ & remissæ celebrabatur. Vid. Cod. Joma, & Ising. coll. hist. quæst. 59. §. 8. & quæst. 60. §. 7. Eidem & boves feminae sive *VACCÆ* immolabantur a Judæis. Vid. Num. 19, velut & idolis à gentilibus. Horat. l. 4. od. 2.

*Te decem Tauri, totidemq; vacca;  
me tener salvet vitulus.*

Catullus:

*Tenerq; matre mugiente vaccula,  
Deum profundis ante templa sanguinem.*

Et quidem Sterilis Proserpinæ, de quâ Prudentius: *Placatur vacca sterili cervice resectâ*. lib. I. contra Symm. Ap. Homerum famella animabus *σεῖρα βῆν* pollicetur. lib. II. Iliad. Forda Telluri, aurata Latonæ, Vitula Minervæ & Priæ

Priapo, Juvenca Junoni, ac Veneri Cornutz:  
 Sed de his audiamus fragmentum Neapolita-  
 num: IDVS. JANVAR..... OVI. QVOD.  
 TI. CLAVDIVS. CAE..... VS. GER-  
 MANICVS. P. P. APPELLATVS..... TO-  
 NIO. JOVI. BOVEM. MAREM. JVN.....  
 CAM. MINERVAE. VACCAM. FELICI...  
 ACCAM. DIVO. AVG. BOVEM. MAREM.  
 DI... AVGVSTAE. VACCAM. XVI. K.  
 FEBR..... CATIONEM. DIVAE. AVG.  
 ITEM..... DIVO. AVGVSTO. BOVEM.  
 MAR..... E. VACCAM. Reperiuntur  
 hæc quoq; in Vrsini inscriptione fratrum Arva-  
 lium, ubi & ulterius pergitur:..... MINER-  
 VAE. VACCAM..... DIVO. AVGV-  
 STO. BOVEM..... IN. TEMPLO. CON-  
 CORDIAE..... PALATIO. DIVO. AV-  
 GVSTO..... AD. ARAM. PROVI-  
 DEN..... CAM. IMMOLAV.....  
 INT. CN. DOM..... STATIL. &c.  
 Porro:..... VACCAM. SALVTI. PVBLIC.  
 VACCAM. FELICITATI. VACCAM. GE-  
 NIO. IPSIVS. TAVRVN..... IO. Ibidem:  
 KAL. JANVAR. SVLPICIVS. CAMERI-  
 NVS. MAGISTER. COLLEGI. FRA-  
 TRVM. ARVALIVM. IMMOLAVIT. IN.  
 CAPITOLIO... COS. NERONIS. CLAV-  
 DI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. JO-  
 VI. B. MAREM. JVNONI. VACCAM. MI-  
 NER-

NERVAE. VACCAM. GENIO. IPSIVS. TAV-  
 RVM &c. ET. SVLPITIVS &c. VICTIMIS.  
 IMMOLATIS. IN CAPITOLIO &c. JOVI.  
 MARES. DVO. JVNONI. VACCAS. II.  
 MINERVAE. VACCAS. II. SALVTI PV-  
 BLIC. VACCAS. II. IN. TEMPLO. NOVO.  
 DIVO. AVG. B. MARES. II. DIVAE. AVG.  
 VACCAS. II. DIVO. CLAVDIO. B. MAR-  
 II. &c. Porro: JOVI. B. M. JVNONI. VAC-  
 CAM. MVNERE. VACCAM. FELICITATI.  
 PVBLICAE. VACCAM. CONCORDIAE.  
 VACCAM. GENIO. IPSIVS. TAVRVM.

TAURUM, Jovis immolationi inconveni-  
 entem existimatum ferunt, & à Servio adse-  
 veratur, contra religionem *Calicolum regi ma-*  
*ctari in littore taurus* ap. Virgil. l. 3. Aen. quid ta-  
 men scholiasta hinc responderet ad illud Ovid.  
 4. Metam.

— — *Mactatur vacca Minerva;*  
*Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.*  
 Et l. fast.

*Immolat ex illis taurum tibi Juppiter unum.*  
 Quid ad illud, Jovi Capitolino à triumphantibus  
 datum taurum? quid ad illud, eundem Jovi La-  
 tiali feriis Latinis oblatum? Vid. Dionys. Halic.  
 l. 4. Sacrificabatur taurus Lunæ ob cornuum  
 similitudinem: Rheæ; unde urbi cuidam Ma-  
 ctatur.

stauæ nomen, quia Rhea Ma dicta. Girald.  
synt. 4. Neptuno. Virg. 2. Aen:

— *Ductus Neptuno sorte Sacerdos,*

*Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.*

Et illi quidem *παμμέλαρες* ob maris colorem.  
Coelius L. A. 17, 32. Vnde Neptunus *ταύρεος*,  
*ταυρήος*, & *ταῦρος*; festumq; ejus *ταυρία*  
nuncupatur. Hesychius. Plutoni. Horat. l. 2.  
od. 14.

*Non si tricenū quotquot eunt dies,*

*Amice! places in lacrumabilem*

*Plutona taurū.*

Veneri: non ideo, ut quidam autumant, quod  
capite caput taurinum gereret, de quo Hero-  
dotus in Eut. & Molchus in Europa, cujus ra-  
tio æque investiganda est: Neq; quod Aprilis  
Veneri esset dicatus, in quo Sol in signo ♄, teste  
Macrobi. Saturn. 1, 12. ut opinatur Schedius (qui  
initio etiam hujus capitis non ad h. l. Macrobi  
attendens, à Venere adpellationem Aprilis to-  
to impetu removet, eò quod nihil Veneri cum  
Aprili rei sit) de D. G. 1, 9. Sed quod Taurus a-  
nimal sit in Venerem fortissimum, unde & *La-*  
*staurus* de salace; necnon *ταῦρος* apud Suidam  
virile significat pudendum, & *ὑποταύριον* ob-  
scœnam jumentorum partem. Petronius:  
*Hinc etiam puto proverbium natum illud, ut dicatur;*  
*Posse taurum tollere, quæ vitulum sustuleris.* in sat.  
Horat. l. 2. od. 5.

*Tauri*

— *Tauriveneris**In Venerem tolerare pondus.*

Vid Diomed. l. 2. Suidam voc. ταύρος, Fabium  
l. 1. c. 9. & in primis Franc. Pithoei conlectanea  
in Petron. Sacrificabatur taurus Apollini, Mar-  
ti, Junoni, Minervæ & Dianæ. Vid. Macro-  
b. 3. 10. Inde hæc ταυροβόλος & ταυροπέλος  
atq; sacrum ejus ταυροβόλιον, & ab hirco κε-  
ρόβλιον nominabatur, Romæ in sacello Maz-  
zariorum Papæ in arcâ D. Petri: DIS. MAGNIS.  
VLPIVS. EGNATIVS. FAVENTINVS. V. C. AVGV-  
R. V. B. P. R. Q. PATER. ET. HIEROCERYK. D. S.  
I. M. ARCHIBVLVS. DEI. LIBERI. HIEROFANTA-  
HECATE. SACERDOS. ISIDIS. PERCEPTO. TAV-  
ROBOLIO. CRIOBOLIOQ. &c. Ibidem in æde S.  
Nicolai in Calcariâ: SACR. DEI. INVICTI. MI-  
THRAE. TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ. PERCE-  
PTO &c. Ibid. in atrio domus Cardinalis Cæ-  
sii in arâ marm. L. CORNELIVS. SCIPIO. OREI-  
TVS. V. C. AVGV. TAVROBOLIUM. SIVE CRIOBO-  
LIUM. FECIT. DIE. IIII. KAL. MART. TVSCO. ET.  
ANVELINO. COSS. Plures de TAVROBOLIO &  
CRIOBOLIO vid. in Inscriptt. Gruteri p. 28,  
29 30, 31. Hujus sacri & certa erant symbola,  
& dux mysticus, quorum mentionem facit ara  
Romana in ædibus Colotianis ad aquam. Virg.

M. D. M.





Et les sacrifices, qui se faisoient à Diane Ταυροπόλια. Toutefois Dionysius dit, que Diane n'a pas esté nommée Ταυροπόλια du peuple, mais pour le taureau, estant la region abondante de ces taureaux, à la quelle presidoit la Deesse, & de là sur nommée Ταυrique. pag. 93. & pag. 94. scribit: Prenant son commencement le sacrifice de la Royne des Amazones, Princesse vertueuse, qui faisoit exercer ses ieunes vierges tous les iours à la venerie: les nourrissant, par ce moyen, au laueur, aux armes, & à la vertu. Et pour rendre graces à la Deesse, elle institua et ordonna un sacrifice, qu'elle nomma Ταυροβόλον: Combien que les Auteurs Grecs et Latins ont confondu tous ces noms Ταυροvolium, Ταυροpolum et Ταυροpolium: et mesmement Sudas, qui nomme Diane Ταυρόβολα, pour le taure, qui luy estoit sacrifié &c. Pag. 95. & 96. ostendit ex Epitaphiis & inscriptionibus, sacrificia & Minervæ & Matris Deûm fuisse dicta Ταυροπολία sive Ταυροvolia.

Ob illam bonum præstantiam & majestatem, auctori veteres vocem aliquam præponere consuevere parriculam βε, ut produnt Festus & M. Varro. Ita pueros maiores dixere βεπαιδες, famam ingentem βελιμον, ficum immensam βεωκον. Sic similia erant: βεβοση, βεγαίος, βεκόρυζος, βεπανα, βεφαγ &c. Zach. Calliergus: βερεια, & πολλύρης, & αρε & βε επιταπικη μορια, και & ρεω βεπανς

ὃ καὶ βρυάιος ὁ μέγας παῖς. Ομηρ. Ὁδ. 161  
 βρυάιε. in idyll ζ Theocriti. Quidam ex eo et-  
 iam ob caput procerum Alexandri M. equum  
 Βρυέβαλον dictum autumant: Ita enim Caste-  
 rarius: Ille celebris equus Bucephalus nomine; vel,  
 quod caput vastum & bubuli specie; vel, quod nota  
 quaedam inusta, ut fieri consuevit, huic esset taurini  
 capitis; Veleritā quod in nigrā fronte veluti capiti bu-  
 buli imago alba cerneretur. in Ἐποποιικῶ p. m.  
 56. Et Vossius: Equus Alexandri vocatus Βρυέ-  
 βαλ, non à bubuli capiti similitudine, ut putavit  
 Festus, & fortasse etiam Strabo ( qui sic dictum ait à  
 latitudine frontis ) sed vel ab inusto bubuli capitis si-  
 gno, &c. vel, quod nec minus placet, à capiti magni-  
 tudine ( supra quippe dixerat ἰππ. & βῆς  
 in comp. augment ) Inst. Or. l. 4. c. 7. sect. 11 Sic  
 etiam plerique omnes. Enimvero, quod præfi-  
 sciné & cum pace magnorum virorum dixe-  
 rim, tantum falluntur, quantum is, qui toto cœlo:  
 Adducemus nos veram rationem, & ad ipsum  
 scopum conlimabimus. Sciendum igitur, equos  
 præstantissimos provenisse olim ex dæmonia-  
 carū incantationum magicarumq; artium cal-  
 lentissimā Thessaliā, cujus incolæ equos suos  
 variis reconditæ virtutis notis nobiles facie-  
 bant; inter quas multis sive inurebatur seu im-  
 primebatur Βρυόειον i. e. herbe figura, quā si-  
 gnati Bucephali dicebantur. Egregiè in hanc rem

Auctor

Auctor Erymologici: βακίφαλλον ὁ ἵππος.  
 ἔλεξας δὲ ἐκέκτητο, ἔχ' ὥς τις οἰαντα  
 ὅτι βοὸς κίερα ἔχεν, τῶν γὰρ ψευδεις, ὅκα-  
 σμεῖτο γὰρ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου χρυσοῖς, ἀλλ' ὅτι ἔ-  
 τως ἐν Πασαλῖα ἐκαλεῖτο οἱ ἵπποι, ἔχοντες ἐγ-  
 κεκαυμένον βακράνιον. Ulterius hæc illustrat,  
 qui primus ad vetissimam hanc sententiam pe-  
 netravit, nescio excellentiorne Philologus an  
 Philosophus, mirandus Piccartus peric. criticis  
 cap. 1. Hecatombas, & similia cumulatiore sa-  
 crificia, βαθυσίαις q. magnas immolationes  
 vocarunt, à quo & in Sacerdotes βαθυῶν ad-  
 pellatio recidit. Ita Agésilæus ap. Plutarchum  
 est ἱφιστὴς βαθυῶν. Laertius: ἡγάγε βαθυσίην.  
 in Pyth. l. 8. quod Bentinus vertit: *fecit nobile*  
*sacrum*. Meminit quoq; βαθυσίαις Suetonius in  
 Ner. cap. 12, cujus videantur Scholiastæ. Sed  
 βάπρωρον erat sacrificium centum ovium & u-  
 nius bovis: βαφόνια, alias Διῖπέλια, in Jovis  
 Polei honorem popano agitabantur, quæ prius  
 bove fiebant. Vid. Pausan. in Att. Aelianum  
 l. 8. Sacrificium verò post bovis immolationem  
 Πάθειον θυµα vocabatur. A bovis sacrificio  
 proverbium celebratur: *Non omnia per bovem*  
*ibimus*: quod significat laborandum simul  
 esse; nec enim omnia votis pro arbitrio simul  
 processura. Vid. Hadr. Junium cent. 5. adag. 50.

## Cap. XXIII.

**S**τὺκλ' Cboull' ἔ' Arnob' ἰσθ' ἀλμαῖα propo-  
 nuntur. Capri immolati. ἸΝΙΝ' significa-  
 tio. Caper secunda victima ; porcus pri-  
 ma. Caper quibus immolatus ? Dii hircor-  
 um formā culti. Capra immolata , ἔ'  
 quibus ? Juno αἰγοφαγῶ. Thmui-  
 tarum hircus, Proverb. Capra cur Miner-  
 va sacrificata ? Jupiter αἰγίοχος. Capra  
 quis primus immolaverit ? Arietes immo-  
 lati ἔ' quibus ? Item hœdi : Vervæces : A-  
 gni, ἔ' quibus ? χαλὸς οὐλάκης. Hostiæ  
 maximæ cur agni ? Oves quibus sacrificæ-  
 τæ ? ὀρνῆς unde dicta ? Ovatio quænam,  
 ἔ' unde dicta ? Oves Thymianæ ap. Plau-  
 tum. Samii cur ovem non sacrificârint ?  
 Proverb. explicatur. Porci immolati ἔ' qui-  
 bus ? Si cur prima victima ? Sues θῦται :  
 Sus iegerior : γλυκεία. Porphyri ratio frigi-  
 dior. Hostia mystica. Sacres porci. Judæi  
 porcis abstinuere, ἔ' cur ? Porphyri incon-  
 stantia : Ipsum non fuisse Judæum, proba-  
 tur. ἱερὸν, ζεύκων. Stuckius cum Lati-  
 bino refellitur. Juno Moneta. Silicer-  
 nium. ἱσηεῖα. Porcus cur in nubiis ἔ'  
 Vene-

Veneri oblatus? Subare, Surire. Porcus  
 vocabulum obscenum: Item δειφας,  
 χοίρε &c. Conchæ χοίρενας: Cur illa  
 inter votes lascivas? Tomacula in nubtiis  
 oblata. Rituuum quorund. hodiernorum  
 explicatio, Equorum immolatio quibus fa-  
 cta? Hippocratia? Equus Ferus. Semife-  
 ri. Vocis Pserd etymon. Sol Ἰὼς μὲν &:  
 Dicitur Mithra: Vocis hujus significatio.  
 Mithridates: Mitrax, Mithra τει, πλάσιος.  
 Sol Abraxas dicitur: Hujus etymon: Ab eo  
 magicum illud ABRACADABRA: Ei si-  
 mile Ebraicum שבריר. Locus Scr. S. ex-  
 cutitur. Job. à Meyen cespitatio gravissi-  
 ma. Anamelech forma. Muli immolati.  
 Adramelech forma. Asini immolati: Cur  
 Marti? Cur Priapo? Asini libido & immen-  
 sa virilitas. Locus Ezechielis dilucidatur.  
 Asellus vasculum apud Petronium. Ju-  
 deorum cultus asinini capitis. Gnosticorum  
 impia sententia. Asinarii. Christus conu-  
 meliose à nebulone quodam depictus. Leo  
 macclatus: Est insigne Hercules & cur? Her-  
 culis etymon. Lupi cur Marti immolati?  
 De luporum visu homini nocifero, & vice  
 versa. Virgill locus enodatur. VossI ratio

nulla. Sacrificia ex Camelis: Elephantis:  
 Cervis. Iphigenia sacrificium. Proverbium  
 adducitur. Cervina cornua templo Diane  
 imposita. Canes immolati, quibus, & à qui-  
 bus? Cur in Robigalibus ruffi? Nocturnica-  
 num latratus causa. Hecate cur dicta Nu-  
 xia &c. Locus Lycophronis enucleatur.  
 Canteri versio & ratio quadam extermi-  
 nantur. Thraces ob canes immolatos à ca-  
 nibus puniti. Hecate cur κνωσθησάνη?  
 Porta Catularia. Nibchatz. Felium bo-  
 dierna alicubi crematio antiquum olet or-  
 tum. Mures victima lustrales. Eoco Jesaia  
 praeclara lux adfertur. Item loco alii Scr. S.  
 Musoritæ. Apollo Sminthius. Formica  
 immolata. Volatilia quibus deorum sacri-  
 ficata; & quatia? Aquila immolatio: Ejus  
 majestas: Cur insigne Romanorum? Quis-  
 nam ejus auctor? Quare ea postmodum in  
 insigni illo divisa? Insignia clypeis incisa.  
 Clypei etymon. Wappen unde? De Germa-  
 norum insignibus quedam. Quare cornua  
 galeis in insignibus addita? Quare item  
 tegumenta? Columba quibus case? Cur Ve-  
 neri? Osculi certum genus. Καταγλυπ-  
 μα. Columbari. In Veneris honorem ea  
 apud

apud Syros adorata. Proserpina Opis Cat-  
 ty. Galli quibus mactati & cur? Symbolum  
 quoddam Pythag. explicatur. Victimæ ex  
 gallinis. Earum requisita. Succoth Benoth  
 simulacrum. R. Salomo Jarchi laudatur.  
 Leprosi cur passeress obtulerint? Strutheon.  
 Locus quidam Scr. S. expenditur. De alia-  
 rum quarund. avium sacratione miscella.  
 Judæi non sacrificarunt pisces & quare?  
 At gentiles: Quod ostenditur exemplis.  
 Mullus cur Hecati immolatus? Sulla apud  
 Plutarchum notatur. Syri cur piscibus ab-  
 stinuerint? Atergatis etyma: Varia le-  
 gio hujus nominis. Atergatis forma: Ea-  
 dem cum Venere. Venus Salambus dicta.  
 Dagon forma. In Bacchanalibus serpentes  
 oblati. Formule, Evan! ratio. In locum  
 quend. Prudentii varie conjectura. Chely-  
 dri describuntur. Nocentissimum eorum  
 virus. Locus ille Prudentii interpolatur. Co-  
 luber generalis vox. Colubri virides qui-  
 dam non noxi, Plinius confutatur. Serpen-  
 tes quidam hominibus familiares, etiam in  
 cibum idonei. Plin! locus sanatur. Serpen-  
 tes quibusnam pro diis culti?

**N**escio, quò oculi animusq; tendant Suidæ, nec hæc illius verba capio. Ex animalibus immolantur ovæ, porcum, capra, bos, gallina, anser. Quem Giraldus frustra ita explicat: *Victima frequentes fuere ovæ &c. synt. 17. pag. 491.* Nec etiam Choull, qui scribit: *Les victimes des anciens Romains furent la brebis la traye, le bouf et la chevre. pag. 303.* Non enim hæc tantum, sed plura insuper animalia, eaq; frequentia in aris fumant. Neq; Arnobii locum sat intelligere queo. *Quod si animantium cruore honorari & adfici superiorum animos existimati, cur non eū & mulos, & elephantos mactatis, & asinos? Cur non & canes, ursos, & vulpes, & camelos, & beluas, & leones? Et quoniam volucres hostiarum quoq; in numerū ponitū, cur non vulturios, aquilas ciconias, immassulos, batheones, corvos, accipitres, noctuas? cumq; illi salamandras, natkices, viperas, solipungas? l. 7. adv. gent.* Imò verò multa quoq; horum inter victimas deprehendimus, quas, quæ supersunt, dædaleis remigiis & corrente calamo pervolvemus.

Immolabant **CAPROS** five **HIRCOS**. Lev. 16. v. 8, 10. mentio fit **7ININ** quod vertitur, *Caper emissarius*, qui in die expiationis mactabatur, ut prolixè recenset Cod. Joma. quamvis Kimchi, Aben Ezra & pleriq; Rabbidorum, ut nomen proprium montis in deserto monti Sinai vicini accipiant, quibus accedunt Pagninus &



& Fagius, indeq; meritò taxantur ab Iſingio coll. hiſt. quæſt 59. § 8. Apud Ethnicos caper ſecunda fuiſſe victima credebatur, teſte Probo Grammatico: *Postquam mortale genus animalium cepit carne veſci, ex hi, quæ frugibus nocerent, vel aliquos laderent fructus, prima exiſtimatur hoſtia fuiſſe ſus, ſecunda caper: ille, quia terram roſtro protrudendo ſemen erueret; hic, quia vitem laſerat.* Ita q; etiam Ovidius in XV. teſtimonium huic opinioni:

— — — Et prima putatur

*Hoſtia ſui meruiſſe necem, quia ſeminando*

*Eruerat roſtro, ſpemq; interceperat anni:*

*Vite caper morsa Bacchi maſſatus ad aras*

*Dicitur ultoris, nocuit ſua culpa duobus.*

ad l. 2. Georg. Virg. Maſtabatur autem Marti à Luſitanis, coleatus Pani, hirsutus Priapo: à Græcis Dianæ. Agathius: *Ingruente Perſarum, bello toridem ſe Diana immolaturus hircos, quot hoſtes peremiſſent, promiſiſſe Athenienſes, ſcribit: Cui eam ſatiſfacere nequirent, adiecere capras vel ſaccidant.* l. 2. Inprimis verò Baccho, quia vitibus obeſt: Virg. 2. Georg.

*Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris*

*Ceditur.*

Quem verſus Prudentius in l. 1. contra Symm. exſcribit. Euenus:

Κῆρυμε Φάγης Πρὶ πίζαν, ὅπως ἔτι παρπο-

φορήσω, —

ἵαρον Πρωτόναι σοι τράγες θυομένα.

Nn 5

Quod

Quod distichon olim in Domitianum fuisse detortum, ex Suetonio testatur Soter l. i. epig. Leonides Tarantinus:

Ἰζαλθ' ἀπ' ὧν αἶγες πόσις ἐν τῇ αἰλῇ  
οἶνῃς τὰς ἀπαλὲς παῖτας ἔδαψε κλάδῃς.

Τῷ δ' ἐπ' ἐκ γαίης τόπον ἀπυετῆρε κακίῃ  
γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον.

Ῥίζα γὰρ ἐμπυδος ἔστα, πάλι γλυκὺ νεκλᾶρ ἀγῆσθα  
όσον ἔπρωτ' εἶσαι σοι τραγε Ἰσομίνω.

Martial l. 3. epigr. 24:

*Hircus Bacche tuū victima grata sacri.*

Horatius l. 3. od. 8:

*Voveram dulces epulas, & album*

*Libero capram.*

Hircorum formā multa quoq; Dæmonia culta, Faunus Aegipan, Satyri &c, Vid. Maim. in More-Nebochim 3, 4. Seldenum de D. S. proleg. c. 3. Immolabant CAPRAS Apollini, Aesculapio, Pani, & Junoni, quæ inde αἶγες φάγ' & dicta, teste Pausania. Athenienses τῇ δέχοτ' ἐρα capras trecentas immolârunt, voti Miltiade damnati. Gælius L. A. 17, 30. Capra Vejovi sagittigero exhibita, quem alii Apollinem existimant. Agell. 5, 94. Thmiaz olim Capro, quem dei vice colebant, capras in victimas obculēse, unde *Thmiazium hircum* per parcemiam de mulieroso dicitur. Hadr. Junius cent. 3. adag. ult. Inprimis autem sacrificabantur capræ Miner-

VE,

væ, ejus causam Naso reddit, nempe quia

*Invisa est Domina sola capella Deæ.*

Clarius verò Plinius: *Morsus earum arbori exitia-  
lis: Olivam lambendo quoq; sterilem faciunt: Eâq;  
ex causâ Minerva immolatur.* 8, 50. Sacra quoque  
fuit Jovi, à quâ Αἰγίοχος Ⓞ audivit; rationem  
hanc addit Choulius: *La cheure luy fut encores  
consacrée, pour ce qu' elle avoit nourri ce grand Dieu;  
& pour este raison nommé Aegiuchus, et des Grecs  
Αἰγίοχος, sur non de Jupiter fréquenté parmy paux:  
par le quel ils n' ont entendu autre chose, que la cheu-  
re de la Nymphé Amalthea, qui avoit nourri Jupiter  
avec ses mamilles. Et de cecy Germanicus Cesar en  
ses carmes d' Aratus dit ainsi*

— — *Illâ putatur*

*Natrix esse Jovi, si verè Juppiter infans*

*Vbera Creteæ mulsit fidissima capra,*

*Sidere quæ claro gratum testatur album.*

pag. 56. Primus eas Hercules ex inopiâ cœtera-  
rum animantium cæcidisse dicitur:

Immolabant ARIETES. Vatro apud  
Agellium tale Homeri habet Epitaphium: *Ca-  
pella Homeri candida hoc (alii legunt hac) tumulum  
indicat Quod ariete (al. ara Jeta) mortue faciunt  
sacrâ. N. A. 3. II. Inprimis Jovi erat sacratus.  
Vid. numq; Choull p. 56. 57. Cui omnibus nun-  
dinis à Flaminis uxore mactabatur. HOEDOS;  
Horat. Si tener plene cadit hœdus anno, 1. 3. od. 18.  
Maxi-*

Maxime Fauno & Fonti Deo. Horat. ad fontem  
l. 2. od. 13. *Non sine floribus*

*Cras donaveris hædo.*

cui & VERVECES immolabantur. Lapis  
quem subpeditat Fulvius Ursinus in l. 2. Cic. de  
Ll. FONT. VERB. N. II. Item Laribus : LARIB.  
VERB. N. II. MATRI. LAR. OV. N. II. Prudent:  
*Ververe caso fumet ut cespes meus.* hym. 10. πρὶ 55φ.

AGNOS & AGNAS. Vero DEO in sacrificio  
jugi quotidie duo agni anniculi, alter mane,  
alter inter duas vespervas obferebatur. Cod. Jo-  
ma. Lycus apud Plautum; *Sex agnos immolavi.*  
Pœn. 2. Tibull. *Nunc agna exigui est hostia parva  
soli.* l. 1. Inscriptio fratrum arvalium : PORCAM.

ET. AGNAM. STRUIB. EFFERTIS. ET. EXTAS. RED-  
DID. AD. ARAM. Et quidem Fauno, saginati  
Priapo, Minervæ tubilustrio, Jovî Lycæo ab  
Arcadibus, Latiali feriis Latinis & singulis Idi-  
bus Idulis. Vid. Festum & Dionys Halic. l. 4.  
Jânoni; Numa L. VII: PELEX. ASAM. JVNONIS.

NE. TAGITO. SI. TAGET. JVNONI. CRINIBOVS.  
DEMISSIS. ARNUM. { FEMINAM. CAEDITO. Jano  
Quirino; Idem Liv. TERTIA. SPOLIA (sc. cujus  
auspicio capta sunt) JANO. QVIRINO. AGNAM.  
CAEDITO. Termino Horat. *agna festi casa ter-  
minatibus.* epod. 2. Diis averruncis. Pers. sat. 5.

*Euge! puer, sapias: Dis depellentibus agnam  
Percute.*

Ita χαλαροφύλακτες erant Sacerdotes, qui agni  
vel

vel pulli sacrificio grandines avertébant; &, si hi deessent, graphio digitū feriebant, atq; infuso sanguine litabant. Vid. Girald. synt. 17. pag. 462 Hostiæ hæ agninæ ob mansuetudinem *maximæ* dictæ sunt. Festus. OVES Junoni, Robigo, & aliis. Capitolinus: *Ad eas aras centum fues, centum oves mactantur.* in vit. Max. & Balb. cap. 11. Hinc etiam Deam illam Phœnicum, **תורש** dictam existimant, de quâ 1. Reg. 11, 5. quodd ei ovis immolaretur: Hæc enim vox Rabbinis quibusdam *oves faminas* significat; licet R. David Kimchi ex formâ idoli nomen deducat. *Ovatio* ita adpellata, cum hostes foedus inissent cum Romanis, priusquam ad manus deventum esset: Nomen ab ove accepit anima. si simplici & pacato, aliisq; vulnera & pugnam non inferenti, quod in ejus sacris mactabatur. Vid. Boxhorn. quæst. Rom. 43. Apud Plautum in Bacch. 5. 2. mentio fit ovium thymianarum, quas Turnebus advers. 24, 11. à thymo deducit, in quâ emendatione cum plus decem pondo auctoritatis suæ amisisse ait Palmerius, qui duriusculè legit *Tbyna, mina*, pro *Thymiane*, spicil. pag. 89. Sed Alciatus optimè omnium ejusdem significati facit cum lectis egregiis & eximiis ovibus; verba ejus sunt: *Thymane, oves pingues, quæ sint habiles ad sacrificandum à θύω, quod est sacrifico.* Lex. Plaut. Samii tamen ovem non occidebant, quoniam ea aliquando balatu suo sacri-

sacrilegium prodidisset; quod, cum non observasset Mandrabulus, inconsultè & præposterè facta. *Mandrabuli in morem gesta*, proverbialiter dicebantur. Vid. Hadrian. Junium cent. 5. adag. 82.

Immolabant VERRES, in primis Galli Cisalpini Marti. Prudent. hym. *περὶ Ἰσίδου*.

*Furor ne summus, ultima an dementia est,*

*Verrum cruore scribe saxa spargere?*

& PORCOS, APROS ac SUES. Plautus:

*Adorna ut rem divinam faciam, cum intro advenere,*

*Sunt domi agni & porci sacres.* Rud. 4. 1. Anchises

immolat in littore suem. Orig. gent. Rom. c. 11.

A suillo hoc pecore immolationes duxisse initia,

indicat Probus; & ex hac quidem causâ,

quoniam terram rostro protrudendo semen arueret. in

l. 2. Georg. Virg. id quod attestatur Ovidius l. 15.

Metam:

*Prima putatur Hostia sue meruisse mori.*

Et lib. 1. fast.

*Prima Ceres avida gavisa est sanguine porca,*

*ulta suas merita cade nocentis opes.*

l. 6. fast, ubi de priscorum vitâ loquitur, canit:

*Sus erat in pressis, casâ sue festa colebant.*

Inde sues olim *Tbyra dictæ*, teste Varr. de R. R. l.

2. Suemq; passim *ἱερῶν* nuncupant Hippocra-

tes ac Galenus; & hic quidem porcum in sacri-

ficio à Græcis *γλυκεῖα* vocatû, adserit comm.

chirurg Hipp. Verum enim verò, quamvis

Porphyrus non neget hostiam primam fuisse

suem,

suum, aliud tamen initium mactationis constituit & rationem, scil. conniventiam dei, cum Clymene involuntarie porcum percussisset. Rem totam ita memorat: τὴν μὲν γὰρ τῶν συῶν σφαγὴν ἀκροῖω ἀμαρτία κλυμένης προσέπιπτον, ἀπροαιρέτως μὲν βαλόντες, αἰελέως δὲ τὸ ζῶον. Διὸ καὶ ὁ λαβηθέντα αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὡς παράνομον ἀπαπετραγμένης, πυθῶδε ἀφικόμενον, ᾗρειάζ τῷ ἔδεῳ μανθίσω· ἔδῃ δὲ θεῷ τῷ συμβάντι. Περὶ ψαυῖ, ἀάφαρον λοιπὸν νομίσαι τὸ γιγνόμενον. de abst. l. 2. §. 9. Sed quem non lapidem ad δόπαχην suam fulciendam superstitiosulus iste moveret? Certè de Cerere etiam adserit Suidas voc. χοιρίων. Ita in nomine argenteo Chouli pag. 145. & Virgini p. 278. conspicitur Ceres, faces duas protendens, & ad pedes ejus procellus lectissimus; quales porci pinguisissimi Cereri oblatis *hostia mystica* vel porci *mysterici* adpellabantur ob Cereris *μυστήρια* docente Mureto V. L. 3, 7. *Sacra porci* ab his credebantur, qui piaculum admiserant, aut infanti fuerant, aut prole aucti erant. Vid. Varr. de R. R. l. 2. c. 1. & 4. Turneb. 29, 32. Rævardum conject. 3, 18. Douzan cap. 7. in Hor. 2. lectm. 3. Taubmannum in Men. Plaut. 2, 2. Item proverb. *Porcus immola*. Judæos suum esu ac immolatione idcirco ait Porphyrius abstinuisse, quod apud eos non nascerentur. Verba ipsius sunt:

Οὐδὲ

οὐδὲ γάρ ἐστι χρήσιμον πρὸς ἄλλοις ὕς, ἢ πρὸς  
βρῶσιν· φοίνικες δὲ καὶ ἰσθμῶνι ἀπέχοντο, ὅτι ἔ-  
δ' ὅλως ἐν ταῖς τόποις ἐφύετο. 1. περὶ ἀποχ. 1. §. 14.

Infra tamen rectius ait, ex lege non immolâs-  
se eos. Καὶ γὰρ, inquit, δεινὸν ἀνέη, Σύρας μὲν  
τῶν ἰχθύων μὴ ἀνιγεύσασθαι, μηδὲ τὰς ἐβραίων  
τυτῶν, φοινίκων δὲ τὰς πολλὰς, καὶ Αἰγυπτίων  
βοῶν θηλειῶν, ἀλλὰ καὶ βασιλείων πολλῶν με-  
γαλαλὴν αὐτὰς παρδασάντων, θανάτιον ὑπο-  
μῆναι μᾶλλον, ἢ τὴν ἑ νόμος παράβασιν. 1. 2.  
§. 61. Et l. 4. planè vetitum fuisse refert: πᾶσα  
γε μὴν ἀπιγύρευστο ὑὸς ἐοθίην. §. 14. Neq; adeò  
credibile est, Porphyrium fuisse Judæum, qui  
tàm incertè & inconstanter de eorum ritibus  
scribit: quod tamen ex Hieronymi loco, quam-  
vis non obscuro, ostendere studet Baronius,  
*Batnaeotem* eum vocantis comm. in ep. ad Gal.  
in quæ Hieronymi verba vid. elegantes exposi-  
tiones & acuminatas conjecturas doctissimi  
Lucæ Holsteni Hamburgens. in vit. Porph. c. 5.  
Ægyptii quoq; , qui aliàs nihil ferè animati re-  
ligione præterierunt, porcum maximè aver-  
sabantur, ut Soli & Lunæ inimicum, dictum eis  
γρύλλον vel γρύλλορα teste Hesychio: nec deo-  
rum ulli cædebant, nisi Libero, ut notat Cælius  
18, 37. & semel quotannis Lunæ, referente Aclia-  
no de anim. 10, 16. Ap. Romanos obferebantur  
Telluri, ob fecunditatem. Horat. *Tellurem porci*



ro, Sylvanum lacte piabant. l. 2. Epist. 1. Genio. Idem l. 3. Od. 17.

*Cras genium meo*

*Curabū, & porco bimestri.*

Quò fortè pertinet lapis Purcinnæ in Hisp. SACERDOS. GENI. MUNICIPI. SCROFAM. CVM. PORCIS. TRISINTA. IMPENSA. IPSORVM. D. D. Laribus. Horat. l. 3. od. 23.

*Si ibure placarū, & bernā*

*Frugē Lareis, avidaq; porcā.*

Idem l. 2. sat. 3. Immolet aquis

*Hic porcum Laribus.*

Adparet inde, egregiè falli Stuckium de sacrif. f. 34. à Lambino, qui comment. in Plautum Laribus nihil animati datum statuit. Terræmoraliquando factò, vox audita è Junonis templo, ut de sue fieret sacrificium; unde Juno *moneta* à monendo dicta, teste Cicerone. Vid. Girald. synt. 3. pag. 118. *Silicernum* farcimen erat, quo funesta familia purgabatur, ut vult Festus: licet Nonius & Donatus de funebri convivio & ipsis sacris accipiant. Porcus autem imprimis Veneri erat sacer, cui mactabatur apud Argivos certo festo, quod hinc *ὕσνερα* nuncupatum: Et apud Romanos ac cæteros Græcos frequenter in nubtiis. Vid. Varr. de R. R. 2, 4. Causam, quam dabimus, audi ex Franzio: *Sus simul est animal libidinosum & fecundissimum, argq; à partu vehementer javit: Imprimū verò apti ad Ve-*

00

nerū

neris libidinem sunt inflammatisissimi, adeo ut non tantum inter se pugnent pro uxoribus, ut saepe uterq; occumbat; verum etiam in feminam refugientem tanto conatu insurgant, ut quandoq; euecent, hist. anim. c. 16. Similia ferè habet Plinius: *Sunt tantum coitu spumam ore fundere: Verrem, subvoti audita voce, nisi admittatur, cibum non capere uq; in maciem: Feminas tantum efferari, ut hominem lacerent, candida maxime veste indutum.* H. N. 20, 63. Ob hanc suum libidinem mares *καπρώνες* subare, feminae crissantes *furire* dicebantur. Elmenhorst. ad l. 1. Arnob. Vosius de idol. 3, 60. Propterea etiam Romanae mulieres naturam muliebrem adpellarunt *porcum*. Vid. Macrob. Saturn. 1. 6. veluti Graecae *δέλφαια*, item *δέλφαιον*, quæ proprie saculam & porcellulum lactentem; necnon *χοῖρον*, & *χοιρίον*, seu *χοιρίδιον*, quæ idem significant. Vid. Aristotelem l. 6. de anim. Aristoph. in Acharn. & in Vesp. Vnde *concha* olim *χοιρίαι* dictæ, teste Aristoph. in Vesp. & in Equit. & inter vocabula nequitiae pro horto foemineo usurpatæ, quod ea saltui illi non admodum sint absimiles. Ad Plaut. Rud. 3, 3. in fine. Ad ritum igitur illum respicitur, quando in testamento ludicro Grunhi Porcelli refertur Nubtialicus, quod subposititis inseruit Gruterus; & describit Fabricius in antiq. l. 1. test. 6. Confer etiam Alciatum Lex. Plaut.

VOC.

voc. Ejectam. Insuper in nubtiis & tomacula porcina adponebantur. Juv. sat. 10.

*Notum, qui pueri qualisq; futura sit uxor:*

*Ut tamen & postcas aliquid, poveasq; facellis*

*Extis, & candiduli divina tomacula porci.*

Quæ consuetudo usq; in hodiernam adhuc legem durat, ut quibusdam in locis vel ante nubtias, vel in nubtiis, convivis, familiæ, pauperibus suilla farcimina exhibeantur. Thuringi tale convivium das Wurstrahl/ tempus, quo celebratur den Wurstabend vocitant. Neq; id rarer in patriâ meâ usu venit, ut novelli Sponsi, paucos ante nubtias dies egenis in orphanotrophæo botulos atq; similes admodum lautè & liberaliter per suos dispertiantur.

Immolabant EQVOS. Florus: *Illi statim immolato equo concepere votum.* 4. 12. Singulatim quidem Apollini; itemq; Neptunio; quod patet ex monetâ Tarentinâ argenteâ apud Choulm. p. 110. & aliis, argenteâ ac æreâ p. 112, necnon Onyche antiquo p. 111. Vnde ejus festum, *Hippocratia* dictum, teste Dionys. Halic. Ap. Romanos quoq; Marti idibus Decembribus equus victor immolabatur; caudam ejus amputatam aliquis ferebat ad locum, cui Regia nomen; aramq; cruentabat. De capite alii à sacra viâ, alii à Suburrâ descendentes depugnabant. Causas vid. apud Plut. Probl. 96. Immolabatur autem huic ob feritatem; quare & olim

**S**impliciter *Ferus* equum significabat; quod ex Virgilio, Manilio, Nazario, Arnobio & aliunde confirmat Berneggerus: Et Centauri dicti sunt *Semiferi*. Ab hac adpellatione quoq; pleriq; germanicum nomen etn *Pferd* deducunt. Vid. Doulam præcid. in Petron. l. 1. c. 23. Berneggerum in Justin. l. 37, c. 2. Inprimis verò Soli apud Gentes quàmplurimas. Herodotus: *Ἰσὼν δὲ μόνον ἱλίου σέβαναι, καὶ θύσαι ἵππους.* L. Vbi observa, quòd dicatunum i.e. supremum: cum & plura Numina coluerint Persæ. Hinc in inscriptionibus leges OMNIPOTENTI. DEO. MITHRAE. Solis quippe nomen Mithra: Mithri, Mithir, Methet, vel Mithra significat dominum vel dynastam. Jos. Scal. de em. temp. l. 6. Vid. Curtium l. 4. Strab. l. 15. Briffonium de R. P. l. 1. & 2. Vnde & *Mitridatu* nomen. Confer Schedium de D. G. 1, 4. & adpellatio gemmæ *Mitrax*, sive *Mitridax*, quæ Soli erat sacra, de quâ Plinius H. N. 37, 13. Solinus c. 40. Nomini illi additum invenias sæpe *τετραλάσις*, cujus causam quidam ex historia 2. Reg. 20. & Jer. 38. deducere nituntur, sed à Vossio solidè refelluntur de Idol. 2, 9. Idem cum Mithrâ erat *Αβραζα*, aut juxta alios *ΑΒΡΑΧΑΖ*, quod nonnulli Patrem tenerum, alii adgeniculationem interpretantur. Vid. Hieron. in Gen. 41, 43. R. Salom. Jarchi, R. Aben-Ezra, R. Jose Ben Dormekith ad eund. l. Buxtorfius Lexico major. voc.



dicebantur scil. verba quaedam magica, & vox hæc magicè scripta adpendebatur de collo, quâd, ut hæc vox singulâ diebus minuitur litterâ unâ, donec tandem in nihilum redeat, sic quoq. morbus cæcitati. Dicitur & in Abhoda sarah <sup>יְרֵיבָא</sup> princeps sua præfectus cæcitati, angelus scotomati. Sed de Persarum <sup>ἱεροθυσία</sup> Soli factâ etiam Xenophon: Καὶ ἱππων, ὃν εἰλήφει παλαιότερον, διδῶσι τῷ Κωμάρχει αἰατρέψασι κατὰ θυσαί, ὅτι ἤκυσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τῷ ἡλίῳ, δεδιὼς μὴ ἀποθάνη. l. 4. c. 333. περὶ κύρου αἰαβ. & l. 8. Κύρου παιδείας: Πρῶτον μὲν ἡγοῦντο τῷ διὲ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαραις· μετὰ δὲ τέτρες ἵπποι ἡγόντα θυμά τῷ ἡλίῳ. c. 216. Justinus: Solem unum esse deum Persæ credunt, & equos eidem deo sacraeque ferunt. l. 10. Vid. Berneggerum in not. De Massagetis etiam Strabo: Θεὸν δὲ ἡλίον μόνον ἡγεῖναι, τὸτο δὲ ἱεροθυσίᾳ, l. 11. Causam tradit Naso l. 1. fast.

*Placat equo Persis radii Hyperionæ cinctum,*

*Ne detur celeri victima tardæ deo.*

Adi Herodotum l. 1. Himerium Rhet. Pausaniam in Lacon. Philostratum l. 1. de vitâ Apoll. Lipsium l. 6. annal. Tac, maximè verò <sup>ἀκρίβειαν</sup> Brissonium l. 2. de R. P. ab imit. & Buelenger. eclog. ad Arnob. 2, 4. Num & ad immolationem respicere sentiamus illum Scribaturæ locum:

locum: *Abstulit equos, quos dederant reges Judæ Soli in introitu templorum.* 2. Reg. 23. 11. ut ita victi-  
 ctinæ egrégiæ atque eximie intelligerentur? Quamvis R. Kimchi, R. Salom Jarchi, R. Levi Ben Gerson, Lyra, Venerab. Beda, & alii, de equis & curtibus inter adorandum solemnem pompam ducentibus explicent. Nec malè Seldenus imagines tantùm fufas Soliq; dicatas innui opinatur. de D. S. 2, 8. Recensitis talibus satis apertis, neq; caliginè ullâ circumfufis, quidnî mirum, Belgam doctissimum, Johan. à Meyen lucernam in meridie postulare, atq; de hostiis ex equis dubitare, dùm ad Maronis verba: *Aut arbi servare factu* &c. li. 3. Georg. talia commentatur: Nam ad sacrificia optimi diligendi sunt vituli, hirci, sues, & id gētib; alia, quæ ara destinantur. Sed an ex equis sacrificia sint Ebraici sperpendendum relinquo. Hæc ille. Notetur hic obiter, Anamelech juxta quosdam cultum fuisse effigie equi; quam aliqui phassiani, alii ætumnici formam potius fuisse contendunt. Vid. Seldenum de D. S. 2, 9.

Immolabant MVLOS Romani in Con-  
 suatibus, ludis Conso deo sacris, teste Alex. ab Alex. G. D. 5. 26. quibus etiam equi & asini coronabuntur, cujus rationes aliquot videmus Plat. probl. 48. Boethorn. quæst. 39. Mulierem formâ colebatur Adramelech, velut asini, Deus Tarchæ. Seld. l. c. Sched. de D. G. 1, 4. Et.

**ASINOS;** Marti quidem ob turbulentum & acutum rugitum. Phurnutus de N. D. c. 20. Verum Germani, quod equis carerent, & eorū inopiā asinis in bello uterentur, asinum Marti sacrificabant. Strabo l. 15. Item Priapo Romæ ad portam Flaminiam stemma cernitur hominis mentulati &c. infra à dextris asini caput, cui impinet dolabra sacrificialis: in sinistris item asini caput cum cultro oblongiori. Vid. Gruterum in inscribit. f. 95. n. 5. Ovid. l. 1. Fast.

*Caditur & rigida custoditur à sellæ:*

*Causa pudenda quidem est, sed tamen apta deo.* Hanc prolixè subjungit; brevissimè tamen talis est: Quia necpe Sileni, quo vehebatur à sellæ, Lotidem nymfæ dormientem, cui jamjam vitium inlaturus erat Priapus, acri ruditu excitavit, adeoque impedit, quo minus ille lasciviam atque voluptatem suam in virgine expleret.

*Morde dedit panas auctor claveris; & hac est*

*Hæspantiæo victimæ grata deo.*

Eadem l. 6. fast. repetit. Alii propter membri virilis magnitudinem & libidinem factum id apertissime arbitrantur, quibus asinus præ reliquis animalibus cunctis pellet: Vnde Commodus hominem pene prominente ultra modum animalium, *ovæ* adpellabat, teste Lampriid. in Helio. Apulejus de se, tum asino, & jam in concubitu ruituro: *augebat plene de-*  
*exit metus opulens, hæc modum tantæ æmuli ma-*



guis traribus possem delicatam matronam inscendere, vel tam lucida, tamq. tenera, & lactis ac melle confecta membra duris ungulis compleret, labiaq. modice ambrasiâ rore purpurantes, tam ample ore, tamq. enervi & saxei dentibus deformi saviari: Novissime, quo pacto, quanquam ex unguituli perpravi-scens mulier tam vastum genitale susciperet. Hec me! qui disruptâ nobili femur à bestis objectus munus instructum sum domini mei. l. 10. A. A. Vid. Bernoldum in not. & Albertum M. tr. de animalibus. S. Hieronymus ad illud Ezech. 23, 20: Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorum, adnotat: Insanivit quondam in concubitu Aegyptiorum, quorum carnes sunt ad similitudinem asinorum, & tam largus seminum fluxus, sive verenda tam grandis, ut equorum superent deformitatem. Hæc Hieronymus. Hinc aselli bene peculiati, i. e. mentulati dicuntur. Vid. Rigaltium in Phædrum fab. 29. Ap. Petronium in sacris Priapi impurissimis (in quibus nihil præsens aderat, quod non obscœnum, quod non libidinem & inguina exciteret), vas erat gestans promulsidem (procul dubio vegrandi alie: quo mutone ornatum) cui aselli cognomen. Appud eundem subactissima recelliclunia Quartilla tranvicia sinum pueri Gitonis demissa, ejusq. vasculo pertractato. Hoc, inquit, belle cras in promulsida libidinis nostre militabit; hodie enim post asellum

*sellam diaria non fimo.* in satyr. Quæ verba uberiori luce donare superfedeo. Adde & Apulejum l. 7. A. A. Judæi asini caput pro deo coluerunt, teste Suida: Et Gnostici Deum Sabaoth asini habere figuram dixerunt, referente Epiphanio. Qualis calumnia de asinini capitis cultu etiam in Christianos devoluta, qui inde *asinarii* nuncupabantur, ut prodit Tertullianus in apol. c. 16. Christus quoq; (de quo idem l. c. & advers. Nat. 1, 14.) à quodam piætauribus asininis, pedum altero ungulato, librum gestans ætogatus, cum inscriptione: DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES. Vide Seld. de D. S. 1, 17.

Immolabant LEONES. Jul. Capitolinus: *Si Imperatori sacrificium sit &c. captum leones feriuntur.* in vit. Max. & Balb. c. 11. Aliàs Leo insigne fuit Herculis, Herois fortissimi, qui fuit apud Germanos, teste Tacito de M. G. & quidem primus conditor gentis Bojorum, dictus proprio nomine Alemannus, & credimus Avengino. Generosus enim admodum est Leo, & superbus, vehemens & crudelis, & prætermodum iracundus, ait Franzius H. A. c. 6. pag. 64. Adde Plinium H. N. 8, 16. Vnde Herculem dictum putant qs. Arg le, Atergle, Ac le, vel Aergle; quæ significant ferum leonem. Vid. Sched. de D. G. 3, 2.

Immolabant LVPOS Marti. Vid. Stuck. de

de sacrific. p. 47. Marti autem idēd, quia lupus, ait Franzius, animal est admodum notum ab ignobili sua natura, a robore, a velocitate, a ferocia, a rapacitate, a voracitate, ab odio adversus omnes, a crudelitate, & imprimis a fraudulentia; valdeque sunt pauca, quae qualemcumque in ipso alicujus virtutis commendationem habent &c. &c. Vid. Ejus H. A. part. 1. c. 20. Vocem homini defecere, si lupus eum prius adspexerit, praeter alios auctores restatur Plinius: Sed in Italia quoque creditur lupo rum visus esse noxius: veterumque hominum, quem priores contemplantur, adimere ad praesens. H. N. 8, 22. Quod omnino spectat illud Virg. ecl. 9.

Vox quoque, Maerius.

Jam fugit ipsa: lupo Maerium videre priores.

Causas quidem promunt de Spiritibus lupi valde ardentibus & exanthematicis in corpus hominis. Vosius: Fabella haec, ait, non alio nititur, quam quod homines visio lupo praemictu & horrore ultra loqui nequeant: de Idol. 3, 72. Ecquid, quaeso, expectet principium, nisi hoc fuerit? Verē autem fabulosum esse etiam sentiunt Scatig. de subtil. & Camerarius hor. subcis, cap. 3.

Immolabant CAMELOS pingues & saginatos Arabes in ara dei Ignoti. Similiter nubturae virgines camelis deos propriabant. Vid. Girald. synt. 17. p. 493. Itemque BLEPHANTOS Juvénal. sat. 12.

Nulla

*Nada igitur mora per Novium, mora nulla per  
istum.*

*Pacuvium quin illud ebur ducatur ad aras,*

*Et cadat ante Lares Gallia victima sacra,*

*Tantum digna deo, & captatoribus horum.*

Græci tamen & incolæ Cypri neutrum horum  
mactabant, ex ratione, quam refert Porphyrius:

οἱς ἐκ κἀμῆλον ἢ ἐλέφαστα ἑλλήνων, ἐδεῖς θεοῖς  
ἔθυσεν, παρ' ὅσον ἐδ' ἤμενκεν ἢ ἑλλας ταῦτα ζῶα,  
ὥτως ἐδ' ἐν Κύπρῳ ἢ Φοινίκῃ θεοῖς προσήχθη  
τὸ ζῶον τῆτο, παρ' ὅσον ἐκ ἢ ἐντόποιον. de abst.

l. i. §. 14.

Immolabant CERVOS. Vopiscus: *Capitolium invehctus est, ut illuc cederet cervos.* In Aurel.  
c. 33. Pro Iphigeniâ mactatur cerva diane. Ovi-  
dijus 1. Fast.

*Qua semel est triplici pro virgine casa Dianæ*

*Nunc quoq; pro nullâ virgine cerva cadit.*

Adde eund. l. 12. Metam. & 4. trist. el 4. Juve-  
nalis: *Non sperat Tragica furtiva piacula cervæ.* sat.  
12. Lycophron, obscurissimus sane scriptor, in  
Cassandrá, quæ & Alexandra dicitur:

οἱ παλαιαῖς κέρμας

λαβὼν προθεῖσσι παργύων ἐκέρυσσι.

Sacrificium hoc benevolè mihi exhibuit, studi-  
orum meorum adiutor summus, meiq; amanti-  
ssimus. Vix, & de pol. incomparabilis Joh. Andr.  
Bosius, in numo argenteo admodum solido  
atq;

atque luculento, in cujus parte altera effigies Iphigeniæ visitur, cum epigraphe: ΙΟΙΓΕΝΙΑ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟC: in altera extat ipsa immolatio, cum inscriptione: ΕΛΛΗΝΩΝ ΚΑΛΑΙΕΡΗΜΑ. quem tibi, Lector, depingi curavi in tabellâ cap. XVIII. litt. A. præfixâ. Subjiciebatur autem cerva illa Iphigeniæ loco: Vnde de innocuo accusato, sed mox liberato, per parcemiam pronunciabatur *Pro virgine cerva*. Vid. Junium cent. 6. adag. 2. Cervi quoque cornua Dianæ dedicata erant, ejusque templo imposita; causam ejus quærito ap. Chouhium de relig. Rom. vet. p. 87, 88.

Immolabant CANEM Cares. Suidas, voc. Κανίς οἶν@. Unde proverbium *Canis a viâ* ma, de quo consulendus Erasmus. Romani in Robigalibus mactabant canes, & quidem turtillas in canario sacrificio, prius sc. quam frumenta vaginis exirent, teste Attejo Capitone, ut nempe caniculæ fideret effugerent æstum fruges. Ovid. 4. fast. in fin.

*Turpiaq; obscena vidimus extra canis.*

*Tum mihi, cur detur sacris nova victima quaris:*

*(Quæsieram) Causam percipe flamen ait:*

*Est canis (Icarium dicunt) quo fidere moto*

*Tosta sitit tellus, præcipiturq; seges.*

*Pro cane fidereo canis hic imponitur ara;*

*Et, quare fiat, nil nisi nomen habet.*

Rustum

Ruffum immolatum, Coelius ex Aegyptiorum  
superstitione & ritu putat, ruffos sacrificanti-  
um boves. Fortean potius ab igne caniculæ  
coelestis & radiis rutilis morem illum esse de-  
sumtum sentiendum? Immolati porro catuli à  
Bœotlis pro hircò, in satiatione, in ovium consuetudine,  
recens nati in Adicialibus, Panì Lycæo, Mi-  
niervæ, Marti, teste Phurnuto de N. D. c. 20.  
cum etiam in Phœbæo Enyalo id est Marti  
ὀκύλακα obtulerint. Coelius L. A. 17, 27. A  
Romanis Juventuti & Sumano quotannis canis  
cruci adfigebatur. Vid. Girald. synt. 17, p. 519.  
& seq. Manæ Genetæ canis mactabatur, cum  
voto, ne quis domi natòrum bonus fiat! Ra-  
tiones ejus lege ap. Plut. quæst. 52. Alioquin ca-  
nis víctima piaculatis fuit ap. Græcos & Luper-  
cos, cùjus causam memorat Boxhorn. quæst.  
Rom. 35. Ap. Argos Cynophontis celebrabatur:  
Ad nocturna colophoniorum sacrificia ἡ ἑορ-  
δα furva adhibita catella: Proserpinam ac  
Lucinam canem expiâsse, produnt Pausanias  
& Plut. l. c. Vid. Coelium l. c. Hecati sacrificà-  
batur canis, teste Sophrone in Mimis; cum,  
quia canis latratus carmina solvit καὶ τὰ φά-  
σματα; tum, quia à spectris terretur, eaquæ  
facile videt, & ab ipsâ terretur Lunâ, quam  
adlatrat: Vnde subinde per noctem quorun-  
dam canum perpetuos audimus latratus, de  
quo

quo Franzius H. A. c. 21. Virg. 6. Æn. Visæque  
canes ululare per umbram. Ovidius. l. 14.  
Metam.

*Longi Hecaten ululatibus oras &c.*

*Et latrare canes, & humum serpentibus atrum*

*Squallere, & tennes animæ volitare videntur.*

Planè hîc clarescit locus Virgill ecl. 8. Nescio, quid  
certè est, & Hylæ in limine latrat. Amara autem no-  
ctem Hecate, unde dicta *νοχία*, *κυνοχία* & *κυ-  
νιδρομος*. Vid. Joh. Wouvvetium de umbrâ  
c. 7. Lycophron vocat *Ἥκην κυνοφαγῆν*, quod  
Scaliger reddit *Deam canariam*, Canterus vertit  
*Canivoram*; verum non satis fidè: Est enim *Ἥ-  
καινω*, ut *κυνοφαγῆς* h. l. sit qs, caninis sacri-  
ficiis splendida; vel potius canis latratu adpa-  
rens, quamvis alii legant *κυνοφαγον*, quam le-  
ctionem Canterus in margine ponit. Nec cau-  
sa, quam profert Vir doctissimus, recto incede-  
re videtur talo, dum ideò Hecaten *Canivoram*  
adpellatam conjicit, quia Ovidius *Exta canis  
Hecati vidit libare Sapæos*. Abominabile id vel au-  
ditu; at de Sapæis Thraciæ populis ad Nestum  
fluvium, & paucis aliis, certissimum. Enimve-  
rò audiamus, quantas à canibus fœda gens pœ-  
nas tulerit? Archelaus Rex Thracibus ob ipsam  
canum comestionem talentum multam im-  
dixit, qui cùm solvendo non essent, Euripidem  
ad exorandum regem subornârunt, veniamq;  
impe-

impetrarunt. Ille mox solus in silvâ, cùm Achelaus à venatu reverteretur, à canibus disceperitur; ex quo nata vox: *Canu vindicta*. Vid. adagia Erasmi. Nuncupata autem multò potius Hecate κυνοφάγος eo sensu, quo Bacchus apud Sophoclem ταυροφάγος, Deus alius ap. Hesychium κριοφάγος, Juno ap. eund. αἰγοφάγος, &c. à canariis, sc. sacrificiis crebrò ei factis. Causas quare Hecati & Lupercalibus canes immolati; item de περισκυλακισμῶ, vid. Plutarch. probl. 67. cum not. Boxhorni. Ob talia canaria sacrificia forte porta apud Romanos *catularia* dicta. Adi Fabric. Rom. 6. 4. Nibbchatz Avitarum numen sub canis formâ cultum, testantur R. Kimchi & R. Jarchi.

De FELIBVS nihil invenio. Retulit tamen nobis Gallus quidam homo fidei non leviusculæ, hodiè adhuc singulis annis Metæ certo tempore catos omnium maximè conspicuos atque eximios disquiri, & solemni utriusque sexus ac ætatis plausu medio foro pertricæ adstrictos ac exaltatos concremari. Causam & originem ejus nec ille addere scivit, nec ego hactenus investigare.

Immolabant MVRES. Siquidem ut apud Europæos porcus inter februa erat & purgamenta; ita in Asiâ porcus & mus, quod facit ad penitissimè enucleandum locum Jesaiæ: *Qui*  
*san-*



*sanctificant se & qui mundant se in hortu sequentes alter alterum palam, qui comedunt carnem porci, & uti abominabili, murusq. cap. ult. vers. 17. Similiter Philistæi aureis purgantur muribus. 1. Sam. 6. vers. 4. & 11. Vid. R. Maimon perplex. 3, 30. Seld. de D. S. 1, 6. Itaque frustra Jamblichus repugnat. Philastrius quorundam meminit, qui sorices coluere, *Musorina* inde dicti. Aeoles & Trojani Apollini mures, quos, teste Aeschilo, *ομινθας* nuncupabant, cicures alebant publice, qui infra altare degebant: unde ipse audivit *Smynthius*. Vid. Giraldum synt. 7. Ap. ejus tripodem itidem murem fuisse, Aelianus scribit, & fabulam de eo recitat. Adi & Strab. l. 13. De FORMICARVM immolatione Stuck. f. 47.*

Alius nos sublimemus, neutiquam nixi ceratis ope Dædaleâ pennis; ac inquiramus, quid aër de suis ad aras permittat? Volatilia itaque omnibus diis dæmonibusque præterq. terrestribus & inferis, immolata: Aëreis quidem alba; aqueis diis atra. Porphy. *περὶ ἀποχρῆς*. Girald. synt. 17. Henr. Corn. Agrippa V. J. D. S. Casareæ Majest. à Consilio & archivis Indiciarius de O. P. 3. 59. Historiolam de ave, sponte se mactandam Sacerdoti obferente, vide ap. Porphy. de abst. l. 1. §. 25. Culmen conscendat AQVILA, avium rex, intacta fulmine, cujus illa armiger. Plin. 2. 55. Mactabatur ea in impetratorio sacrificio. Capitolinus in vit. Max. &

Pp

Balb.

Balb. Si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquila &c. feriuntur. c. 11. Vnde & aquila, quia altissima, Romanæ Reip. reginæ rerum insigne. Vid. Boxhorn. quæst. 32. ejus auctor erat C. Marius. Plin. 10, 4. & aquila quidem primæ erat legionis insigne, cujus custodia erat penes primipilum. Postea cum imperium in Occidente temporibus Honorii & Arcadii esset amissum, divisum insigne aquila biceps signum fuit divisi Imperii in Orientale & Occidentale. Sed & plurium regum ac Principū aquila insigne fuit gentilitium; qualia non tantum belli palo aut perticæ infixæ gestebantur, sed maximè incidebantur clypeis. Virg 7. Aen.

*Clypeoq; insigne paternum.*

*Centum angues, cinctamq; gerit serpentibus hy-*  
*dram.*

ita ut *Διὸς ἔγλυφον* adpellationem clypeus caperet: Germanisque insignia gentilitia, quoniam olim armis insculpta, vocantur hodiernum *Wappen*; quo nomine olim arma insignita, indicat vox illa, nondum è communi loquendi genere eturbata, *Gewapnet*; illud Germani superiores mollius aliquantum enunciant *Waffen*, ad huc Voss. de Idol. 3. 76. Ap. laudatos Teutonas coloribus primum tantum clypei variegati in insignia nobilium familiarem migrasse creduntur; unde ea omnium antiquissima ducuntur, quæ simplicissima, certis duntaxat coloribus distincta & spatiis, qualia *Naute*  
*Erriche*

**Stirthe oder Walsen** vocamus. Postea tamen etiam animalia adpingi consuevère, utpote angustiora insignia. Testatur. certè de Alemannis Diodorus Siculus, quòd eis arma fuerint scuta, insigni proprio variegata; quosdam æneas bestiarum imagines tam ad defensionem quàm ornatum adfabrè factas prætulisse. l. 5. Biblioth. Vid. Quintilianum 6, 3, Crantzium, 2. 4. Freherum de orig. palat. part. 1. c. 13. Marcum Velferum de reb. Boi. l. 4. Lazium de migrat. gent. Reineccium von däß Adels Herkommen/ Tilius comm. rerum Gall. l. 2. Forcatulum l. 2. de Imp. Gall. Et amplissimi nominis Jureconsultum, magnum STRAUCHIUM, in cuius aureis scribtis doctorum corona inexhausta cupiditate semper esurit, nunquam saturatur, in Tac. de M. G. disp. 3. c. 3. §. 3. Subpeditat nobis porrò idem Diodorus rationem atq; originem quare galeis insignibus impositis cornua vel alæ addantur? *Aeneis ait, galeis cum magnis adpendicibus ad prolixam ostentationem factis impetu muniunt; nam vel cornua adfixa, vel avium, quadrupedumq; facies in illis expressæ habent.* l. c. Cur autem, insignibus gentilitiis sapissime tegumenta Wappendesse modò simplicia, modò multiplicata adpinguntur? Exinde scil. quoniam scuta clypei que, in quibus insignia cælata erant, pellibus & hujusmodi erant operti. Hinc Saguntini & Judæi famis tempore, pelles scutis clypeisque, ut essent cibo,

detrahère, quod testantur Silius & Egesippus.  
Virg. l. 10. Aen.

*Tum pius Aeneas bastam jacit : Illa per orbem  
Aere cavum triplici, per lineam terga, tribusq;  
Transiit intextum tauris opus.*

Sacrificabant ANSERES. Suidas. Ovidius.  
l. 1. fast.

*Nec defensa juvant Capitolia quò minus anser  
Det jecur in lances, Inachilauta, tuas.*

Inprimis Isidi. & Lunæ Vid. Herod. l. 2. Voss.  
inst. Or. l. 4. c. 13. sect. 8. Aliquando & Marti.  
Martialis l. 9. epigr. 31.

*Dum comes Arctois hareret Caesaris armis  
Velius, hanc Marti pro duce vovit avem.  
Luna quater binos non tota peregerat orbes,  
Debita poscebat jam sibi vota Deus.  
Ipse suas anser properavit latus ad aras,  
Et cecidit sanctis hostia parva focus.*

Sacrificabant COLVMBAS, TVRTVRES  
& PALVMBOS. Plautus: Nos Palumbem ad  
aram usq; duximus. in Poen. Ovidius. l. 1. fast.

*Ergo sepe suo conjux abducta marito  
Vritur in calidis alba columba focus.*

Potissimum Veneri, & propter Concordiam;  
unde olim in nubtiis turturum concordia opta-  
ta. Vid. etiam Plin. H. N. 10, 34. & propter li-  
bidinem foecunditatemque; quæ tanta quidem,  
ut Adrichomius referat, turrim saxeam Hiero-  
solymsi extitisse, in agro ad meridiem montis  
Oli.

Oliveti, incolis dictam *petram columbarum*, ubi sæpe quinque columbarum millia fuerint. Ab his certum osculi genus ortum, quod describit Muretus, qd. nempe collisione linguarum ludebant. Tibullus l. i. el. 8.

*Et dare anbelanti pugnantibus humida linguis  
Oscula, & in collo figere dente notas.*

Apulejus: *Arctius eam complexus cœpi saviari: Jamq. emulâ libidine in amoris paralitatem congermanescenti mecum; jam patentis oris inbalatu cinnameo, & occursantis lingue inlisu nectareo, provâ cupidine adlubescente &c.* l. 2. Metam. Idem. *Accepturus indicii nomine ab ipsâ Venere, septem savia suavia, & unum blandientis adpulsum lingue longè mellitum.* l. 6. Huc pertinet illud Plauti: *Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.* Asin. 3, 3. Adde act. 4. sc. 1. in fin. Et Joh. à Wouweren de his osculis interpretatur illud Petroni: *Commovebat valgiter labra, & me tanquam furtivis subinde osculis verberabat.* in satyr. quod alii de fellatione capiunt. Græcè κατὰ γλώττισμα, latinè *Columbari* vocabatur. Gn. Matius: *Columbatig. labra conferens labris.* Vid. Dilherrum in electis, Beroaldum in Apul. Barthium racematt. in Petron. Meursium animadvors. miscell. 3. 12. Taubmannum in Plaut. Ap. Judæos, vix aliam, in ætate juvenili & libidinis nesciâ avem, præter columbam, obferre licuit, ut observ. Bernhard. in Cant. 59. At Syri,

tantum abest, ut columbas, quoddam in tutelâ Veneris essent, violarent, ut potius inter deos haberent; quoniam ab iis Venus Typhonem fugiens servata erat, ut ait Muretus comm. in Tibull. l. 1. el. 7. Nos veriore forte dabimus rationem: quoniam ovum miræ magnitudinis à piscibus ex Euphrate evolutum columba foverit, unde dea genita credebatur; docente P. Nigidio ad Arati phænomen. A quibusdam Semiramidis columbæ formâ culta fuit, quia tam in columbam versam opinati sunt. Vid. Hyginum poet. astr. fab. 117. Diod. Siculum l. 2. Athenagoram in Apologiâ, Tzetzam chil. 9, c. 235. Palumbus vero Majæ obferebatur, sive Proserpinæ, seu Cereri, quæ eadem sunt; unde Proserpina Φερεφάτην audivit. Porphyrius: Τῆς Ἰ Φερεφάτης, παρὰ τὸ Φέρβειν (al. Φέρειν) τὴν Φάτιαν φασὶν οἱ πολλοὶ τὸ νομα τῶν θεολόγων. ἰερὸν γὰρ αὐτῆς ἡ Φάτιαν. Διὸ καὶ αἱ τῆς Μαΐας ἱερεῖαι ταύτην αὐτῇ ἀνατιθείασιν. Μαΐα ἢ ἡ αὐτὴ τῇ Περσεφόνῃ, ὡς ἀν Μαΐα καὶ τροφὸς ἔσται. Χ. Ἰονία γὰρ ἡ θεὸς, καὶ Δημήτηρ ἡ αὐτή. l. 4. περὶ ἀποχῆς.

Sacrificabant GALLOS. Fragm. inferibit. PRO GALLO. HOLOCAUSTO. Χ. ILLO. Marti, quia est animal pugnax: Mercurio, ob vigilantiam, de quâ supra c. 3. p. 54. Soli, quod redeuntem salutet, & aurozam cantu suo prænunciet.

Nocti,

Nocti, quod cantu suo diem provocet, quo illa propellitur. Ovid. 1. Fast.

*Nocte de noctis cristatus caditur ales,*

*Quod tepidum vigili provocet ore diem.*

Laribus, quod pervigil domum custodiat. Juv.  
*Laribus cristam promittere Galli.* Aesculapio sive ob eandem vigilantiam, sive quod divinae beneficentiae, morborum omnium curatrici, diem, h. e. vitae lumen se debere veteres testarentur, quod Caelio Rhodigino placet A. L. 16, 12. vid. Meibom. comm. in Jusjur. Hippocr. c. 5, 29. In Onyche, quem habet Choulius, ad pedes Aesculapii sedet Gallus. pag. 114. Ultima Socratis post cicutae potum, & pedes, & tibias, & ventriculum rigentis, ad amicum Critonem vox fuit: *Ω κρείττων τῷ Ασκληπιῷ ὁφείλομεν ἀλεκτερεύειν!* ut adnotat eam Plato in Phædon. ad quæ Italiae suæ lumen haud obscurum Marcellus Ficinus: *Prisci Aesculapio medico Phæbi filio, gallum sacrificabant, diei solūq; nuntium i. e. divinae beneficentiae morborum omnium curatrici, quæ divina providentia filia nominatur, diem i. e. vitam lumen debere se fatebantur.* Hæc ille. Plures deos, quæ obferebatur gallus, supra recensui. l. c. Illud autem Pythagoræ symbolum: *Gallum nutritias, ne tamen sacrifices;* quidam exponunt, milites in civitate esse habendos, non tamen in rebus sacris. Alii: gloriosos & adrogantes non quidem penitus exterminari posse, sed pati o-

portere; non tamen necesse esse ad arcana & res-  
ferias admittere.

Sacrificabant GALLINAS : Athenæus :  
περὶ μάλιστα δὲ πρῶτον Φησὶ μνημονεῦσαι Πα-  
νύωσιν Σάλωσιν & οἷς περὶ τῆς παρ' Ἀιγυ-  
πτίοις διηγείται πολλὰ μὲν περὶ τῶν πέμματα,  
πολλὰς δὲ νοσάδας ὄρνις. Maximè Æscu-  
lapiο sive quod salubritatis sunt indicium, car-  
nemq; habeant levisimæ digestionis; ac proin-  
de languentibus commodam, quam causam  
reddit Pier. Valerian. Hierogl. 24. sive quod ut  
Henr. Smetius ait miscell.

— infirmo hac volueris quia corda cerebro  
Conferat, & labas renovent ea prandia vires.

Meibom. l. c. Prudentius in apoth.

Quamvis promittere & ipsi  
Gallinam soleant aut Gallum; Clinicus ut se  
Dignetur prestare deus morientibus equum.

Plinius de necessariâ victimarum ex gallinis  
qualitate ita scribit: *Ad rem divinam luteo rostro,  
pedibusq; pura non videntur: Ad opertanea sacra ni-  
gra.* H. N. 10, 56. De cujus loci veritate valde  
dubito, nescio quidnam de ejus corruptione,  
suspiciens, neq; tamen aliquid in eo hætenus  
immuto. Alex. ab Alex. G. D. 3, 12, hunc locum,  
credo, respiciens, ait Æsculapio gallinas obla-  
tas non luteis rostris aut pedibus, sed nigri digitisq;  
imparibus. causas ejus rei investigat Meibom.  
l. c.



Isa. Suceoth Benoth imaginem fuisse gallinæ cum pullis suis, observant ad 2. Samuel. 17. R. David Kimchi & Salom. Jarchi, Rabbenu Gershom discipulus, qui non modo Talmudem, sed tota etiam Biblia commentariis exposuit, quæ cæteris scribbris Rabbinicis, ut antiquiora, ita omnium quoq; doctissima censentur, unde Judæis. *אֵלֶּיךָ יָשׁוּבִים* dicitur *הַתְּנַחֲמֵנוּ* i. e. legis interpretes. Vixit Trevis in Galliâ. Vid. beatus Germaniæ Doctor Calixtus, adpend. Theol. p. 132.

Leprosi sanati obferre jubentur **PASSE-REM** secundum Vulgatam Lev. 14. 4. quia illos acrimoniam humoris valde sunt libidinosi, veluti etiam passeris, qui aliquando septies in horâ coeunt. Hinc *Serutheum*, ait Festus, præcipue vocant obscenam partem virilem, à salacitate videlicet passeris, qui Græcè *σπαρδός* dicitur: sed notanter modò dixi, secundum vulgatam. Vox enim quæ extat in Ebræo. *פַּסְרֵם* a plerisq; redditur in genere *avicularum* nomine & *avium*: Hieronymus. ad Psalm 84: gallinas fuisse dicit. Vid. Joh. Christianum Iling. coll. hist. quæst. 59, §. 2. Æsculapio passeris sacrari solitos, Meibom. l. c. §. 30. collegit ex Æliano, V. H. 4, 17.

**CICONTIAM** Concordiæ fuisse sacram, Merula, Britannicus, Valla, & alii adse-

R p 5

runa

runt: Et Probus Grammaticus, ad illa Juvenalis: *Quæq; salutata crepitat ciconia nido*

In tutelâ Concordiæ ciconiam fuisse perhibet, templumq; extitisse vetus Concordiæ, in quo multa Ciconia. Sed Politianus & Giraldus CORNICEM potius statuunt, & probare nituntur ex Aeliano ac nomismatis, cum & cornicis vox in nubiliis quoq; audita fuerit. Eadem cornicula & Apollini consecrata erat, quod ex vetustissimis numis aureis & argenteis ac Jaspide antiquo apud Choulum satis adparet p. 215, 216. Sacer erat etiam Apollini sive soli CYGNVS. Vid. Agripp. l. c. Manilius. l. 5. *ipse deum cygnumq; colit.* Evolv. not. Scaligeri. Unde & Poetæ cygni dicuntur ac *alares*. Item CORVUS, quod Cornutus ob colorem *muagor* negat, & cygnum potius esse vult. Nec non PERDICOTEROS accipitris quoddam genus Certè Aegyptii Apollini accipitrem tribuere, quem suâ linguâ *thaustum* adpellârunt, teste Aeliano. Phœnices Herculi COTVRNICES dedicasse; refert Eudoxus Cnidius l. 1. de circuitu terræ, quia hoc animal pugnacissimum. Aliâs sacros ferunt transypteron, struthiocamelum & pavonem Junoni, buteonem Dianæ, Morphnon Matri deum, Minervæ æsifragam & harpan, Lunæ ibin, columbarium Mercurio. Vid. Gyrald. synt. 7. Choulum p. 51, 52. Adde his tetraonas, phœnicopteros, Numidicas.

dicas, phasianos &c. de quibus Stuck. f. 47. Per perdicem deus Pudor olim depictus, cum ea admodum pudica avis: Per aquilam Jupiter, Juno per pavonem, per ululam Minerva: Hujus rei testes vid. aliquot humos & marmora apud Choulum pag. 47. & seqq.

Num verò etiam ad altaria *Mutaq; natabunt Squammigerum pecudes*; & de cupidis prædæ marinæ quicquam onerabit lances deorum? Apud Judæos ex piscibus nullum sacrificium fuit, ne aquis exempti mortui obferrentur; vel quia pisces non ubivis haberi poterant. Vid. Philon. de vict. Ethnici contra magno numero sacrarunt citharon Apollini, Mercurio boas, Libero patri cittulum apuam Veneri, Neptuno pompilum, qui peculiariter *sacer piseis* dictus fuit. Vid. Aelianum & Athenæum. Adde Girald. synt., 17. p. 494. Bœotii sacrificabant præcipuas ex **COPAIDIBVS** victimarum ritu coronatas. Athen. l. 7. necnon Lydi pisces teste Varro- ne. Itemq; piscatores in sacro thynneo Neptuno **THYNNVM** exhibebant. Vid. Cœl. L. A. 28, 7. Phaselitæ pisciculis sale conditis placare deos consueverunt. Idem, 20, 5. Hecati immolabant **MOENIDAS**, & **TRIGLAS** sive **MVLLOS** teste Melanthio, eò quod trigla ter pariat quotannis; vel quia Luna sive Hecate etiam maris potestatem habet;  
Vel

Vel quia Diana sive Hecate est venatrix; mul-  
lus verò itidem venator, ut qui leporem ma-  
rinum, piscem venenatum ac letalem strenuè  
persequatur. Perceptis hisce, planè vane-  
fcit Sullæ apud Plutarchum in quæst. con-  
viv. opinio, qui ideò Pythagoram piscibus  
abstinuisse vult, quòd Pythagoras vesci soli-  
tus sit primitiis *Ἱερόφύτοις*; nullus verò piscis  
idoneus fuerit ad sacrificium.

Syri abstinebant piscibus, eò, quòd A-  
tergatis, regina eorum obsoniorum avidissi-  
ma, edictum promulgaverit, ne quis pisces  
ederet *ἀτερ γατίδ* i. e. præter Gatidem:  
Inde ei mansisse ferunt nomen Atergatidis;  
Syrosq; supplices aureos & argenteos pisces  
diis suis obtulisse: ipsi verò Atergatidi inter  
divos relata: sacerdotes ante simulacrum  
constituiffe mnaseas pisces, & affos & elixos.  
Variant tamen mirè in hujus etymo, & no-  
minibus: Atergatis, Adergatis, Atargata, A-  
targatis, Adargidis, Arthaga, Athara, Derce-  
to, Derce. Lucianus eam dimidiâ parte ho-  
minis, dimidiâ piscis formâ cultam ait, atq;  
ita nomen effiet ex *ἄτερ* magnus, & *ἰχθυς* piscis.  
Eadem certè erat cum Venere, quæ in piscem  
mutata, tradente Manilio l. 4. Astron. & *ἡ*  
Babylonis *Salambus* dicta. Vid. Seld. de D. S.  
2. 3. Vossum de Idol. 1, 23. Schedium de D.

G. 1,9. Tale ferè simulacrum erat Dagon, qui & Oannes apud Scribtt. dicitur, cuius mentio fit 1. Sam. 5,4. Ecce jacebat Dagon atque duæ palmæ manuû abscissæ erant super limen פֶּרֶךְ עֲלֵיוֹ i. e. ut vertit Kimchi, tantummodo formâ piscis relicta in eo. Fuisse perhibent biceps animal, cætera piscem, & cujus caudâ adnascebantur pedes humanis similes: Vox ei humana. Ex mari autem Erythreo emersum Babyloniam pervenisse ajunt; occidente. verò Sole in mare redisse, moremq; hunc quotidie observasse: Ab eo homines omnifarias artes, litteras. architecturam, agriculturam, templorum sacrationes & leges politicas didicisse. Dicitur autem אֲדֹנִי i. e. piscis. Vid. summum Seldenum de D. S. 2,3.

In sacris Bacchi (forte & in mysteriis aliis) SERPENTES obferebantur, iisque coronabuntur, atque coronati Evan clamabant, ubi Epiphanius Evam à serpente deceptam invocasse eos ait l. 3. contra hæres. Ita in numo nostro oblongo litt. E. conspicitur sacrum Bacchi, cujus non obscurum signum est caper, gratisima liberi hostia, stans ante focum calentem: In eo à latere τελεσε visitur persona sacrificans, anguem supra Ignem protendens. Adde numum litt. D. Anne autem dicamus Bacchantes mordendo

do confecisse serpentes hosce suos? Certè admodum perspicuus videtur esse ille Aurell locus l. 1. contra Symm.

*Baccho caper omnibus aris*

*Gaditur, & virides discindunt ore chelydros.*

Nil equidem, pol! de antidoto, quo se ante sacrificia munierint adversus venenum, uspiam reperire est. Num verò sentiendum, fuisse pisces, quibus nomen hoc horridius sit inditum, quam *ὄφελαιονορία* mystis ac initiatis utique in more fuisse supra meminimus? At obstat epitheton *virideis*: Obstat fractum sepulchri marmor, quod hodie- num Romæ in templo Bacchi extra portam Viminalem in viâ Numentanâ extat, quod egregie ritum hunc exprimit. Est autem ibi Bacchantium turba, angues ore gestantium & caprum ducentium. Vid. Fabric. iu Rom. c. 9. Dicendum igitur, chelydros non fuisse veneno metuendos? Nunquam hoc de ullo chelydorum genere probari potest. Univer- saliter enim chelydrus, qui aliàs *δελφιν*, à Scaligero *Querculus* & *Quercus* dicitur, vel propter odiû quercus, vel quod in quer- cubus latibulum quærat, quando eum *μύω* invadit, anguis est duorum cubitorum & non solum odore teterrimo suffocat homi- nem; sed etiam ejus veneni tanta vis est, ut querculus modo calcatus cutem detrahat  
homi-

hominis, medicique manus talem curaturi ex-  
coriet. Inde apud Virgilium audiunt *graves*  
*radore thelydri*, l. 3! Georg. Et l. 2. *nigri*, quod  
Servius exponit *nocentes*. Consulantur Ga-  
lenus, Aëtius, Gesnerus, Colerus, Franzius  
& alii. Itaque depravatum hunc locum suspi-  
camur, quem quid si ita sanaremus: *Virideis*  
*discindunt ore colubros*. Hoc enim vocabulum  
generale, quo quivis serpens insigniri potest,  
etiam virulentissimus. Virgil. 3. Georg.

*Aut tecto adfuetus coluber succedere & umbra,*  
*Pestis acerba boum pecorique, adspargere virus.*  
Lucretius l. 5.

*Hydra venenatis posset vallata colubris.*

Sed & innoxii & veneni expertes. Dictis his-  
ce & emendationi illi nostræ præclaram lu-  
cem largitur Franciscus Hernandus, qui vi-  
disse se perhibet in Indiâ, qui *colubros virides*  
educunt, pro lectulo iis dari stramentum in  
dolio, hinc non exire nisi cibi gratiâ, ac  
tum heri sui humeros adscendere amice, à  
quo cibum accipiant: habereque primitus  
pollicis tantum magnitudinem, excrecere  
in crassitiem femoris. Idem testatur Joh. En-  
sebius Nierembergius Histor. Nat. 12, 40.  
quæ ipsa destruunt locum mendacissimum  
Plinii, quando de serpentibus scribit: *Omnibus*  
*exitiale virus*. H. N. 8, 23. Ita familiares  
hominibus erant *παρναδες* Aelianus H. A.

2, 13. Serpentes apud Bigerones. Scalig. exerc. 183. sect. 3; & ad Ziz montes Mauritaniae, eodem teste. Necnon ap. Nigritas. Aloysius Cadamustus c. 12. Navig. Et plures alios, quos aggerat Vossius, 4, 58. Claudius Neapolitanus Philologus serpentis esu visum recuperari ait ap. Porphyrium de abst. l. 1. §. 17. & Crateri medici famulum, insolito morbi genere correptum, viperâ in piscis morem paratâ ac devoratâ convaluisse, docet idem ibid. Et §. 25. refert, quod Heraclidæ ὁφθαλμοῦ παύσις ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως. Pertinet huc omnino locus Celsi: *Colubra tantò estur.* l. 5. Vid. Scalig. exerc. 189. sect. 4. & in Aristot. l. 2. hist. anim. c. 18. sect. 123. Petrum Martyrem de reb. Oceani & novi orbis c. 3. & 5. Mitius ergò a gemus cum Plinio, conjiciendo typographorum incuriâ excidisse vocem *non*, aut amanuensium præcipitantiâ omis- sam fuisse in vetustissimis codd. ut ita sensus haberet: *Non omnibus exitiale virus.* Tales serpentes minimè nociferos aut venenatos, sed tutò etiam comedibiles, & qui poterant mandî, atq; in ore gestari, fuisse virides colubros illos in Bacchanalibus, Ovidius quoq; indicare cupit eo ipso, cùm serpentes illos *piscēs* vocat l. 3. fast. ubi & de sacris Bacchi sermo est:

*Eccē*



*Eae libet subito pisces Tyrrhenaq; monstra  
Dicere.*

Quamvis quidam hæc ad longè alia extendant:  
Olim à Lithuanis & Samogithis cultos serpen-  
tes, referunt Cromeths l. 5. & Robertus Gagu-  
nus describit. Lituaniæ. Et tantum de victimis,  
materiæ amplâ, ædepol! & satis spaciolâ.

## Cap. XXIV.

**H**ominum primorum frugalitas præsertim  
in sacrificiis laudata. Sacrificia prima ex  
verbis: Eaque pretiose habita. Ara Pio-  
rum. *Θυσιας* & similium vocum origo.  
Frugum significatio. *Ακάνθα* *Θύιας*. Vive-  
re musice; Tibicinis vitam. Lances sa-  
turæ. Per saturam Colligere. Ponere  
&c. verba solemnia. *Ἀπαρχεὺς*. *Ἐγνήσια*.  
*Χύτροι*. Cereris etymon. Sacrificia Cereris  
quomodo ab aliis differant? Verbenæ. Sa-  
bina herba. Verbenæ homonymia:  
& synonymia: Ejus in sacris usus. Guido  
compilator. De Donati scholiis judicium.  
Frondeæ arboreæ sacrificata. Judæorum  
idololatria. Heliognostici, Soltcolæ;  
Devictiaci. *Priscillianista*. *Venus Myr-*

*tea. Flores sacrificati. Rosa Veneti sa-*  
*cra. Corona diis data; Inprimis Lari-*  
*bus. Ornati dii. Corona in mortuorum*  
*sacrificiis, & quales? Fructus varii sacrifi-*  
*cati. Ζεύς μηλίχι. Proverbia tria ex-*  
*plicita. Pomum præmium in certamina-*  
*bus Phæbi. ὄχοφορία, ὄχοφορ. Car-*  
*mina ὄχοφορικά. Proverb. explicatur.*  
*כוכסס. Frumentum sacrificatum.*  
*Mincha. Ουλοθυτήν. προθύματα. Pa-*  
*rasiti; parasition. Farina sacrificata*  
*Mela salsa: Cur sacrificata? Placenta*  
*sacrificata Dionys. Halicarn. & Plutarcho*  
*duo alia loca opponuntur. כוני. Panifi-*  
*cia. חבית. Locus. Scr. S. excutitur.*  
*Lutherus contra Sberingham defenditur.*  
*Piscator obiter notatur. Βῆς ἰβδομ;*  
*θύαν. Victimæ nullæ præter barbas*  
*& cornua. Φασλιτῶν. θύματα. Mel*  
*sacrificatum. Liba aliquot sacra recensita.*  
*Struferetarii, Pulses sacrificata. Varia*  
*ap. Senecam lectio, Sal sacrificatus: Ejus*  
*hinc epitheta: Cur sacrificatus? An uxor*  
*Loth vere mutata sit in statuam salis: Et*  
*an adhuc extet? Prior salillo proverb.*  
*Salis in Judeorum sacrificiis usus ejusq;*  
*cause*

*cause. R. Maimonidis ratio falsissima esse ostenditur. Proverb. explicantur. Aromata. Aromata sacrificata. Diuina. Loka quadam Scr. S. dilucidantur. Ligna odorata. Thuris cognomina & synonyma. Etymologia. Descriptio. Sacrificabatur. In primis Lari. Viscus. Thuris sacra confectio. אִשָּׁבוּעַ אֶת־הָאֵשׁ. Sacrificandi thuris modus. Martialis localis datur. Judaeorum thuris adolendi sacerdotes. תְּחִלָּה Thuis panibus sacris impositam, thuribulum lapide. Quis ille lapis? Pugillatio thuris. Hanc sacerdotem docebant. Thuis intra sanctuarium incensum, ac ritus inde Ebraicus. Donariorum homonymia. Synonymia. Ea diis oblata. Varia enumerantur. Pastoritia donaria. Tabula suspensa. Vestimenta varia diis data. Item linthea, strigiles. Specula. Gemmae. Stipes. Numi capitibus impositi deorum. Siclorum Ebraicorum descriptio. Et valor. Siclus sacer. Et Polius. Joach. Camerari σφαλμα. Drexe lius notatur.*



elebranda primorum majorum  
 nostrorum frugalitas, gracili lare vi-  
 ventium, pauciores servos alenti-

Qq 2

um;

um, parcius vescientium, levius vestientium,  
 minus obsonantium; Quin & Deos suos  
 (quod certi essent eos talibus non indigere)  
 moderatius atque tenuius cibantium: E quo-  
 rum domibus non saginata pecora, non cen-  
 tena animalia, non aurati boves ad aras ce-  
 debant; sed segetis adorea, frugum primitiæ,  
 spicarum decimæ; herbarum fasciculi; oblatio-  
 torum opinione, satis laeta, & abundè opi-  
 para. Sacrificium Caini antiquissimum, &  
 quantum noxiū, omnium primum, de terræ  
 fructu fuisse, legimus. Gen. 4. 3. De Gentilibus  
 Porphyrius: Ου τῶτων ἔθνη πρότερον, ἀλλὰ  
 χλόης, οἱ ἔτινα τῆς γονίμης φύσεως χινῶν ταῖς  
 χερσὶν δρέαμενοι. Δένδρα μὲν οὐδὲ περὶ ζώων  
 ἀνέδωκεν ἡ γῆ. Τῶν δένδρων καὶ πολὺ παρῶν  
 τὴν ἐπέκειον γεννωμένην πόσιν, ἧς δρεπόμενοι  
 Φύλλα, καὶ σῆλας, καὶ τὰς ὅλβας τῆς φύσεως  
 αὐτῶν βλάστες, κατέκτανον ταύτη τὰς Φαινε-  
 μένας ἀθανάτους θεὰς τῇ θυσιᾷ δεξιζόμενοι. l. 2.  
 περὶ ἀποχρῆς, §. 5. Id planè ita enunciat Ovi-  
 dius l. i. fast.

*Ante, deos homini quod conciliare valeret,*

*Far erat, & puri lucida mæda salis.*

*Nondum pertulerat lacrimatus cortice myrrhas*

*Ætæ per aquoreas hospita navis aquas.*

*Thura nec Euphrates, nec miserat India costis*

*Nec fuerant rubri cognita fila croci.*

*Ante*

*Appulabat fumos herbis comantem Sabinis,*

*Et non exiguo laurus adusta fuma:*

*Si quis emt, factis grati de flore coronis*

*Qui posset violas addere, dives erat.*

Prudentius hym. 10. περὶ εὐφ.

*At unde major esse majestas focus,*

*Quam nata in horris sarcularis, creditur?*

Circa Delum ara, quod in eâ nullum animam

immolaretur, Piorum animi nuncupata fuit. Por-

phyrius: θεωρῆσαι δέ ἐστιν ἐν τῇ περὶ Δήλον ἐτα-

νῶν παρῳμένῃ βωμῷ. πρὸς οὐκ ἐδένει προσάγο-

μένους πρὸς αὐτοῖς, ἐδὲ θοδμένους ἢ αὐτὸς ζῶν,

ὡς (βῶν κέκλη) βωμὸς. l. 2. περὶ ἀποχ. § 28.

Exstitit & ap. Athenienses, teste Pausaniā, ara

Jovis Eximii; cui nihil animati, nihil etiam vi-

ni, tantum bellaria imponebantur. Lex Dra-

conis jubet τιμὰν θούε καὶ ἡρώας οὐκ δεχαῖς

καρπῶν, Triptolemus lege ap. Athenienses

sancivit θεῶς καρπῶς ἀγάλλειν, Pythagoras

Diis tantum offerri voluit hostias inerventas;

Dæmonibus siue bonis siue malis animata;

Quam ἀγιστεῖας Pythagoricam secuti Romani,

per CLXX. annos ex Pompili præscripto sacra

obierunt ἀναιμακτα. Vid. Coelium L. A. 12, 1.

Inde, quod herbas quasdam integras cum fo-

lis, radicibus & fructu concremarent, eoque

fumo diis litarent., ortæ voces in sacrificiis usi-

tatæ, θυσιά, θυόν, θυλή, θυμέλη, θυμῶν,

Qq 3

θυμία-

θυμιάσας, θυμιατήριον. Clarius de hoc Porphyrius: Εκ τῆς θυμιάσεως τῶν δὲ τῆς γῆς, θυμιατήριά τε ἐκάλουν, καὶ τὸ θύειν, καὶ θυσία, ἃ δὴ ἡμεῖς ὡς τὴν ὑτέραν πλημμύλαιαν ἐκβαίνοντα ἐκ ὁρθῶς ἐξακρόμεν; τὴν Διὰ τῶν ζώων δοκῶσαν δερσπείαν καλῶντες θυσία 1. 2. περὶ ἀποχ. §. 5. Et §. 59. ὅθεν καὶ θυσίαι, καὶ θυηλαί, καὶ θυμέλαι ἐκάλουντο. καὶ αὐτὸ τὸ θύειν τὴ θυμῖαν εἶχετο, καὶ ἔτι νῦν πρὸς ἡμῖν λεγόμενον ὅτι θύειν ὁ γὰρ ἡμεῖς θύειν λέγομεν. ἔρδαι ἰλεγα.

Antequam vero intentiori oculo sacrificia ἀκαπνα, & oblationes frugum, earumque in sacrificiis usum, lustremus; notandum prius: I. *Frugum* nomine non solum hic nobis venire frumenta & legumina, sed etiam reditus ex iis. Item ex vino, silvis, caeduis, lapicidinis &c, quo sensu vox *frugum* accipitur L. 77. ff. de V.S. II. ἀκαπνα θύειν id est *sacrificare sine fumo* alias Poetas & Cantores dici; & intelligi de iis tantum, qui laute epulantur nullo suo sumtu: Hinc & de talibus dicitur, quod *Musicè*, item *Tibicinis vitam vivant*. Vid. doctorum coryphæus Casaubonus ad Athenæum 1. 8. Erasmus in Chill. III. Non prætermittendus obferendi modus. Non enim omnia comburebantur; sed plurima tantum ante simulacra deorum suspendebantur, vel aris eorum in lancibus imponebantur, quas ita refertas variarum rerum copia

*piſſitantes faturus*, vel ſimpliciter *ſaturnus* adpellantur. Vid. Caſaub. l. 2. de Satyr. Poët. J. C. Scaligerum Poët. 1, 12. Becmannum origg. L. L. voc. ſatio. Rivinum prologio ad Lanc. Satur. Addantur Fabius l. 10. inſt. Pitheci conject. in Petron. Petrus Danielis not. in eund. &, quem ms. citat Georg. Erhardus, Sæbius Janens in ſate, Perſl. Exiit poſtea in proverbium *quaſi per ſaturnum colligere*; cujus mentionem facit ſacratiffimus Imperator Juſtinianus præf. in Inſt. ad Anteceſſ. de ratione ac methodo docendi Juris: Et nos de eo prolixius alibi, ſi ſatis videbitur. Obſervanda IV. *ponere, imponere, antepondere*, & Græcorum *τίθεω* & *ἀνατίθεω*, (unde *ἀναθήματα*) verba in ſacris ſolemnia; de quibus legi poteſt Muretus comm. in Tibull. *Ἀνάχεω* erat *ἀργυρά* vel *δραχμὰς* ſolvere id eſt primitias libare; Feſtaque, quibus id fiebat, *ἐγχεύεα* dicebantur,

Baccho exhibebant hederam. Scalig. poët. 1, 21. Palidi incendebant fœnum. Perſius: *fumosa Palilia fœna*. ſat. 1. Item oleam, laurum, liba de milio, & alias herbas. Ovidius:

*Vre mares oleas & adamq; herbasq; Sabinas;*

*Et crepet in mediis laurus aduſta focis.*

*Libaq; de milio milii fiſcella ſequatur.*

*Χόγου* fuit Athenienſium feſtum, in quo omne genus ſeminum in ollâ coquebant. Apollini

quoq; & Dianæ Aprili mense frugum primitiæ coctæ sunt. Suidas voc *Θαργήλια*. Cereri vero tempore virentem herbam & frugum primitias cum lusu & gaudio sacrificaram, docet Phurnutus de N. D. c. 27. & indicat Naso l. 8. Metam. *Primitias frugum Cereri, sua vina Lyao*; & l. 10.

*Festa pia Cereræ celebrabant annua matres,*

*Illæ quibus niveâ velata corpora veste*

*Primitias frugum dant spicea farta suorum;*

Vnde Cereræ nomen quidam deducunt ab *𐤒𐤓𐤕* quod est frumentū contusum sive contritum; alii ab *𐤒𐤓𐤕* arare; alii à Gerendo, quod fruges gerat; alii à Cerendo, voce Oscâ, quod est creare. Differentiam verò Choulius constituit inter Cereris sive Terræ & aliorum deorum sacrificia; quod his sacrificaretur thure & bonis odoribus; at illis, præter hæc, etiam subfumigatione seminum. Verba ejus sunt: *Et au lieu qu'aux autres Dieux & Deesses estoyent faicts sacrifices, avecques l'encens et bonnes senteurs: à la Terre estoient faicts parfums et fumigations de toutes les semences que lon a accoustumé de semer: outre toutes foins la febue et les choses aromatiques.* p. 143. Herculi decimas frugum consecrârunt, cujus aliquot causæ extant apud Plutarchum probl. 18. Sed de primitiis & decimis, cum primis, tum secundis, vid. Casaub. exerc. I. sect. 9. Cl. Frischmuth diss.



dis. Singulari de Decimis, Car. Sigoninum de,  
R. E. 4. 15. Dion. Vossium ad Maim. de Idol. e.  
4. 9. 15.

Inter herbas præcipua erat VERBENA,  
qua vox interdum omnes frondes sacratas si-  
gnificabat (veluti & *Sabina herba*) Interdum  
herbam certam, quam Græci adpellitant, *ἱερὰ βοτάνη*,  
aliqui *μυρσίνη*, Latini *Verbenacum*,  
*Columbinam*, *Vertipedium*, *Betonicam*, *Cinnamalem*,  
*Militarem*, *Licinianam*, *Saguntalem*; Aëtius Herbam  
*Ponerii*; Germani das *Esentraut*. Hinc in-  
telligitur Servius: *Myrtus inter verbenas est*,  
& *Marti sacra*. ad l. 3. Aen. Eam non solum  
manibus gestabant sacrificantes. Marcellinus:  
*Eintei quidam indumentu amictu verbenas felicitis*  
*arboris gestans*. 29. 7. Ipsa quoque coronabantur. Vir-  
gilius: *Velat ilino & verbenâ tempora vinciti*, l. 12.  
Aen. Ad qua Servius: *Verbena proprie est herba*  
*sacra, sumpta de loco sacro Capitolii, qua corona-*  
*bantur Feciales, & pater patratus, fœdera facturi,*  
*vel bella indicturi*: *Abusivè tamen etiam verbenas vo-*  
*camus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel*  
*myrtus &c.* Sed & illam Diis obferebant & con-  
cremabant. Suetonius: *Cum se convertisset, ver-*  
*benas, coronasque & panificia Basilides obtulisse ei vi-*  
*sus est*. in Vesp. Flac. c. 7. Arnobius: *Quanam il-*  
*la, quaeso, divina res fuit, qua ab impetu rerum tanto*  
*Jovem compulit avocari, & mortalium sese denun-*  
*stationibus sistere? mola salsa, ibus, verbenarum*  
*suffragio &c.* l. 5. advers. gent. Virgil, *Verbenasque*

*adole pingues, & mascula thura. eclog. 8. Horat.  
Hic verbenas pueri ponite, thurag. l. l. od. 19. O-  
vidius: Verbenas improba carpsit.*

*Quas pia Discurvi ferro solebat annis.*

*Nec non aras verbenis redimebant. Horat: Ara-  
casti Vincula verbeni. lib. 4. od. 11. Terentius: Ex  
ara hic sume verbenas tibi. Andr. 4. 3. Ad quas  
Donatus: quasi herbena, redimicula sunt ararum.  
Et post pauca: Verbena sunt omnes herba & fran-  
des, qua festa ad aras coronandas: vel omnes herbe  
frondesq; ex aliquo loco pure descripte. Verbena an-  
tem dicta q. herbena, in scholiis. Eadem habet  
Guído, qui Donati vel omnia verba per omnes  
Terentii Comœdias compilavit. Ea, qualia ho-  
die circumferuntur, Donati propria esse, fortiter  
negat Janus Parrhasius, qui dum confusum  
in iis chaos ostendere studet, inter alios hunc  
ipsum locum adducit epist. antepenult. De ver-  
benâ vid. Wouverium not. in Petron.*

*Ex ARBORIBVS dabantur diis in aram  
rami simplices, frondesq; prout cuiq; Deorum  
adsignatæ erant, id quod Soli summo mane ver-  
sus Orientem apud Gentiles factum, ad oscula-  
tâ manu, testatur Alex. ab Alex. gen. dierum  
4. 17. Plumbeus iste Auster pestilentem hanc  
rubiginem Judæis quoq; adflavit, ut Solem eo-  
dem ritu colerent; qui tangi videtur Ezech. 8.  
v. 16, 27. Sed de hoc alibi. Refert certè de illis  
homo Echnicus, Plutarchus: ἐστὶ δὲ νεγὰν πο-*

*εία*

πῶς τις εὐεργετὴ καὶ θυροσοφία παρ' αὐτοῖς ἐν ἡ-  
 θυροῖς ἔχουσις εἰς τὸ ἱερὸν εἰστιάσιν. εἰσελ-  
 θόντες δέ, ὅ τι δρῶσιν, ἔκ τινος εἰκὸς δὲ βακ-  
 χίας εἶναι τὰ ποιούμενα. *symp. 4, 5.* Idolola-  
 træ illi inter Judæos, & Solis cultores, *Heliogastri-  
 fici, & Solicole, & à Philastrio Devictiaci* nomi-  
 nantur; quales Christiani quoq; existimaban-  
 tur esse, quoniam ad Orientem precabantur.  
 Orta tamen fuit apud eos mox Priscillianista-  
 rum secta, cujus causâ Leo morem illum oran-  
 di ad Orientem penitus abolere nixus est. Vid.  
 D. Hildebr. *ritual. orant. c. 1. §. 11. & seqq.* Cùm  
 quernos fructus homines comederent, eosdem  
 ac quernas frondes diis sacrificabant: Vnde in  
 proverbium abiit: *αἰλὶς δένος.* Vid. *Porphyr.  
 περὶ ἀποργῆς l. 2. §. 5.* Apollinem lauro præpri-  
 mis venerabantur, ex cujus ustione auspicia  
 capiebant. *Seneca: Hac mo Delphica lauræ mo-  
 rent. Oedea, 1, & 2. 1. Imminet Phœbea lauræ tre-  
 ment & movet domum.* Venerem fasciculis myr-  
 æarum junco conligatis. *Teubm. in Plaut. Rud.  
 3, 4.* Evolve *Plinium H. N. 15, 29.* De Venete  
 myrtæ *five Myrtid* vid. *Plutarchum* probl. 20.  
 cum notis *Guilelmi Xylandri.* Contra v. myr-  
 tum in sacris Bonæ deæ habere vetitum erat.  
*Arnob. l. 6. advers. gent.* Ejus causam vid. ap.  
*Plutarchum l. c.*

FLORES diis obforebant; vel tantum  
 sim-

*simplices. Horat. Martiū celebs quid agam. Calen-*  
*dy. Quid velint flores. l. 2. od. 8. Idem: Non sine*  
*floribus cras donaberi hædo. 13. Veneri rosa sacra-*  
*erat, ac ubi dea pedes posuit, ibi continuo ro-*  
*sarum flores effloruerunt, ipsaq; rosa una cum*  
*Venere nata fuit. Vid. Anacreont. Hesiod. in*  
*Theogon. Achill. Tatium l. 2. de L. & C. Au-*  
*gustus apud Suetonium compitales Lares ornare*  
*his aono instituit vernis floribus & æstivis. c. 31. In-*  
*primis Genio flores dabant cum vino. Horat.*  
*Tellurem parco Sylvanum lacte piabant. Floribus &*  
*vino Genium. l. r. epist. 1. Vel coronis intextos, a*  
*quibus frondes arboreæ non excludebantur.*

**CORONAE** eo tempore Diis dari co-  
 pære, quo Lares coliti qui Servio Tullio regnan-  
 te, publicè & privatim primum adorabantur,  
 quoniam ille ex Lare conceptus putabatur,  
 adparente matri ejus, Ocresta ad focum seden-  
 ti in cineribus genitali (unde statim gravida  
 facta dicitur) ac in Servio jam nati capite flammâ:  
 Jam tunc, ait Plinius, corona deorum hono-  
 rant, & Larum publicorum privatorumq; 12, 19.  
 Tibullus 2, 1.

*Rure puer verno primum de flore coronatus.*

*Ærit, & antiqui impasit Laribus.*

Lar apud Plautum de ving. *Dat mihi coronam.*  
 Aul. prol. Juvenalis sat. 9:

*O parvi nostriq; Lares, quos thure minuto,*

*Aut ferre, aut cenni stipe exornare coronâ.*

Es

Esat. 12:

*Inde domum repetam, graciles ubi parva coronæ  
Accipiunt fragili simulacra nitentia fumo:*

*Hic nostrum placabo Jovem, Laribusq; paternis  
Thura dabo, atq; omnes violæ jactabo colores.*

Has Larium coronas in Græciâ è platano, in  
Latior spicis & aristis fuisse contextas, probat  
Taubman. in Trin. Plaut. 1, 2. Et colligere effex  
Tibull. 4, 10:

*Cum paupere culta*

*Stabat in exigua ligneus ade deus.*

*Hic placatus erat, seu quis libaverit uvam,  
Seu dederat sanctæ spicæ ferta tona.*

Vid. Vosium de idol. 1, 12. Larès autem ita co-  
ronati *Ornati* illi vocabantur. Sed & cæteri  
adponebantur diis. Arnobius: *Etiâ dii fertis  
coronæ adficiuntur & floribus.* 1. 7. Horatius:  
*Parvos coronantem tharino Rore deos, fragiliq;  
myrto.* 3, 23. Lucanus: *Sed dum thura ferunt, dum  
lacræ ferta sonanti.* 1. 7. Phars. Prudentius: *Cæ-  
sarum sanguis pecudum, verbena, coronæ.* in apoth.  
Probus ap. Vopiscum: *Coronæ Jovi Opt. Max.  
cæteriſq; Dis deabusq; consecrate.* c. 15. Apulejus  
in asinum versus deæ Hipponæ, *retentibus corol-  
lis rosetis ornato inhiat simulacro.* 1. 3. Metam. De  
Atheniensium more vid. Suidam voc. *σιπεριώνη.*  
Puellæ, Veneri militantes, languidas corollas  
capiti demere, deoque alicui obferre solebant.  
Idem meretriculas fervasse, Lipsius putat, ut  
quoties

quoties pensum absolvissent, aut quot itinera  
ut Propertius loquitur, unâ nocte confecerint,  
tot coronas ludicræ cuiuspiam & minorum gen-  
tium deo donarent, puta Trephallo, Marfye,  
Hermæ, & talibus. l. 3. A. L. Quales autem flo-  
res seu coronæ singulis diis consecratæ fuerint,  
vid. ap. Ant. Thylesum, & Paschaliura de ces-  
ronis. Et quamvis coronæ nulli olim, nisi dis-  
tantum datæ, adseverante Plinio H. N. 16, 4.  
Tamen postmodum eas benè meriti qq. ac viri  
virtutibus inlustres accipere; item lapides;  
necnon amicarum postes. Tibullus: *Cum possi  
florida ferta darem.* 1, 2. Vid. notas Mureti.

Inprimis flores & coronæ ad mortuorum  
sacrificia adferebantur, eæque vel rosæ, vel  
cupressinæ. Virg. l. 3. Aen.

*Adgeritur tumulo tellus, flant manibus ara  
Ceruleis mastæ vittis atræq; cupresso.*

Id. 5. Aen.

ibat

*Ad tumulum magnâ medius stipante catervâ:  
His duo rite mero libans carchesia Baccho,  
Purpureosq; jacet flores.*

Horat. l. 2. Od. 14.

*Linquenda tellus, & domus, & placent  
Uxor: neq; harum quas colis, arborum  
Te, præter invisas cupressos,*

*Vlla brevem dominum sequetur.*

In lapide Ravennensi: QVOTANNIS. ROSAS.  
AD. MONYMENTVM. EIVS. DEFERANT. In in-  
scrib-

scribitione Comi. mancâ & obsoletâ hæc ha-  
bentur: ITEM. CORONAE MYRT. TERNAE. ET.  
TEMPORI. ROMÆ. IUL. TERNAE. EIS. PONANTVR.  
MICATAE. DESILITIS. EX. ΘΕ. L. PROFVNDAN-  
TIV. Romæ ad Horatium della Valle: D. M.  
CLATIA. MEGISTE. L. SATRIO. BASSO. MIL. LEG.  
III. CYRENAEICAE. 7. CARITONIS. CON. B. M.  
FECIT. ET. SIBI. POSTERISQVE. EORVM. ITV.  
AMBIV. CORONARE. SACRIFICARE. Ibid. in  
vineâ Iul. III. Pont. Max. ad viam Flam.  
QVOTIENS. QVIS. EORVM. SVIS. CORONAS. PO-  
NENT. ET. QVOTIENS. QVIS. EORVM. SVIS. CORO-  
NAS. PONENT. ET. A. R. A. M. NOSTRAM CORO-  
NENT. Præneſte in Latio in palatio Episcopi.

OMNIBUS. HIC. ANNIS. VOTORUM. MORE. SV-  
 ORUM

**CENTENAS. ADICIT. NUMERO. CRESCENTE!**  
**CORONAS**

**Inscribtio alia :**

• SERVILIA. EIRENE. REVERENS. PIA. CASTA.  
• PYDICA

BIS. QVINOS. DENOS. ET. SEX. PROVECTA. PER  
ANNOS

**¶IT. TIBI. TERRA. LEVIS. CINERES. QVOQVE. FLO-**  
**RE. TEGANTVR.**

**Akta:**

HERMES. CQCCEJAE. NICE.

AETERNAM. TIBI. SEDEM. HERMES. ARAMQUE.  
DICAVI

NEGE. OPTASSEMQUE. VTINAM. TYA. FATA. SV-  
PERSTES VI.

ET MIHI IV. FACERES. SED. ENIQVA. SORTI

MALIGNE

RAPTA JACES. ANNIS. JAM. VIDVATA.

TVIS

JAM. TIBI. CYBELES. SINT. ET. ROSA. GRATA.

DIONES

ET. FLORES. GRATI. NYMFIS. ET. LILIA. SERTA.

Reddebantur diis FRVCTVS. variorum. generum; inter quos præcipui BACCÆ LAV-  
RI, OLIVAE, MYRTI & similitum; quod con-  
stat ex lege iulâ XII. Tabb. cap. de foris, tunc  
religione: CERTASQVE. FRUGES. CERTASQVE  
BACCAS. SACERDOTES. PVBLICE. LIBANTO. Item  
POMA. Tibullus I, 1.

*Et quodcumq; mihi pomum novus educat annus  
libatum agricola ponitur ante Deo.*

Jovi pauperes poma pro bove dederunt; unde  
Ζεύς μηλίχῃ dictus. Gebhard. crepund. I, 4.  
Idem Herculi factum Julius Pollux. l. I. refert;  
cui Boeoti arietem immolaturi serius victimam  
adducentes, ab Asopo fluvio, subito, ne transi-  
re possent, ad crescentem, excluduntur. Hoc pue-  
ri juxta aram videntes adreptum malum, cui  
ramos pedum vice subdiderunt quatuor, du-  
osq; cornuum loco, ad arietis formam deo im-  
molârunt, quem eo magnoperè delectari cre-  
debant. Suidas bovem fuisse, cumq; profugisse  
adsetit, cum quo consentit Apollodorus apud  
Zenodotum, qui addit Herculi ἀλεξικάνκο

ab



ab Atheniensibus esse factum. Unde orta proverbialia: μήλις ἥρακλῆς, per contemptum de eo, qui nomine esset magnificus; reapse vappa & mendicus. Item Μῆλον ἥρακλῆς, de eo, qui exigua munuscula boni facit. Et λοχειὸς βῆς de te vili & munere leviculo. Consule Erasmus. Proprie in certaminibus Phœbi pomum fuisse præmium sacrum, videre est ex Archii epigrammate:

τέσσαρες εἰσιν ἄγῳνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἰσῆς,  
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.

Ζυγὸς, Ληϊοῖδαι, παλαῖμον, Ἀρχεμόροιο  
ἄλλα δὲ τῶν, κότιν, μήλα, σέλινα, πίτυς.  
Erant & inter eos PIRA. Horatius epod. 2.

*Gaudet insitina decerpens pira,*

*Certantem & uvam purpurea:*

*Quâ muneretur te Priape, & te Patēr  
Silvane, tactor finium!*

UVAE. Tibullus l. 1. el. 10.

*Hic placatus erat, seu qui libaverat uvam.*

Et el. 5.

*Ille debet scire agricolæ pro vitibus uvam,*

*pro segete spicas, pro grege ferre dapem.*

Apud Athenienses certo festo pueri ferebant ὄχας i. e. palmires cum racemis in templum Minervæ; inde festum ὄχοφῶεια, locus templi propinquus ὄχοφῶει, & carmina ὄχοφῶεια cognominata. Vid. Nicandr. interpret. in

Br

Alexi-

Alexiph. & qui hinc hausit ea, Girald. synt.  
 17. FICVS olim Mercurio sacra erat, eidemq;  
 appendebatur: ex quo proverbium ortum,  
 Σῦκον ἐφ' ἑγμῆν, de quo consulendus Erasmus.  
 Plura de ficu habes apud Dionys. Vossum ad  
 Maim de idol. c. 9. §. 6. Erant inter eos CV-  
 CURBITAE, & PAPAVER. Priapus de seipso  
 ap. Catullum carin. 18.

*Florido mihi ponitur picta vere corolla*

*Primitus & tenera virens spica mollis aristâ:*

*Lutea viola mihi, luteumq; papaver,*

*Pallentes cucurbitae, & suaveolentia mala,*

*Vva pampinea rubes edusata sub umbrâ,*

Erant ALLIA, CERAE, ANETHVM. Cola-  
 mella lib. de hort.

*Allia cum cephis, cereale papaver anetho*

*Jungite, dumq; virent, nexos deserte maniplos,*

*Ei celebres Fortis Fortuna dicite laudes.*

In Bacchi κέρνα fuisse papaver, album triticum,  
 hordeum, pisum, ervum, cicer, lentem, fa-  
 bam, zeam, avenam, caricas, mel, oleum, vi-  
 num, lac, inlotam ovis lanam, testatur Athe-  
 naeus l. 2. Vid. de his Stuckium f. 49. Ap. Ebraeos  
 נֶאֱמַר fuere מִכְסֵּי genus fructuum pra-  
 stantium, quos solebant suspendere ante idola  
 odoris causâ. Abhoda Sarah. f. 14. In Aruch  
 מִכְסֵּי habetur.

FRUMENTVM, spicas, triticum, & ca-  
 lia,

lia, sanctissimo Jehova exhibita, legimus Lev  
 2. R. Salom. Ebræorum sacrificium; quod dice-  
 batur Mincha, in hunc modum, describit: **כֹּל  
 דֶּבֶר חֶבֶת מִן תְּבוּאָה בְּכֹלל מִנְחָה הוּא**  
 i. e. *Quodcumq; venit ex proventu frumenti in gene-  
 re, id Mincha dicitur.* in Levit. 24, 9 Gentiles  
 frumentum Veneri dabant elixum, quod hoc  
 excitat ad Venerem. Suidas voc. *ἐφ' ὧν πυρεῖ.*  
 Hordeum in libationibus adfundebant, illudq;  
*ἡλοθῆναι* dicebant. Idem. Ante sacrificium  
 quoq; hordeum sale conspersum, siligo vel pla-  
 centula aris imponebantur, aut vaporatio thu-  
 ris fiebat; quæ omnia *περὶ θύματα* vocabantur,  
 Coëlio L. A. 12, 1, Sed Choulius frugis primi-  
 tias ita nuncupatas contendit. pag. 306. Hordei  
 illius & frumenti sacri conlectores *parasiti* au-  
 diebant, ut prodidit Crates; locusq; in quo illud  
 recondebatur, *parasition*. Vid. Scalig. poet. 1, 14.  
 Postea & frumenta molebant, ex iisq; molitis  
 farinam obferri jubebantur certâ lege: **μὴ θύειν  
 ἄνευ ἀλφίτων.** Quâ etiam tanquam symbolo  
 Pythagoras significabat, mundos & mente can-  
 didâ ac expurgatâ conscientiâ oportere sacrifi-  
 care. Illa tamen farina plerunq; oleo & vino  
 miscebatur. Suidas voc. *θυλήματα*. Spectat huc  
**MOLA SALSA** (de quâ nos pluribus c. 18.) i. e.  
 hordei integræ fruges cum sale mixtæ: vel, ut  
 describit Iso Magister, Prudentiî glossator, sa-

crificii genus ex farre & sale; dicta Ebræis  
 מולח Græcis ἐλοχυται & ἐλοχότοι. De eâ in-  
 tegra Numæ hæc Lex extat: DIS. FRUG. ET MO-  
 LA. SALSA. SUPPLI CANTO. Prudentius l. 2. con-  
 tra Symm.

*Non aru, non farre mola victoria felix  
 Exorata venit.*

Causam, cur mola falsa ad sacrificia fuerit ad-  
 hibita? hanc dat Choulius *Les grains de l'orge  
 se nommoient ὄλαι & ἐλοχῶ*, quand ils estoient  
 mes. Iez avecques le sel (sic miscellaneam in-  
 telligunt Græci ex hordeo & sale matériam)  
*qui se mangeoient tous entiers au commencement.  
 avant que l'usage de moudre fust trouué.* pag. 307.  
 Vid. de molâ falsa Plinium H. N. 12, 18. Clau-  
 derum de sale cap. 3. Meminit ejus etiam Por-  
 phyrus: ὃ Δημητρίῳ καρπὸν μετὰ τὴν χιθόρι-  
 ον πρῶτον φανέντων κριθῶν πάντας διὰ τὴν  
 χιθόριον μὲν ἐλοχυτοῦτο κατὰ τὰς πρῶτας θυσίας  
 τῶν ἀνθρώπων γένεσθαι. Et paulo post. Τῶν δὲ  
 ἐληλεσμένων βίβρα παρα τὸ πρῶτον μακαροει-  
 νος, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ τῆς ψαυθείας τροφῆς πρῶ-  
 τον εἰς πῦρ τοῖς θεοῖς. ὅθεν ἐτι καὶ νῦν πρὸς τῶν τέ-  
 λων θηλῶν, τοῖς ψαυθεῖσι θηλήμασι χρω-  
 μεθα. l. 2. περὶ ἀποχῆς, §. 6.

Ex farinâ, sale, & talibus, varia placen-  
 tarum ac libiorum (uade Stukio nomen *Liberti*  
 id

Id est Bæchi; & vox *Εἰς* (salv. intellige panis) genera ad sacra conficiebantur, quorum apud os altitationem valdè prædicat Porphyrius l. 2. *Περὶ ἀποχρῆσεως*, §. 15. & seqq. Ovidius l. 1. fast.

*Cum Cereale Sacerdos*

*Imponit libum, farinæq; mixta sale.*

Idem l. fast.

*Libaq; de milio milii fiscella sequatur,*

*Rustica præcipue est hoc dea lata cibo.*

Juvenalis de terminalibus sat. 16.

*Sacrum effodit medio de limine saxum.*

*Quod mea cum vetulo coluit plus annua liba.*

De iisdem Dionysius Halicarn. Pompilius iussit unumquemq; circumscribere fundos suas, sacrosq; finibus lapides adponere, lapidesq; ipsos sacravit Jovi terminali &c. sacrificabantq; non animatum aliquid, neq; enim pius est cruentare lapides; sed pulces, & liba, & alias quasdam fructuum primicias. l. 2. Eadem terminalium sacrificia ἀναίμακτα, facit Plutarch. probl. 15. Sed magno impetu contra probatum eunt Propertius, qui scribit: *Rura saginata sustinent compita porci.* l. 4. el. 1. & Horatius, ap. quem extat agna f. f. ca. sa terminalibus. epod. 2. Ita ap. Ebreros in sacrificio iugi inter alia decima pars. Similæ id est Gomer obferebatur, quæ est decima pars Ephæ. Vid. Waserus l. 2. antiqq. mensurarum cap. 3. Ap. Jeremiam 7, 18. sunt כִּינִי id est placentæ, formam reginæ coelorum referentes, ut

R. 3

scri-

scribit Salomon Jarchi. Vid. Hildebr. diff. de err.  
circa DEUM obortis. Apud Justinum Mem-  
pontini, cognito omculo deorum, occupandam ma-  
nium & dea pacem rati, juvenibus modica & lapi-  
dea simulaera ponunt, & deam panificis placant.  
l. 20, c. 2. Inter Ebræorum מנחות erant  
שתי הלחם בעצרת לחם הפנים  
שבת *duo panes festo propositionis diebus sab-  
bati destinati.* De posterioribus his peculiare  
præceptum adfirmativum, de quo vid. CL.  
Höttingerum de Jur. Ebr. l. 96. Observabantur  
ap. eosd. & frixa, החביתין dicta, quorum  
mentio fit in Joma c. 2, §. 3, Tamid. c. 1, & 1.  
Paralip. 9. (al. 10.) v. 31, ubi vulgata vertit:  
*Præfectus eracorum, qui in sanguine frangebantur.*  
Lutherus: Waren verträuet die Psannen; per  
metonymiam sc. subjecti: quo etiam sensu  
versionem hanc accipere potuisset Shering-  
ham, qui tamen eam admodum flagellat. Arria  
Montana interpretatur *opus sanguinis*: Pitca-  
vor *Opus carborum*. Quamvis oppido distincta  
fuerint מנחת החביתין מנחת העלבים;  
quod constare potest ex R. Levi Barfelonitz  
Chinnuk. Ap. Gentiles, e cujus domo animas  
non procedebat, taurum & farinam vesperam ceræ  
factum ad aras producebat, qui βας εδοου &  
item βας dicebatur. Suidas. Talem ex fari-

νά βοῦν ἰμμόλαυε Πυθαγόρας, κὺμ ρεπ-  
ρίσσετ λατὺς σὺβτένσυμ τριανγὺλῖ, ρεκτάνγυλῖ λα-  
τέρῖβυς κόντῖνέντῖβυς ἀκὺῖβαλῆρε, κὺδ ἰν εἵυς  
νῖτᾶ ρεφῆρ Πόρφυρῖυς: ἐξ ἑδύτῃσι δ᾽ ἰπτε σάι-  
τῖνεν, ὡς φᾶσι, βᾶν, οἱ ἀκρᾶδέστῖροι, ἐξευρῶν  
ἑ ὀρθογώνῖα τὴν ὑποστένῃσας ἰσοῖ δυνάμῃην  
ταῖς περὶχέσας. Hujusmodi incruentæ,  
viles, & sine carnibus hostiæ ab Aristophane  
vocantur *Victima nulla præter barbas & cornua*.  
Suidas voc. *θύματα*. Aliàs *Φασιλητῶν θύματα*.  
Idem voc. *φάσηλις*. Libis autem illis sacris in-  
terdum aliquid mellis additum deprehendi-  
mus. Tibullus 1, 7.

*Tibi dum thuris honores,*

*Liba & Morphæo dulcia melle feram.*

Quum & mel seorsim diis datum fuerit. Plato:  
*θύματα τε ἐκ τῆν ταῖς θεοῖς ζῶαν· πικρὰν δ᾽ ἡ καὶ  
μῖλιθι κᾶρπῖ δεδυμένῖοι ἡ τῖαυῖα ἀλλὰ ἀγρᾶ  
θύματα*. l. 6. de Ll. Stesichorus in *ἄσθλοῖς*:  
*Φέρεσθε τῇ παρθέῳ καὶ μέλι χλωρόν*. ap.  
Athen. Etiam in favis. Ovidius: *Porricit incisus*  
*filia parva favos*. Tibullus 1, 10.

*Atq; aliquis voti cōmpos liba ipse ferebat;*

*Postq; comes purum filia parva favum.*

In enumeratione liborum obveniunt  
nobis *θύλάματα* sive *θύματα* id est farra  
melle imbuta; quamvis & suffimenta aliquan-  
do vocibus istis insigniantur ap. Hesychium.

Rr 4

Φροῖδες

Φραίδες & Ψεσά, placenta subacta farina bolco  
 & vino, quas aliquando bos devoravit. Suidas  
 voc. Βεφόνια. Πίτορα, quæ alius ait esse fur-  
 fures, alius molas salvas, alius θυλήματα id est  
 libamina melle, vino, ac farina confecta.  
 Πέπαιον, placenta genus, adserente Suida,  
 latum, tenue, rotundum, in sacrificiis, tra-  
 dentibus Polluce, & ex Aristophane Merulâ,  
 usitatissimum. Juvenalis: *Scilicet & tenuipo-  
 pano corruptus Osiris.* sat. 6. *Ferctum.* Persius:  
*Attamen hic extis & opimo vincere fercto Inten-  
 dit.* sat. 2. *Strues*, libi genus, digitorum conjun-  
 ctorum non admodum dissimile, qui super-  
 jectâ paniculâ in transversum continentur. Ca-  
 to: *Prinsquam porcum feminam immolabis, struens  
 commoveto sic: JANE Pater te hac strue com-  
 movenda bonas preces precor.* Idem de fercto:  
*Ferctum Jovi moveto & mactato sic: Jupiter te hoc  
 fercto obmovendo &c.* de R. R. Conjungebantur  
 enim ut plurimum ferctum & strues in sacri-  
 ficiis; quæ, qui ferebant, *Struferarii*, vel, ut  
 alii volunt, *Struferarii* dicebantur. Vid. Tur-  
 nebum advers. 21, 21. *Tauomannum* in pseud.  
 1, 1. *Pastillum*, libi genus sacri & rotundi. *Far-  
 reum*, quod ex farre factum: *Janual*, quod Ja-  
 no tantummodo libabatur. *Summanalla*, fari-  
 nacea, in rotæ modum ficta. *Punicum*, à Poe-  
 nis, aliàs *Probum* dictum; quia præ cœteris su-  
 visissimum. *Secia*, quod in sacrificiis secespirâ  
 secta



secabatur. *Subucula*, ex alicâ, oleo, & melle. Vid. de his Festum, Arnobium l. 7. Stuck. f. 9, & 50. Hisce addantur, *Moretum*, *Cocetum*, *Arculata*, *Africa*, *Gratilla*, *Catureum*, *Conspoliūm*, *Cubulum*, &c. Bacchi *Obeliophoros*; *Coronata* Apollinis, *Dianæ*, *Hecates*. & *Lunæ*; *Melittuta* Trophonī, &c: de quibus Athenæus & Pollux. Germani Deo Suantevito obtulere placentiam formâ rotundâ, eâ magnitudine, ut post eam homo latere potuerit. Münster. l. 3. Cosm. Pertinent huc frumen & fitilla, pultium genera, sed diversa, Diis coctarum; quas memorat Arnobius l. c. Hujus etiam Seneca mentionem injicit: *Itaq; boni etiam farre ac fitillâ religiosi sunt.* de benet 1, 6, quem locum ita Mureti spongia mundavit V. L. 12, 1. & not. in Sen. cum prius legeretur, *fritillâ, fatilla, fitilla, ficilla, ficilla, fictili, frivolis, suilla, fampo ac si ulla*, &c.

Neque, SAE. modo ad molam salisam, liba, & placentas; sed & singulatim ad sacrificandum usurpabatur, upde ab Homero sal & Θησ. Iliad. 1, & à Platone θησ. Πλάτ. in Timæo audit. Prudentius: *Si modicum salis Tangere benigna velis.* Hym. 3. πρὸς τὸν Πλάτ. Ridiculosq; deos venerans sale, cessit; *ebure*. In Apoth. Ovidius l. fast. *Ante Deos homines quod conciliare valeret, Far erat, & puri lucida mica salis.*

Sal rufus proprius erat Vestræ, ut notat Thom. Dempsterus ad Rosinum ex Giraldi synt. 17.

R r 5

Ratio.

Rationem obferendi Salis hanc præbet Chouli-  
us: *Le sel se jettoit par dessus, non pour la naturelle  
fertilité, ou pour rendre grâces aux Dieux de leur  
nourriture, mais pour ce que c'estoit le symbole d'  
amitié.* p. 307. Hanc ulterius ita inlustrat Cœli-  
us: *quia amicitia perpetua symbolum fit sal; & hoc,  
quia sal rebus corruptibilibus durationem tribuit.*  
Vid. Gonzalem de Miedies tr. de Sale. Vnde in  
omnibus foederibus sal adhibitum, Olcaster  
docet. Et illud Pythagoræ symbolum notan-  
dum: *Sal adponendus*; de quo videndi explicato-  
res Symbol. Pythag. Ob hanc Salis durabilita-  
tem, sunt, qui illud, *Vxorem Loth versam in  
statuam salis*, Gen. 19, 27, dictum autumant,  
immutatam esse in rem incorruptibilem & in  
æternum permanfuram: Alii de statuâ admira-  
tione dignâ intelligunt: Alii de portento, cujus  
intuitu nos sapere discamus, quia sal sapientiæ  
symbolum. Alii putant esse salem metallicum,  
ab omni imbre intemeratum, pro faxis domi-  
bus ædificandis idoneum, de quo Plinius 31,  
7. Verum tamen fuisse salem, docent Philo, R.  
Benjamin, & Josephus historicus; cumque  
non molem indigestam (quamvis in Ebraico  
extet כֶּלֶא, *cumulus, acervus*; & Severus Sul-  
pitius *in molem versam*, adferat) verum colu-  
mnâ & statuam, quæ muliebria lineamenta re-  
tinuerit, & quod planè auditu stupendum  
muliebria naturalia, & adfectiones præter  
Salom.

Salom. Sap. 10, 7; LXX Interpretes, Chalda-  
um, Josephum, & alios, etiam adfirmat Clau-  
dinus Victor. l. 3. in Gen. Vid. Hispanum doctissi-  
mum, & penitus admirabilem Martinum Del-  
Rio adag. V. T. 26. Quæritur autem an statua  
illa supermanferit, & hodiernum extet? Nieo-  
laus Princeps Radzivilus negat: *Nam diligenter,*  
*inquit, ex Arabe nostro, cæterisque, qui loca habent*  
*explorata, quasivi, qui constanter adfirmabant, ni-*  
*hil simile illic reperiri.* in itiner. Et frater Angelus  
Monachus refert, *multos Europæos suo tempore*  
*statuam quasivisse, nec reperisse.* Cum vero  
Targum Hierosolymitanum duraturam eam  
dieat, usque ad resurgentem dominum; cau-  
sam forte, quare quibusdam reperta non sit,  
hanc dabimus ex Anselmo Monacho, cujus en-  
verba: *In littore Orientali maris mortui sita est*  
*segor in parte Arabia, ubi est statua salis: in quam*  
*conversa est uxor Loth, ad quam videndam peri-*  
*culosus est ascensus propter Madianitas ibidem*  
*commorantes, qui nemini parant, & saepe, ut*  
*dicant, mare crescit tantum ex tumefactione,*  
*quod cooperitur tota statua, & non videtur; ali-*  
*quando tamen decrescit, quod videtur ad pectus*  
*& genua.* Certò enim visam suo tempore,  
scribunt Brochardus, Adrichomius, Bredem-  
bachius, Salignacus, & alii. Sedulius:

*Dum respicit uxor*

*In statuam mutata salis, stupescit, remansit*  
*in penam conversa suam.*

Textus

Tertullianus:

*Ipsaq; imago, sibi formam sine corpore servans.*

*Durat adhuc. Etenim nudâ statione sub æthrâ.*

*Nec pluviam dilabſa ſitu, nec diruta ventis:*

*Quin etiam, ſi qui mutilaverit advena formam,*

*Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet.*

*Dicitur & vivens alio jam corpore ſexus*

*Magnificos ſolito diſſungere ſanguine menſes.*

Irenæus: *Uxor remanſit in Sodomis, jam non caro*

*corruptibilis, ſed ſtatua ſalis ſemper manens; & per*

*naturalia, ea, quæ ſunt conſuetudinû hominû, oſten-*

*dens, 4. 51. Epiphanius Monachus: Ad ripam*

*maris mortui circiter duobus millibus paſſuum, uxor*

*Loth ſtat inſtar columna ſalis, retro adſiciens in iti-*

*ner. Beatus Antonius Martyr: Exeuntes à Jeri-*

*cho venimus contra Occidentem in ſiniſtrâ parte, &*

*inter vîvum villâ Sodomæ & Gomorrhæ. Super illam*

*provinciam deſcendit ſemper obſcura nubes, cum æ-*

*dore ſulfureo; Quod vero dicunt de uxore Loth, quod*

*lingendo ab animalibus minuatur, mendacium eſt;*

*ſed ſtat in ſtatu quo fuit. in itiner. Verûm hæc de*

*his dicta ſufficiant. Nos ad priora redibimus, &*

*aliâ quoque uſus ſalis in ſacris cauſam de no-*

*ſtro dabimus: ut ſc. Puritatem, quam omnibus*

*modis in ſacrificiis præ ſe ferre tendebant, oſ-*

*tenderent; qualem ſali ſummam veteres tri-*

*buebant. Ovidius: Mica ſali puri paſciferebat heros.*

*Item: Fæ erat & puri lucida mica ſalis. l. 2. faſt.*

*Pergius: Purum & ſine labe ſalinum. lat. 3. Ca-*

tullus:

rullus: *Quod cultus tibi purior salillo.* epigr. 23. Vid. not. Mureti in h. l. quod Poëtae, *Purior salillo*, de re inculpatâ proverbii vicem præbuit. Vid. Hadr: Junium cent. 5. adag. 71. Adi Dion. Lambinum in l. c. Horat., Casaubonum not. ad Persium Erasmus in Chiliad. Gualt. Chabotium not ad Horat. Salmuth. ad Pancirollum t. 1. tit. 34.

Judæi omnibus sacrificiis, ut corollarium, addiderunt partem similæ, olei, vini, thuris; ac salis; salemq; etiam hostiæ imposuerunt. Vid. Levit. 2, 13. c. 7, 14. c. 14, 11. Exod. 29, 40. & seq. Num. 15, 3. & seqq. Exræ 6, 9. & seq. Ejus hanc suppeditat causam Rabbi Salomo: *Aquis terris-tribus agris ferentibus se à cælestibus separari per interjectum firmamentum, promissum à DEO fuisse, illarum olim usum fore sacrum. Ex aquis autem est sal.* Fabula, si cui placeat, non injucunda. Rabbi Moses in More-Nebochim part. 3. c. 46. idem DEUM præcepisse ait, ut sale adhiberent, quia idololatræ eum non usurpârent: Sed ex superioribus nostris manifestò confunditur. Quânto majorem Abravanel inter Ebræos fidem, non solum apud Cl. l'Empereur not. ad Cod. Midodoth, sed & alios, meretur? qui propterea hostiam sale conspersam edocet, quoniam caro salita non putrescit, sed conservatur; præterea grata est comedentibus eam: at quæ insulsa est, nec salisa, ejus usus respicitur. Idem S. Salvator innuit

innuit Matth. 5, 13. Marc. 9. v. 49. & 50. Et Apostolus Magnus Colofs. 4, 6. Vnde proverbium illud: *Quod sale carni*, de quo videndus Hadr. Junius, cent. 7. adag. 82. Et aliud Rabbino-  
 norum in Nidda f. 31. מוץ מלחא ושדרי בשרא i. e. *Aufer salem & projice carnem ca-*  
*nibus*. Bonfrerius in Lev, 2, 13, hanc promit re-  
 tionem, quod nullum convivium humanum absq; sale agitur, ideò nec sacrificia cœu Dei  
 convivia: Ex quo iterum adagio: *Ne salem qui-*  
*dem dederit*, de sordido & parco. Junius cent.  
 8, adag. 10. Plures rationes vid. apud Philonem  
 de vict. Hieron. l. 2. ep. 13. ad rust. Josephum  
 A. J. 3, 13. Joh. Brentium præf. in Lev. Joh. Pier.  
 Valerianum l. 31. Hierogl. Franc. Variabulum ad  
 Lev. 2, 13. Maldonatum ad Marc. 9, 50. Marri-  
 nium Lex. philol. Matth. Vnzerum physiol.  
 Sal. c. 22. L'Empereur cod. Middoth. p. 174.  
 Hottingerum de J. E. ll. 117. 127. Adde Plinium  
 H. N. 31, 7. Erasmus proverb. Qui circa salem  
 & far. &c. Corn. à Lapid. in Aët. Ap. 1, 4.  
 & climatissimum schediasma Clauderi de Sale.  
 Saliebant autem in tribus locis: In conclavi sa-  
 lis, quod describit cod. Middoth. cap. 4. & ad-  
 elivum; & in fastigio altaris. Cod. Sebach. c. 7.  
 Rambam in More Neboch. l. 3. c. 46.

Αγνά θύματα Thueydides etiam oblatio-  
 nes ex aromatibus vocat & similibus; velut  
 sanguinaria sacrificia impura essent. Talia e-  
 rant

tant CINNAMVM vel cinnamomum, CASIA  
MYRRHA, CROCVS &c. Porphyrius:  
ἤρξατο πρῶτον ἀφ' ἐστίας τοῖς ἑρανοῖς θεοῖς  
θύειν, ἔ σμύρνης, ἔ δὲ κασίης καὶ λιβανωτῶ  
πρόκειο μυχθόντων σαρχάς· (πολλαῖς γὰρ γε-  
νεαῖς ὕστερα παρελήφθη καὶ πάντα) l. 2. περὶ  
δοσχ. §. 5. Ap. Aethiopes cinnamum vel cin-  
namomum cum Deo, Assabino i. e. Sole divi-  
debatur. Plinius H. N. 12, 19. Theophr. de plan-  
tis, 9, 5. Ovidius ep. heroid. 16.

*Adolebant cinnama flamma,*

*Cesaq; sanguineam victima plangit humum.*

Lapis Parmæ apud Bellodios.

D. D.

GEMINIAE. P. FIL

MAXIMAE

STATVTA

ODORAMENTA

EX. H.S. ∞ ∞ ∞ ∞

PRIMA. MATER

MISERRIMA

FILIAE. CARISSIMAE

ANN. XVIII.

De myrrhâ & unguentis vid. Empedoclis ver-  
sus ap. Porphyrium. l. 2. §. 21. Nam & Dii un-  
gebantur. Prudentius l. 1. contra Symm.

*Saxa inclita serui*

*Viderat, unguentoq; Lates humescere nigro.*

Tibullus 2, 2:

*Ipse*

*Ipse tuos genius adsit visurus honores,  
Cui decorent sanctas mollia fersa comas.*

*Illius puro distillent tempora nardo;  
Atq; satur libo sit, madaeatq; mero.*

**Lucianus:** Τί κείνοι εὐφρανῶσιν τὰς λίθους, καὶ χρῖσιν μύρω. Vid. Justinum in apol. 2. Scipion. Gentilem comm. in Apuleji Apolog. Elmhörst. not. in Minucium Felic. Unde planè elucescit pientissimæ mulierculæ, resipiscantis Mariæ Magdalenz, intentio, pedes Christi ungentis, Luc. 7. 38. & alius, Salvatorem nostrum antepassionem itidē nardo oblinentis, Matth. 26, 7. Marc. 14, 3. & rursus Mariæ, sororis Lazari, collyrio similiter, & nardo pedes Christi delibutos reddentis, Joh. 12, 3. quo ipso singulæ devotionem suam summam testatum ibant, ut opinatur Chrysostomus. Vid. Casaub. exerc. 14, sect. 12. Lignorum etiam odoratorum, quæ in sacrificiis erant, meminit Porphyrius: πολλοὶ καὶ νῦν ἐτι θυῶσι συγκεκορμένα τῶν ὁσίων ξύλων τινά. l. 2. §. 5.

Primum inter aromata sacra locum habebat THVS, unde *pium, sacrum & votivum* dicitur. Adpellatur Ebræis תָּבַח, Græcis λίβανος & λιβανῶς; Germanis Welhrauch / qs. fumus sanctus, vel odorem sacrum: Weihen enim est sacrare; unde Kirchweih / Weihnacht / Weihwasser &c. Et Latinis *Thus* qui-  
dem



dem à *ῥύω*, sacrifico : quod alii à *tunda* derivant, & omisâ adspiratione TVS scribunt. Scholiasta Virgilii : *Thus sine adspiratione dicimus.* Nam antiqui dicebant *thus* *ῥύω* τὸ *ῥύω* *ῥύω*, quod displicuit : *Thura* n. à *tundendo* dici volunt i. e. à *globu* *tusi* ; cum quibus dicitur, fluens ex arboribus coalescere in l. Georg Quid autem Thus sit, satis describit Arnobius : Nam ne forte ignoretur, quid, aut unde sit *thus* istud? Viscum est, ex corticibus profluens, ita ut ex amygdalo, ceraso lacrymabili destillatione coalescens, &c. l. 7. Ejus vaporatio nō solum inter *ῥύω* *ῥύω* habebatur ( quod Ovidius respicit : *Thura dabat primū & verba precantia flammū.* l. 9. Metam. ) Sed & in ipsis sacrificiis. Lycus apud Plautum Poen: 2.

*Dī illum infelicient omnes, qui post hunc diem  
Leno ullam Veneri unquam immolārit hostiam ;  
Quive ullam thuri, granum sacrificaverit.*  
Ovidius l. 13. Metam.

*Thure data flammū, vinoq; in thura profuso ;  
Casarumq; boum fibrū de more crematū.*  
Horat. l. 1. od. 36:

*Et thure, & fidibus juvat,*

*Placare, & vituli sanguine debito.*

Arnobius: Ac primum illud à vobis isto ipso querimus percontamurq; de thure ; unde, aut quo tempore nosse illud, aut scire poteritū ; ut merito existimetis, aut esse diū dandum, aut eorum acceptissimum voluntari. l. c. Inscriptio: AELIAE. TRYPHOSAE. JVS.

SEPVLCRI. POSTERISQ. EIVS. OLLAM. MAGNAM.  
ITEM. THVS. VINVM. FAR. ET. OLEVVM. AD. SACRA.  
PRIVATA. DEDIT. Inprimis autem unâ cū coronis & vino, (non tamen exclusis animatis) thus frequens Laris expiatio erat. Lar apud Plautum de Euclionis filiâ: *Aut thure, aut vino, aut aliqui semper supplicat.* Aul. prol. Prudentius: *Faliginosi thure placantur Lares.* hym. 10. περί 58Φ. Tibull. *Reddereq; antiquo menstrua thura Laris.* 1, 3. Juvenal. sat. 9.

*O parvi nostriq; Lares, quos thure minuto  
Ant farre aut tenui soleo exornare coronâ.*

Et sat. 12.

*Hic nostrum placabo Jovem, Laribusq; paternis  
Thura dabo, atq; omnes viola jactabo colores.*

Marfinis verò Diis obferri thus, Natalis Com. absurdum putat. myth. 1, 11. Vid. plura apud Sueton. in Aug. c. 35. Macrobi. saturn. 2, 13. Brisson. l. 1. form. Stuckium de sacrif. p. 138. & seqq. & schol. in Arrian. peripl. mar. Erythr. Vossium, F. in Maim. de Idol. 9, 6. De Thuris in vet. Christianorum sacris accensione consuletur D. Hildebrand. in ritual. Orant. c. 10. §. 13. Quod si Thus deficeret, unctæ accendebantur tædæ. Ovidius 4. fast.

*Barra dea, miæq; licet salientis honorem*

*Idæi. & in veteres thurea grana focos.*

*Et si thura aberunt, unctas accendite tædas.*

Hinc adde vilcum, Druidis peculiariter in pretio

tio habitum, si credamus Plinio; de quo etiam multa Alex. ab Alex. gen. dierum 3, 13. Joh. Picardus Toutterianus l. 2. de Celtopæd. Esaias Pufendorferus de Druid. c. 5. Nec Romanorum sacrificiis incognitum. Arnobius: *Aur enim ignis datur, & liquefactum carbonibus disperit; aut animalis est hostia, & ab canibus abliguritur sanguis; aut, si aliquod vescus aris fuerit traditum, ratione ardescit pari, & dissolutum in cinerem labitur.* l. 7.

Illud, quod in sacris adolebatur, Thus duplici vindemiâ colligebatur ap. gentiles: Prior erat circa canis ortum; posterior verno tempore. Vide Plin. l. H. N. In crematione certa fuere signa, è quibus multa eventura notabant; quod vaticinii genus *Λιβανομαρτεία* dictum fuit; de quo Peucerus. Modus obferendi thuris talis erat, ut injecturi in ignem digitis tantum, duobus primoribus illud tangerent. Lactantius: *Colunt enim thure ac summi digitu.* l. 1. c. 20. Adde l. 5. c. 19. & Hieronym. ep. ad Heliod. Prudent. hym. 3. *πρὸς 5εΦ.*

*Si modicum salis eminalis*

*Thuris & exiguum digitu*

*Tangere benigna velu.*

Ex quo intelligitur illud lascivissimi Martialis in spurcissimo ad uxorem epigrammate 105, l. 11. *Nec motu dignari opus, nec voce juvare:*

*Nec digitu, tanquam thura merumq, pares.*

S: 2

Apud

Apud Ebræos ad suffitum adolendum novi creabantur Sacerdotes sorte, quæ erat tertia. Joma. c. 2, §. 4. cum notis Sheringham. Neque hoc munus ad eum devenire poterat, qui semel eo functus esset, cujus rationem habes in Gemarâ ad cit. Mischnam פִּי טָמֵא sive *consecrationem suffitus*, ex XII speciebus factam refert Rashchi, quæ erant: תְּחָשֶׁת *resina prestans*, תְּחָשֶׁת *myr-*  
*nyx*, תְּחָשֶׁת *galbanum*, תְּחָשֶׁת *thus*, תְּחָשֶׁת *myr-*  
*ha*, תְּחָשֶׁת *casia*, תְּחָשֶׁת *spica nardi*, תְּחָשֶׁת *crocus*, תְּחָשֶׁת *costus*, תְּחָשֶׁת *cortex odoratus*, תְּחָשֶׁת *calamus odoratus*, תְּחָשֶׁת *cinnamomum*.  
 ex Tal. Kerithuth. cap. 1. Imponebatur autem thus panibus sacris, ex præcepto Dei, Levit. 24, 7. Semperq; in festo inter alios Sacerdotes duo adstabant. בִּירָם שְׁנֵי בָזִיכֵי לִבְנֵה שֶׁל תְּחָשֶׁת i. e. *qui manibus tenebant duo*  
*vascula thuris, quod panibus propositionis imponeba-*  
*ntur*. l. c. §. 5. Thuribulum verò in templo Hierosolymitano ponebant super lapidem, altum è terrâ tribus digitis, qui dicebatur, תְּחָשֶׁת i. e. *lapi-*  
*fundationis*. Cod. cit. cap. 5. §. 2. Hunc DEVM in centro mundi conlocasse, ita ut inferius mundi fundamentum fuerit, Rab-  
 bini fabulantur. Vid. de suffimenti oblatione Joma c. 4, §. 4. & c. 5. In ea opus erat pugillatione certâ, quæ omnium difficillima: cujus modum tibi largitur Gemara, non Hierosoly-  
 mita-

mitana illa, sed Babylonica, ad Cod. Falmudicum Joma, c. 5. §. 1. & ibidem Sheringham. sc. quo pacto pugillum suffimento impleret. Ideo Ebraei Sacerdotem ante sacrificia in domum Abimec ducebant **ללמדו חמירה** id est, ut *pugillationem docerent*. ut ait Gemara in Joma c. 1. §. 5. Vid. Levit. 16, 12. Thus illud sacrum Saducorum secta extra velum incendere, deinde intrare, prima jubebat. Ex illâ igitur ne Sacerdos magnus esset, adjurabant eum, docente Gemara Hierosolym. & dicebant: **אִישִׁי כֹהֵן גִּדּוּל אֲנִי שְׁלוּחֵי בֵּית דִּין וְאַתָּה שְׁלוּחֵינוּ וְשְׁלוּחֵי בֵּית דִּין מִשְׁבִּיעִין אֲנִי עֲלֶיךָ בְּמִי שְׂשִׁיכֵן אֶרֶץ שִׁמּוֹ בְּבֵית הַזֶּה שְׁלֹא תִשָּׁנָה דָּבָר מִכָּל מָה שְׁאִמְרֵנוּ** i. e. *Domine Sacerdos magne, nos legati sumus Synedrui magni, & tu legatus noster, & legatus Synedrui magni: adjuramus te per Eum, cujus nomen habitat in hoc templo, quod non mutabis quicquam ex omnibus istis, quæ tibi diximus.* Joma l. c. Ita Sacerdos discedens flebat, quod eum Saducæis favere suspicarentur: Illi verò discedentes flebant, quod cogebantur juramentum ab eo petere: tradente Gemarâ Hierosolym. Videatur R. Sheringham. De donariis & tabellis votivis prolixè Jac. Phil. Tomasius, pec. oper.

**DONARIORVM** vox aliquando significat templa aut loca, in quibus dona recond-

Ss. 3

ban-

bantur. Servius: *Donaria, inquit, proprie sunt loca, in quibus dona reponuntur deorum.* ad l. 3. Georg. Aliquando dona Deorum ipsa, quæ in corone capitis hujus suspendemus. Ea à Græcis nuncupantur *αἶμα θύματα*; ab Ebraeis *מנחת* & Hof. 8. 13 *הכהן יבחי* quod Rabbi Kimchi explicat *מתנות* i. e. sacrificia donorum meorum. De iis Mamertinus: *Nam primum omnium, quanta vestra erga deos pietas? quos aru, simulacris, templis, donariis, vestris denique nominibus adscribitis, adjunctis imaginibus ornastis.* c. 6. genethl. Eumenius: *Merito igitur augustissima illa delubra tantis donariis honestastis, ut jam vetera non quærant.* paneg. Const. c. 21. Virgilius l. 4. Aen.

*Ante ara Deū pingues spatiatur ad aras,*

*Instauratq; diem donis.*

Talia inprimis erant SPOLIA ex hostibus, quæ tempore corrumpi sinebantur, nec reparabantur, lege ita jubente: *Causas ejus aliquot vide apud Plutarchum probl. 36 cū notis Boxhorni.* Ita in templo Martis Bis-Vltoris suspendebantur signa, quæ Parthi remiserunt. Julius Cæsar, qui Veneris filius audire gestiebat, Veneri, Genetrici spolia de hostibus dedicavit, inter quæ thorax de margaritis Britannicis Plin. H. N. 9. 35. Inscriptio Romana: P. DECIUS. & C. DE. SAMNITIBVS. TRIVMFANS. SPOLIA. EX. INVICERERI. CONSECRAVIT.) Sed & alia ARMA, attestante Servio: *Finita, ait; militiâ, sive gladiatura, tem-*

*pde*

*plis arma suspendebant.* Horatius: *Veranius armis  
Herculis ad postem fixis.* ad l. i. Aen. Gladiatores  
enim & milites emeriti clypeos & arma in tem-  
plum Herculis Defensoris & Jovis Propugna-  
toris deferrebant. De PVGIONE Tacitus: *Tum  
decreta dona & grates diis &c. Ipse cum pugionem  
apud Capitolium sacravit, inscripsitq; Jovi vindici.*  
l. 15. ann. in fine. Grætus Poëta græcus PHA-  
RETRAE meminit:

Παυσάμενος ὃ Φόνειο, παρὰ δρυὶ τῇδε Φαρέτρην  
σημα καὶ εὐτυχίης θῆκε, καὶ εὐστοχίης.

Similiter piscatores veteranos Nymfis dedisse  
RETE cognoscimus ex Juliano Aegyptio:

Ταῖς Νύμφαις Κινύρας ῥόδα δίκτυον ἔϋδ' ἀείρε  
Γῆρας ἀκονίστην μάχθον ἔκηβολίης.

Pastoricia donaria erant FISTVLÆ. Virgi-  
lius: *Sacrâ pendebit fistula pinu.* ecl. 6. Tibullus:

*Pendebatq; vagi pastoris in arbore vatum*

*Rustica silvestri fistula sacra deo.*

Baccho dabant THYRSVM. Sabinus Græcus  
epigrammatista:

Πανί, Βίτων, χιμάρον, νύμφαις ῥόδα, θύρτα  
λυαίω,

τριῶσιν ὡς εὐπετάλοις δῶρον ἔθηκε Φό-  
βαις.

Idi, qui ejus opem experti erant, TABELLAS  
pictas suspendebant. Tibullus:

St &

Nam

*Nam posse mederi.*

*Picta docet templis multa tabella tuis.*

Tales tabulæ pictæ inter quàm plurima aliæ donaria reperiuntur in inscribt. quæ est in foro Rhegino Calabriae civit. TI. TASFENIVS. TI. F. SABINVS. AED. POT. II. TESTAMENTO. LEGAV. ✠ MVNICIPIB. RHEGINIS. JVLII. IN. PRYTANEO. STATVAM. AEREAM. MERCVRII. TRVLLAM. ARGENTEAM. ANAGLYPTAM. P. II. ∞. LARES. ARGENTEOS. SERTEM. P. II. ∞. PELBEM. AEREAM. CORINTHEAM. ITEM. IN. TEMPLO. APOLLINIS. MAJORIS. PVGILLARES. MEMBRANACIOS. OPERCVLIS. EBOREIS. PIXIDEM. EBORIAM. TABVLAS. PICTAS. XVIII. HEREDES. EJV. PONENDA. CVRAVERVNT. Veneri Lubentinae Virgines PVPAS consecrabant, teste Persio sat. 2. COMARVM qq. primitias veteres deorum alicui libare solebant, ut docet Muretus in Catull. carm. 59. Agathius Scholasticus:

Σὸς πόσις Ἀγχιόης, ὃ εἶνεκα πολλάκι Κύπρι  
τοπῆν ἐς ἰδαίην ἔτρεχε, ἥϊονα.

Nūn μόλις εὔρε μέλαινα δ' ἀπὸ κροτάφων πρὶν  
κόψαι,

Θῆκε ᾧ σοι προτέρης λείφανον ἡλικίης.

Sed & qui maris minas & pericula evitârunt,  
Glaucō, Nereo, Ino, Melicertæ., Neptunæ  
Lucianus:

Γλαύ-



Γλάυκω, καὶ Νήρεϊ, καὶ Ἰωῶϊ καὶ μελικέρτῃ,  
καὶ βηθείῳ κρωνίδῃ, καὶ σαμόθρηξί, θεοῖς.  
Σωθεὶς ἐκ Πελάγους λακίλλισθ, ὡς κεκαρμαί  
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς. Ἄλλο γὰρ εἶδεν  
ἔχω.

In inscriptione quadam donaria invenimus  
BVLLAM, TRIPODEM, SCYPHVM; Ea  
talis est Romæ ad hortos Bellajanos: JVNONI.  
PLACIDAE. CONSERVATRICI. AVGVSTAE. CLAV-  
DIA. SABBATIS. BVLLAM. D. D. ADDIDIT. ET.  
SCYPHVM. ET. TRIPODEM. FORTVNAE. AVG. De  
Scypho etiam Eratosthènes:

Οἰνοπότας Ξενοφῶν κενεὸν πίθον ἄγθετο βάκχῳ.  
Δέχινυσσ' οὐκ ὤμενέως, ἄλλο γὰρ εἶδεν ἔχῃ.

De MENSA donario lapis Puteolis: IOVL CVT  
STQDI. SACR. EX. INDVLGENTIA. DOMINORVM.  
SVCCESSVS. PVBLICVS. MVNICIPIVM,.....AS.....  
..SER. AEDEM. CVM. PORTICIBVS. A. SOLO. SVA.  
PEC. FECIT. ITEM. MENSAM. ET. ARAM. DEO.  
Aliorum multifariam donariorum mentio-  
nem facit Inscribt. Prænestæ in Latio in fragm.  
tab. ad fontem publicum:

FORTVNAE. PRIMIGENIAE

SIGNUM. LIBERIS. PATRIS

PANTHEI. CVM. SVIS. PAREGEIS  
ET. CVPIDINES. II. CVM. SVIS. LYCHNYCHIS. ET  
LYCERNA. LARVM.

SS. 5.

M. PO.

M. POPILIVS. M. F. TROPHIMVS. CVM.

POPILIA. CHRESTE. LIB. ET. ATILIO. FILIO.

Facta etiam Diis dona de SVPELLECTILE  
variâ. Lapis Romæ ap. Mattæios trans Tiberim:  
EVMOLPVS. CAESARIS. A. SVPELLECTILE. DOMVS.  
AVRIF. ET. CLAVDIA. PALLAS. F. SOLI. ET. LVNAE.  
DONVM. POSVERVNT.

Varia etiam donabantur diis ORNAMENTA  
corporis ac VESTIMENTA; hæcque vel alba,  
vel coccinea; quibus sæpe gesta deorum intexta  
erant, quod colligimus ex Virgill. Ciri, & Mai-  
monidis de cultu stellarum c. 7. §. 10. Inde ab  
Ebraeis (ut docet Vossius F. in not.) in Rabbot  
traditum est, Mardocheum Esth. 3. ideò se Ha-  
mani prosternere noluisse, quia vestis ejus in-  
textam haberet falsi dei imaginem. Fuere inter  
ea VITTAE; Empedocles ap. Laërtium. l. 8.

Χαίρει', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἀμβροτός, ἐκ ἐλθ' ἱηλὸς,  
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τέλει μένῃ, ὥσπερ εἶπες,  
Ταυρίας τε περίεπ' ἔφεσιν τε θαλείης.

Timoleontis Corinthiorum ducis in caput  
Apollinem in Delphico templo consulentis, &  
donariis, quæ in templo adfixa erant, CORO-  
NA ex alto tam aptè concidit, ac si manu eī  
imposita esset. Fulgos. l. 1. c. 4. Addit SCEP-  
TRVM inscriptio super Exarramam fluvium  
infra Terranum Lusitaniæ civitatem (quam  
Gruterus f. 16. suspectam habet) J. O. M.

OR

OB. PVLLOS. A. Q. SERTORIO. METELLVM. ADQ.  
 POMP. IVNIA. DONACE. CORON. ET. SCEPTVM.  
 EX. ARG. MVNVS. ADTVLIT. FLAMINICAE PHI-  
 ALAM. CAELATAM. HIERODVLIS. COENAM. DE-  
 DIT. TORQVEM inter alia donaria memorat  
 lapis ad urbem Reggensem, in prouinciâ, quæ  
 olim Reiensis Apollinaris: DEO. AESCVLPIO.  
 VAL. STMPHORVS. ET. PROTIS. SIGNVM. SOMNI.  
 AERVM. TORQVEM. AVREVM. EX. DRACVMCV-  
 LIS. Δ. P. S7. :- ENCHIRIDIVM. ARGENT. P. 6. S.  
 ANABOLIVM. OB. INSIGNEM. CIRCA. SE. NVMI-  
 NIS. EIVS. EFFECTVM. V. S. L. Ferebant & Jovi  
 LINTEA ac STRIGILES, voluti lotionis opus  
 habenti, Seneca: *Vetemus lintea & strigiles Jovi*  
*ferre.* ep. 95. Harum nobis formam ex antiqui-  
 tate ipsissimâ protrahit ac ostendit Simon Ab-  
 bes Gabbema nott. ad Petroni Satyr. Et diu an-  
 te eum Guillaume du Choul, libr. des Bains &  
 antiques Exercitations Grecques & Romaines  
 pag. 126, 128. 130. Deabus inter sacrificandum  
 SPECVLA tenebant Seneca: *Vetemus speculum*  
*tenerè Junoni.* l. c. Augustinus: *Sunt, quæ Juno-*  
*ni ac Minerva speculum teneant.* l. 6. de C. D. Et  
 talia prius donariorum loco consecrabantur,  
 Plato:

ἡμετέροις γιγνώσκειν καὶ ἑλπίσιν ἔχειν  
 ἐργάνων

ἐσμεὶ ἐν προθύροις λαῖς ἔχουσαν ἑνὴν,

Ση

Σὴ παθὴν τὸ κάποπρον ἵππεϊ τοίνυν ὁράω  
 ἐκ ἐδέλω, ὅση δὲ ἦν πάρος, & δύναμαι.  
 Hoc Aufonius ita vertit:

*Lais anus Veneri speculum dico, dignum habere  
 at se.*

*Aeterna aeternum forma ministerium.*


*At mihi nullus in hoc usus; quia cernere tantum,*

*Qualis sum, nolo; Qualis enim, nequeo.*

Marmor inventum Augustæ: JOVI. JVNON.  
 MINER. ANTONIA. M. LIB. APHRODISIA. SCT.  
 PHOS. H. VENEREVM. SPECVLVM. DONVM  
 DEDIT.

Alii ad sacrificia GEMMAS fargiebantur,  
 STIPES, & NUMOS. De Gemmis vid. Plin. H.N.  
 9. 35. Aurelianus Imp. post victoriam Jovi Ca-  
 pitolino soli quindecim millia auri pondo &  
 magnam gemmarum vim dedit. Arnobius:  
*In Cypria Veneris sacris initiati certas ei stipes vo-*  
*meretrici inferunt, referuntq; phallos ( id est*  
*membra virilia obsecra ) propitiati Numinis*  
*signa donatos.* l. 5. advers. gent. Seneca: *Omnia*  
*deorum sunt. Tamen diis possumus donum, & sti-*  
*pem jecimus.* de Benef. 7, 4. Idem de Nilo: (cum  
 fluvii Genium habere crediti sint) *In hac on-*  
*stipem Sacerdotes, & aurea dona praefecti, cum*  
*solemne venit sacrum, jaciunt.* l. 4. N. Q. Idem:  
*Colitur non taurorum optimis corporibus contruci-*  
*dati, nec auro argentoq; suspensa, nec in thesau-*  
*ras.*

ros *sipe infusa; sed pia ac recta voluntate*. ep. 95.  
 Vid. Gruterum in h. l. De numo, Suantovito  
 quotannis à Germanis dato, Saxo Gramm. l. 14.  
 Nam pecuniam haud rarenter Idolorum capi-  
 tibus fuisse impositam, fere colligere est ex  
 Rambam lib. Akom. c. 7. §. 21. Pertinet huc  
 Ebraeorum Gazophylacium de quo Car. Sigo-  
 nius de R. E. 4, 16. Et eorum SICLVS, sapiens  
 in honorem Dei magno numero redditus: ut  
 prolixè pertractat Hottingerus de J. E. l. 105.  
 Potuere etiam variae oblationes ac victimæ sa-  
 cris redimi, seu videre est ex S. Scr. & ap. R. Le-  
 vi Barsolonium lib. Chinnuk. Talem à Daniele  
 Bombergo (Viro vel solo nomine hoc inlustri,  
 quod S. Biblia primus typis Ebraicis vulgaverit)  
 sibi donatum depingit Andreas Masius: *Joseph*  
 ait, *scribit siclum esse drachmas Atticas quatuor*  
*id est staterem unum sive semunciam &c.* Eorum  
 lemma utrinq; litteris priscis, sive, ut Talmudicè  
 adpellant, Libanicis, vel, ut alii, Samaritanice  
 scriptum in eâ facie, quæ virgam Aaronis ostendit,  
 tale est: *ירושלים הקדושה* id est Jeru-  
 salem sancta: In alterâ vero facie, quæ vasculum  
 illud, quo manna servabatur in archâ, spectatur,  
 tale: *שקל ישראל* Siclus Israel. Supra  
 autem illum manna calicem duæ visuntur litteræ  
*ש ו* quarum ego enodationem esse reor  
*שלמה* Salomon Rex. in Jos. c. 7. Si-  
 militer Th. Beza siclum à Blaurero datum dimi-  
 di.

dii lateris argentei è puro puto argento excudendum curavit in adnott. N. T. p. 1. c. 17. ad Matth. 5, 23. *Qui habet* (ita describit) *Samaritanis litteris insignis unâ ex parte urnam illam sacrum, in quâ recondita fuit manna superpositâ litterâ*  *quâ declaratur simplex hic fuisse sicut duarum videlicet drachmarum, quum duplus drachmarum quatuor &c.* Alios exhibent *W* a, ferus in lib. de antiq. Ebræor. numis, Kircher. in Oedipo Ægypt. Hotting. in Diss. de numis Orientalium, &c. Erat autem sicut duplex: Ecclesiasticus sive sanctuarii aut templi, qui *Sirlus Sacer* dicebatur, & erat drachmarum quatuor, sive dimidius imperialis, continebatq; viginti Geras: Gera pendebat XVI grana hordeacea. Et Politicus (sive provincialis, sive vulgaris) qui drachmarum duarum sive Joachimici quadrans. Drachma enim habet III obolos, sive IV sestertios: Obolus continet sex nummos; sestertius, novem, Saxonica moneta. Jam duo oboli faciunt grossum (non Cæsarium, sed Saxonicum): Quatuor sestertii tres grossos. Atq; adeò errarent Camerarius & alii qui drachmam tantum valuisse tradunt, quantum hodie cruciati Teutonici octo: Unde Drexelius falsissimè drachmam unam esse dicit *zween Bazen oder acht Kreuzer*; & proinde S. Salvator à Juda venditus fuisset pro

pro decem imperialibus & aureo infuper un-  
 nicæ Cæsareo, einen Kaiserischen Guldem  
 (i. e. quindecim bacis, vel sedecim grossis  
 Saxonis) sive pro aureis sedecim Cæsareis,  
 aut triginta duobus Polonicis, quod nun-  
 quam probabitur. Siclum sacrum sive du-  
 plum in splendidissimo suo ærario, eâ, quæ est  
 in me benevolentia ac humanitate, nuper  
 mihi ostendit vir incomparabilis, BOSIVS,

Οὐ γὰρ καὶ ὁ Σέκλον ἵκαν.

Sed de Siclo ita Glossæ in Biblia: *Sicel, qui  
 Latino sermone siclus corruptè dicitur, Ebraum  
 nomen est, habens apud eos unica pondus. Apud  
 Latinos vero & Græcos quarta pars uncia est, &  
 stateris medietas, drachmas adpendens duas. Un-  
 de cum in divinis libris legitur siclus, uncia est:  
 Cum vero in gentiliis, quarta pars uncia. Pau-  
 linus: Siclus, pondus regale. Vide Volusium  
 Metianum, D. Eucherium l. 2. instruct. Tre-  
 mellium in Matth. 17, 24. Rhemnium de  
 pond. Drusium adagg. S. Buxtorfium Lex.  
 Talm. voc. סלון, Cujacium observ. 12, 40.  
 Waserum de numm. Ebr. Kircherum in Oe-  
 dipo Aegypt. Franciscum Danielis not. in  
 Petron. Petrum Danielis in eund. Hot-  
 tingerum de numis Orien-  
 talium.*

CAP.





*dilata: Mulsu. Inomelin. Potiones ex  
fructibus ceris. Siccata libata: Qualis illa  
potus? Ejus radix: Ei opponitur i<sup>o</sup>. Que  
potiones in paschate prohibita? An Cereri  
nullum vinum sacrificatum? Quadam  
variorum auctorum loca sibi invicem oppo-  
nuntur. Decisio ex Servio facta. Alciati  
notabilis oscitatio. Labrus Joach. Came-  
rar. Dii πεινασθέντες.*



**S**ATtis comestum ridiculis  
gentilium diis: Haut modicè si-  
tiente lagenâ, Surrentina rogant.  
Cibus forte nimius aut glutino-  
fior faucibus inhæret; neque deorsum de-  
meare potest, neque sursum remeare

*Liquido nî plasmate guttur*

*Mobile conluerint*

*Date igitur queso (intercedit ita pro eis Arno-  
bius l. 7. advers. gent) immortalibus diis, bibant;  
scyphos, prias, pateras, sympuviâq; depromite.  
Et quoniam tauris, pinguibusq; se dapibus, atq;  
opimis inferciunt escis; ne quod in stomachi trami-  
te male transvoratum substituerit viscus, succurri-  
te, properate, Jovi optimo maximo merum, ne  
præfocetur, date: Cupit eructare, nec potis est;  
ac nî illa labatur & dissolvatur obstructio, peri-  
culum maximum est, ne oblitus interrumpatur*

**T**

**Spiri-**

*Spiritus, & viduatum remaneat sine suis admini-  
stratoribus cælum.* Hæc latis falsè Arnobius.

Hosniis igitur integris, vel illarum parti-  
bus, foco impositis, & in ignem coniectis, vel  
aris ipsis, liquores quosdam in deorum hono-  
rem infundebant, lotis prius iterum manibus,  
& precibus certis peractis. Ebræis hoc diceba-  
tur לִבְנוֹת, לִבְנוֹת, לִבְנוֹת, sive לִבְנוֹת: Græcis  
ἀπονθή, λοιβή, λοιβάτιον, &c: Latiniis *Liba-  
men, Libatio. Libare*, juxta Isidorum, est idem,  
quod fundere, sive leviter degustare, Taub-  
mannus ex Turnebi advers. II. 7 graphicè,  
quid Libare sit depingit in Curc. Pl: *De poculo  
pleno, quod erat potatura, libat* id est in honorem  
Veneris leviter, defundit: Sic enim libare sole-  
bant, quod vel in aram faciebant, vel in men-  
sam, quæ aræ loco erat, vel in focum, qui sa-  
cer habebatur, vel in mare, in honorem deo-  
rum marinorum, vel in quemcunque locum  
pro re natâ, &c. Vbi & cibum eos dicit libasse,  
& de mensâ sumsisse. Vid. profundioris Erudi-  
tionis *ἡ εἰροχον φέγγ* & Lipsium l. 3. A. L.  
*Libatio*, ait Tzetza ad Hesiod. l. I. Op. & dierum,  
*quæ fuit, quando in sacris fundebatur & obser-  
batur vinum.* Ovidius hanc vocem à Bacchi  
cognomine *Libero* deducit l. 3. fast.

*Nomine ab auctoris ducunt Libamina nomen;*

*Libas: quod sacris pars datur inde focis.*

Dice-

Dicebatur & *Pollucere*, quod erat diis libamina reddere. Vid. Scaligeri conject. in Festum, & Budæum in Pandect. At Beroaldus in adpend. ad nott. in Suet. Imp. c. 11. ait *Pollucere* esse libamina Herculi in aram porricere, & sacrificium decimarum Herculi datarum *Polluctum* dici. Cum quo ferè consentit Alciatus Lex. Plaut. voc. *Pollucere*. Officium Libandi in primis Sacerdotibus competebat, qui inde *αὐόνδῆες* dicti, libamina à ministris certis ea adferentibus craterasque iis implentibus, accepta simpullo prius ligneo vel fictili propinabant. Ap. Aegyptios proprium erat hymnorum decantatoris. Prophyrius: *λείβοντες ὑμνώδεις ὕδατος*. l. 4. §. 9. Servius in inferorum libationibus vasa quoque à sacrificantibus in ignem missa notat, ad l. 6. Aen. Virg. De libaminibus autem illis Hesiodus: *Ἄλλοτε δὲ αὐόνδῆσι θυέσσι τε ἰλάσκεσθαι*. l. c. Ovidius l. 3. Metamorph.

*Sacra Jovi facturum erat: Jubeat ire ministros,  
Et petere è vivis libandas fontibus undas.*

Silius Italicus. l. 7:

— *In mediam jecit libamina flammam.*

Virg. l. 7. Aen.

*Hoc pater Anchises auro libabat ad aras.*

l. 8. Aen.:

*Et sacer implevit dextram scyphus: Ocyus omnes  
In mensam lati libant, divosq. precantur.*

Et 2

Oct. 1. 1

&amp; l. i. Aen.

*Dixit & in mensâ laticum libavit honorem:**Primaq; libato summo tenuis attigit ore.*

(Vbi Codex. Rom. ac Medicæus, nominallique emendatiores, magis ad palatum Maronianum legunt, *In mensam*. Deterius vero Cod. Ob- longus Vellutelli, Longobardicus, & alii aliquot pervetusti: *Immensum*) Ad quæ verba Servius: *Tangit morem Romanorum, qui paniceas sacratasq; mensas habebant, in quibus libabant, ut Heus, etiam mensas consumimus, inquit Julus.* Sed videamus jam ordine libationis materiam, variasque ejus species.

Libabatur SANGVIS hostiarum im- molatarum, unde αἱμάδαυ βώμευ Græci pro ἱσπομείν dixere, Virgil. ecl. i.

*Illius aram,**Sape tener nostris ab ovilibus imbuet hædus.*

In marinorum sacrificiis aut sanguis collige- batur, & in mare fundebatur; aut, si in navî fieret, statim in mari victima jugulabatur: Adhibebatur tamen etiam vinum. Virgilius in sacrificio Oceani: *Ter liquido ardentem perfundit nectare Vestem.* Quod Hector Anso- nius ad Chymicam pertinere vult artem, cum Magi aquis quoque ignem substruere pos- sint, ut docet Joh. Bapt. Porta in Magiâ na- turali. Vid. Nat. Com. myth. i, ii. In inferiis Sanguis ad radices tumuli fundebatur, cum

VINO

vino vel lacte mixtus; quod ex Luciani Necy-  
 omanuâ & Charont. emicat. Mox animæ  
 ad bibendum hostiarum sanguinem evoca-  
 bantur, quod Delphis ad Veneris sepulcra-  
 lis sive Epitymbiæ imagunculam fiebat; cu-  
 jus causam reddit Plut. probl. 23. Talis enim  
 superstitio Gentilium animos obcæcabat,  
 ut manes, tantisper circa Lethen vagantes,  
 campos Elysios ingredi non posse crederent,  
 donec iusta eis forent facta; Interim ipsas ul-  
 trò citroque ad sepulcra commeare, sangui-  
 nemque caesarum victimarum potare; quo  
 deficiente tepidum lac manibus recens ex-  
 pressum tumulis inferebatur. Sed de his ita  
 Euripides: Διζαί χραί με τὰς δὲ κλητηρίας  
 νεκρῶν ἀγωγὰς· ἔλθ' ὃ' ὡς πίης μέμα κέρης  
 ἀκοιφνὲς αἶμα' ὅσ' ἰδωρέμεθα. in Hec. Vir-  
 gilius, l. 2. Aen.

*Inferimus tepido spiritumantia cymbia lacte,  
 Sanguinis & sacri pateras; animamq; sepulcro  
 Condimus, & magnâ supremum voce ciemus.*  
 Idem l. 3. Aen.

*Libabat cineri Andromache, manesq; voca-  
 bat*

*Hectorem ad tumulum.*

*Addebant insuper mulsum & aquam cum  
 molâ. Homer. odyss. II.*

Βόθρον ὄρυζα ὅσον τε πυγᾶσιον ἔνθα καὶ ἔνθα,  
 Ἄμφ'

Ἀπὸ αὐτῶν δὲ χεαί χέομεν πᾶσι τέκνοι.  
 Πρῶτα μελαχρῆνᾶ, μετέπειτα δὲ ἡδᾶ οἶνον  
 Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι, Πρὶ δ' ἄλφειτα λευκὰ  
 πάλυον.

Evocabant autem animas ter, altissimâ voce, stantes super tumulum. Euripides: Μελί-  
 κρετον ἄβες, γάλακτι θ' ἀναπνέει ἄχην, καὶ  
 εἰς ἅπ' ἀκρῶν χώματι θ' λίσσεται δέ. in Orest.  
 Mahummedani hodiernum per VII dies cir-  
 ca tumulos animas versari credunt. Poëte  
 ke not. miscell. p. 250. Veluti Judæi adhuc  
 mortuos omnia audire & videre putant: Id-  
 circò deprecantur iis, si in vitâ nequierunt,  
 prehensio majori pedis defuncti digito. Vid.  
 Gerson in Juden. Psalm. I, 36. Cl. Geierus  
 de L. E. c. 5. §. II. Talis manium evocatio  
 conspici mihi videtur in numo, litt. D, cap.  
 XVIII. Veneris aram sanguine maculari ne-  
 fas fuisse pordocet ad Catull. carm. 65. Mure-  
 tus: Quamvis verba illa longè aliter legat ac  
 distingvat Scaliger castig. in Catull. Thra-  
 sea suum ipsius sanguinem diis libabat, de  
 quo ita Tacitus: Porrectis utriusq; brachiis ve-  
 nis, postquam cruorem effudit, humum super spar-  
 gens propius vocato questore: Libemus, inquit,  
**IOKI LIBERATORI.** l. 16. ann.

Ap. Ebræos, postquam sanguis victimæ  
 paterâ exceptus esset, ne conspissaretur, su-

It 4

binde

binde agitabatur Joma : שחטו וקברו  
 במזרק ארץ דמו ונחתו למי שהיה  
 ממנו בו ער הרובד הרביעי שבהנעל  
 יקרוש id est *Mactabat ipsum, &*  
*paterā sanguinem excipiebat, dabatq; ei qui mi-*  
*ſcebat eum super ſcamnum quartum, quod erat*  
*in ſanctuario, ut non concreſceret. c. 4. §. 3. Tar-*  
 gum : ודובי סהנא פורסן ובחשן ית רמא :  
*i. e. Et juvenes ſacerdotes agitabant & miſce-*  
*bant ſanguinem. Eum mox luſtrationi infer-*  
*vire oportebat; quæ ſic fiebat per ſacerdotē:*  
 כטר ארץ חרס ממי שהיה ממנו  
 נו נכנס למקום שנכנס ועמד בסקום  
 שעמד חזק ממנו אחת למעלה  
 ושבע למטה ולתת מכתחין לחזות  
 לתת למעלה ולתת למטה אל  
 במצליק זכר חיה מונה אחת אחת ואחת  
 אחת ושתיים אחת ושלוש אחת  
 וארבע אחת וחמש אחת ושש אחת  
 ושבע יצא והניחו על כן הזהב שהיה  
 בהיכל : *i. e. Sanguinem a miſcente ſume-*  
*bat, intrabat in locum quem intrabat, ſtabatq;*  
*in loca quo ſtabat, & ſpargebat ex illo ſemel ſur-*  
*ſum & ſepties deorſum, nec intuebatur ad ſpar-*  
*gendū ſurſum aut deorſum, ſed quaſi flagellator,*  
*& ſic numerabat: Semel; ſemel & ſemel; ſemel*  
*& biſ; ſemel & ter; ſemel & quater; ſemel & quin-*  
*quies*

quies, semel & sexies; semel & septies. Exhibat,  
 & super columnam auream, quæ erat in sanctu-  
 ario, conlocabat. Vid. cit. Cod. c. 5, §. 3. Adde  
 §§. seqq. & notas R. Sheringham.

*SACRIFICIA ΤΑΡΟΣΠΟΝΔΑ*, quæ ad re-  
 cordationem primi victus glandium scil., &  
 aquæ fiebant, alias Νηφάλια Σπονδαί sive  
 Ψυσίαι id est *Sobria Sacrificia*, dicta obfere-  
 bantur, Soli, Lunæ, Veneri Cœlesti seu Uranie,  
 Auroræ, Cereri, Proserpine, Veste, & ap. A-  
 thenienses quidem Memoriz sive Mnemosy-  
 næ, Musis ac Nymphis, ut refert Polemo ad Ti-  
 mazum, ideò, quoniam aqua homines sobri-  
 os conservat, cum e contra meraciore potu  
 memoria obnubilari, ingenii acies obtundi,  
 virginitatis secreta revelari possint. Philo:  
 Νηφάλια ὡς τοῖς ἱερεῦσι δύναν καὶ τέτοις βίβειν  
 ὁ ὀρθὸς λόγος ὑφηγῆται· οἷν μὲν γὰρ ἐφρο-  
 σύνης φάρμακον, ὃ ψαδὲ πλυτελῇ τὸ θρεμ-  
 μάτων ἀπληρότατον διερέθιζεν τὴν ὀπιθυμίαν.  
 lib. de contemplativâ vitâ. Quin & Diony-  
 sio obferebantur, & Erechthei filius, ut  
 prodidit Philochorus. Hoc Νηφαλίαν  
 nuncupatum, Julius Pollux docet l. 6. cap. 3.  
 Vid. Suidam voc. Νηφάλια ξύλα, Giraldum  
 synt. 17. Stackium f. 51. & 133. Junium cent.  
 3. adag. 1. Potissimum vero inferis aqua Niba-  
 batur, exinde *Nisferm* dicta, quod inferis  
 ferre-



ferretur. Festus. De Diomedis avibus non scio quid mirandi inter alia C. Solinus refert. *Adem, inquit, sacram omni die celebrant studio ejusmodi: Aquis imbuunt plumas, alijsq; impendio madesactis conflant copulente. Ita adem excusso humore purificant: Tunc pennulis superplaudunt; inde discedunt quasi peractâ religione.* c. 9. rerum memor. Ap. Ebræos itidem aqua libabatur. Cod. Middoth: **וּמִן הַמִּקְוָה נִקְרָא** שְׁמוֹ שַׁעַר הַמַּיִם שֶׁבוּ מִכִּנְסֵין צִלְזוּחִין **לְשׁוֹן מֵיִם שֶׁ** id est Cur adpellantur portæ aquarum isto nomine? Quia sicutam aqua in festo per eas important ad libamina. c. 2. Fiebat id præcipuè in festo tabernaculorum pluvix impetrandæ gratiâ, ut ait R. Levi Ben Gersom in 2. Sam. 23, 16. Similiter Elias mirando illi sacrificio suo aquam adjicit. 1. Reg. 18. Ea autem aqua, ut tradit. Cod. Sukka, è fonte Schiloah hauriebatur: proinde Abulensis & Sanctius à Sheringham in Joma rectè carpuntur, qui com. in 1. Sam. 7, 6. negant obferri posse aquam in sacrificiis.

Erât & inter **ἱεροφάντας θυσίας** SACRIFICIA ΜΕΛΙΣΠΟΝΔΑ. Porphyrius: **θείας δὲ ἐτέρας σαγόνας οἶνε καὶ μέλιτι** ἔτι δ' ἐλαίᾳ ταῖς **χρῆμας αἰδορίσκοντες**, ἀπήρχοντο καὶ τῶν τοῖς αἰλλοῖς θεοῖς. l. 2. περὶ διαρχῆς, §. 6. Idem:

Ττ 5

Νηφάλια

Νηφάλοι σπονδαι αὐτῶν μελιτῶ. lib. de antro Nymfarum. Silius Italicus: *Fundunt mella super, Bacchiq̃, & lactis honorem.* 13. Pun. Exhibebantur ea præcipuè Diis terrestribus, quia mel mortis symbolum fuit. Porphyrius: *πεπίνηται ἤδη τὸ μελί καὶ θανάτου σύμβολον.* Διὸ καὶ μελιτῶ σπονδὴν τοῖς χθονίοις ἐθυσσ. de antro Nymff. Sed de melle cap. præcedenti qq. quædam retulimus. Extat de eo Judæorum præceptum: *Non obferendum mel & fermentum super altare.* de quo vid. Hottingerum de J. E. l. 126. Nomine autem מֶלֶךְ ap. illos non solum significatur mel commune, sed & illud, quod è dactylis fluit; item succus fructuum dulcium, ut ait. R. Levi.

Neque SACRIFICIA ΓΑΛΑΚΤΟΣ ΠΟΝΔΑ insolentia, ad quæ respicit lex illa XII. Tabb. cap. de feriis, tit. de religione: VBERTATEM. LACTIS. FOETVRÆQUE. SERVANTO. Apulejus: *Gerobat & aureum vasculum, in modum papille rotundatum, de quo lacte libabat.* l. ult. Metam. Seneca: *libat & niveum insuper Lactis liquorem.* Oed. 3, 1. Virgilius l. 2. Aen. *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.* Idem Ecl. 5.

*Pocula hinc novo spumantia lacte quotannis,  
Craterasq̃ duos statuas tibi pinguis olive.*

*Prudentius in apoth.*

*Nostria*

*Nostris intervenit aris*

*Quæ subferre queant spumantia cymbia lactis*

Obserebantur inprimis Cereri, Nocti, Fortunæ, Palli, Mercurio, qui inde *Sobrius* audi-  
vit, Platoni, testibus Virgilio, Horatio, Ti-  
bullo & aliis; Jovi Latiali feriis Latinis, tra-  
dente Dionys. Halicarnassæo; Silvano; Ho-  
rat: *Tellurem porco. Silvanum lacte piabant.* l.  
2. ep. 1. Priapo, de quo Prudentius l. 1. con-  
tra Symm.

*Sinum lactis, & hæc votorum liba quotannis  
Accipit.*

In Bonæ deæ sacris, ubi vinum libarent, non  
vinum, sed lac esse dicebant: At in Ruminæ  
sacris nunquā vinum tantum lac aderat, cu-  
jus etiam hostiæ lacte conspergebantur; ejus  
causam videsis ap. Plutarch. probl. 57. Ali-  
quando lac coagulabatur, & ex eo *casei*, ve-  
grandes & boni ponderis obserebantur diis.  
Observavi id in testamento, quod est Vene-  
tiis in tabulā marmoreā, cujus aliquam par-  
tem, quæ multa de sacrificiis continet, ad-  
ducamus:

ΘΥ

ΕΤΩΔΒΟΤΑΝ ΠΡΑΤΑΝ ΕΠΙ ΜΗΝΙΕΥΟΝΑΜΕ  
ΕΑΝΤΑΙ ΣΜΟΥΣ ΑΙΣΙΕΡΕΙΟΝ ΚΑΙ ΠΕΡΑΕΛΛΥΤΑΣ  
ΕΚ ΠΥΡΩΝ ΧΘΙΝΙΚΩΝ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΤΥΡΟΥ ΚΑΙ ΤΥ-  
ΡΟΥΣ ΤΑ ΤΗΡΟΣ ΠΑΡΕΞΕΙΔΕΚΑΙ ΤΕΦΑΝΟΣ ΤΟΙΣ  
ΘΕΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑ ΔΟΙΠΑ ΤΑ ΠΟΤΗΤΑΝ ΘΥΣΙΑΝ ΠΑΝΤΑ  
ΑΠΟΔΕ-

ΑΠΟΔΕΤΟΥΤΩΝΚΑΡΠΩΣΕΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣΤΑΤΕΕΚ  
ΚΤΟΥΙΕΡΕΙΟΥΝΕΝΟΜΙΣΜΕΝΑΚΑΙΕΖΑΥΤΑΝΟ  
ΔΕΤΑΝΔΕΥΤΕΡΑΝΤΟΙΣΗΡΩΣΙΦΟΙΝΙΚΙΚΑΙΕΠΙ  
ΚΤΗΤΑΠΕΡΕΙΟΝΚΑΙΠΕΡΑΕΛΛΥΤΑΣΕΚΤΕΣΣΑΡΩΝ-  
ΧΟΙ

ΝΙΚΩΝΠΕΝΤΕΚΑΙΤΥΟΥΚΑΠΥΓΟΥΣΤΑΤΗΡΟΣ  
ΠΑΡΕΞΕΙΔΕΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΕΤΟΙΣΗΡΩΣΙΚΑΙΤΑ-  
ΔΟΙ

ΤΑΠΟΤΙΤΑΝΘΥΣΑΝΠΑΝΤΑΚΑΙΚΑΡΠΩΣΕΙΤΑ  
ΤΕΕΚΤΟΥΙΕΡΕΘΟΥΝΟΜΙΖΟΜΕΝΑΙΕΡΑΚΑΙΒΑΑΤ  
ΤΑΝΚΑΙΑΡΤΟΝΚΑΙΠΑΡΑΚΑΚΛΙΟΥΦΑΡΙΑΤΑΘΔΕ  
ΤΑΝΤΡΙΤΑΝΘΥΣΕΙΤΟΙΣΗΡΩΣΙΚΡΑΤΗΕΜΟΧΩ-  
ΚΑΙ

ΑΝΔΡΑΓΟΡΑΙΚΑΤΑΤΑΑΥΤΑΚΑΘΑΓΕΓΕΝΗΤΑΙΘΥ  
ΕΝΦΟΙΝΙΚΙΚΑΙΕΠΙΚΤΗΤΑΙΟΙΔΕΕΠΙΜΗΝΙΟΙΘΥΟΝ  
ΤΕΣΤΑΣΘΥΣΙΑΣΤΑΥΤΑΣΑΠΟΛΩΣΟΝΤΙΤΩ  
ΚΟΙΝΩΙΤΟΣΤΕΕΛΑΥΤΑΣΠΑΝΤΑΣΚΑΙΤΩΝ  
ΣΠΑΛΓΧΝΩΝΤΑΗΜΙΣΗΤΑΔΕΛΟΙΠΑΕΞΟΥΝΤΙ  
ΑΥΤΟΙ

ΕΛΑΙΟΘΥΣΙΑ frequentissima erat in infe-  
riis. Virgili9 ecl. 2. Craterasq; duos statuas tibi  
pinguis olivi. Idem 6. Aen. Pingue superq; ole-  
um fundens ardentibus extis. Et ibid.

*Congesta cremantur*

*Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.*

Neque ea vero Deo displicuit. Vid. Levit. 2.  
& Hottingerum de J. E. l. 129, Non poterant  
autem obferre נֶפֶשׁ יִכְנֹךְ i. e. oleum oliva-  
rum crudum & amarum ex oliyis immaturis  
& deciduis pressum. Codd. Menach. c. 8. Se-  
bach.

bach. f. 43, Quæ quidem vox perbene Buxtorfio in Lex. Talm. rad. חָנַן videtur esse græca illa ὁμφάκιον cuius meminit Dioscor. 1, 29; necnon Plinius l. 12, c. 27, l. 23, c. 4. Et ab his, de quibus hætenus egimus, libationibus, nuncupabantur sacrificia *νηφάλια*, αἶνα, ἀμείδυσαι.

Post aquam, primam illam σπονδήν, cepit libari mel, inde oleum; tandem, ultimo omnium VINUM. Porphyrius: τὰ μὲν δέχαϊα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν· Νηφάλια δ' εἶναι τὰ ὑδρόσπονδα τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα. Τὸτον γὰρ ἔτοιμον παρὰ μελίτων πρῶτον ἐλάβομεν τὴν ὑγρὸν καρπὸν, εἴτ' ἐλαιόσπονδα. Τέλει δ' ἐπὶ πᾶσιν τὰ ὑστερὰ γεγυῖα εἰνόςπονδα. l. 2, §, 20. Idque purum, neque ex imputatâ vite, jubente ita Numâ: DIS. EX. IMPVTATA. VITE. NE. LIBANTO. quod ipsum etiam Pythagoræ symboli vicem præbuit: μὴ σπόνδειν θεοῖς ἐξ ἀμπελων ἀτμήτων: quod scholiastæ explicant: Obferendas esse Deo actiones nostras puras, Plinius vero aliam causam legis illius Numæ tradit: *Romulum, inquit, lacte, non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis posthumia lex est: Vino rogamus ne respergite. Quod sanxisse illum propter inopi-*

am

*am res nemo dubitet. Eâdem lege ex imputatâ vite libari vina, diis nefas statuit: ratione excogitatâ, ut putare cogerentur alias aratores, & pigri circa arborum pericula. H. N. 14, 12. Taleque vinum sacrificiis idoneum Sacrima: & contra, quod ad ea adhiberi non poterat, Vinum spurcum dicebatur. De hisce satis scitè ac enucleatè Plinius: Et quoniam religione vita constat; prolibare diis nefastum habetur vine præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quamq; juxta hominis mors laqueæ pependerit, aut vulneratis pedibus calcata & quod circumcisis vine naceis profluxerit, aut supernè deciduo immundiore lapsu aliquo polluta: item græca, quoniam aquam habeat. H. N. 14, 19. Vini autem illâ portio, quæ inter libandum è pateris fundebatur, σποδῆς σκῆψον fuit adpellata. Vid. Girald. synt. 17, pag. 495. Ita ap. Ebræos unicuique holocausto quasi corollarium accessit similia oleo conspera, & libatio vini: Eetam vini quam olei adhibebatur יין id est quarta pars. Hin enim continet XII יין; at יין tantum, quantum sex ova, estque vigesima quarta pars Sex sive Sati. Vid. R. Dav. Kimchi in radd. R. Jarchi in c. 29. Ex Menachoth fol. 89, v. 1. Buxtorfium in Lex. Ising. coll. hist. quæst. 59, §. 3. Seneca: Fundit & Bacchum manu lavâ. Oed. 3, 1. Idem: Non  
 phura*

*thura desunt, non sacer Bacchi liquor. Thy. 4.*  
 1. Idem Od. 4, 1.

*Thura cum superis dares,  
 Sacrasq; grato spargeres aras mero.*  
 Idem ad Palladem Agam. 2, 3.

*Tibi grande vi lassiq; senes  
 Compote votoreddunt grates,  
 Libantq; manna vina trementi.*  
 Virgil. l. 4. Georg.

*Et mater: Cape Mæonii tarchesia Bacchi,  
 Oceano libemus! ait.*

Lucanus l. 1. Pharf.

*Sacris tunc admovent aris  
 Electâ cervice marem: Jam fundere Bacchum  
 Cœperat.*

Horatius l. 1. Od. 19:

*Hic vivum mihi cespitem: Hic  
 Verbenas pueri ponite, thuraq;  
 Bini cum paterna meri.*

Id. l. 3, Od. 13.

*Dulci, digne mero; non sine floribus  
 Cras donaberis hoedo.*

Augustus sanxit, ut priusquam consideret  
 quisque senatorum, thure ac mero suppli-  
 caret ap. aram. Svet. in Aug. c. 35. Octavius  
 super altaria merum infundit. Id. ibid. c. 94.  
 In Veneralibus multum vini è Veneris tem-  
 plo effusum; cujus causam lege ap. Plut.  
 probl.

probl. 45, cum notis Boxborn I. Arnobius:  
*Faunam igitur Fatuam, Bona que dicitur dea,  
 transeamus; quam myrteis, cesam virgis, quod  
 marito nesciente seriam meri ebiberit plenam,*  
*Sextus Clodius indicat sexto de diis græco; si-*  
*gnumq; monstrari, quod cum ei divinam rem,*  
*mulieres faciunt, vini amphora constituitur ob-*  
*secta. l. 5. advers. gen. Sinenses etiam hodie*  
*thure & mero ( quod est è palmis ) placant,*  
*supplicant, libant. Lipsius l. 1, c. 3, monit.*  
*polit. 2, §. 7. Inprimis vero Genio frequen-*  
*tissime omnium dabatur vinum. Horat. l. 3.*  
*od. 17. Cras genium mero Carabis. Id. l. 2, ep. 1.*  
*Floribus & uno genium memorem brevis hore.*  
*Perl. sat. 2. Funde merum genio. Vinum illud,*  
*si in sacris nigresceret, vel in sanguinem con-*  
*verteretur, pessimæ erat scævæ, & triste quid*  
*portendebat. Seneca Oed, 2, 2.*

*Horresco intuens!*

*Libata Bacchi dona permutat cruor.*

*Id. Thy. 4. 1.*

*Libata in ignes vina mutato flammæ*

*Cruenta Baccho.*

*Virgil. l. 4. Aen:*

*Horrendum dictu, latices nigrescere sacros,*

*Fusq; in obscenum se vertere vina cruore.*

*Ap. Ebræos, si deesset vinum, non pote-*  
*rant Cerevisiam libare, quia ea ad usum sa-*  
*crum inepta. Cod. Pesachim: מין נא*



לן הסרת אייתנא ליה שיכרה  
i. e. *Nom*

*erat nobis vinum : attulimus ipsi-corevisiam, & non separavit ; ideoq; dormivit incenatus. fol. 107, 1.*

Consecratur vinum illud certâ formulâ, & tali quidem : **MACTUS. HOC. VINO INFERIO. ESTO.** de quâ vid. Brissonium in *Formam*. Vbi nota, in sacris formulis, ut & adpellatione vasorum ac *θεοφύτων*, Romanos Sacerdotes à vulgatâ loquendi ratione discessisse; cum, quia ea, quæ in sacris à præsulis accipere, ne sacrorum ratio everteretur, immutata voluere; tum ut majestatem religionis incognitis & ab usu remotis vocabulis in animis vulgi excitarent ac promoverent. Vid. Boxhorn. quæst. 16. Formulam vero illam uberius nobis explanat Arnobius: *Opera pretium est, scribit, etiam verba ipsa depromere, quibus, cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est: Mactus hoc vino inferio esto. Inferio, inquit Trebatius, verbum eâ causâ est additum, eaq; ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis atq; apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur promanum est, esse sacrum incipiat, & ex usibus eripiasur humanis. Addito ergo hoc verbo, solum erit quod inferetur, sacrum, nec religione obligabitur ceterum. Qualis ergo hic honor est, in qua*  
impensâ

*imponitur quasi lex deo, ne plus querat, quam datum est? &c. Mactus hoc vino inferio esto: quid est aliud, quam dicere, tantum esto mactus, quantum volo; tantum amplificatus quantum jabeo; tantum honoris adsumito, quantum te habere decterno, & verborum circumscriptione definitio. l. 7. advers. gent. De sacratione vini ap. Ebraeos vid. Buxtorfium syn. Jud. cap. 10.*

Mercurio non purum, sed mistum fundebatur vinum, quod ille viventibus & mortuis præsset. Suidas vocc. *κεκεραμειν σπονδην*, & *κύλικα*; ubi & tale ad calicem jusjurandum contumaciam mulierum habetur: *Nunquam ultrò marito meo parebo; sin me invitam vi subegerit, malè obsequar, nec eum adorabo: Non lacunar intuebor: Non stabo Leana in tyronestide. Hec si præsitero, bibam hinc: Sin fecero secus, aqua impleatur calix.* Aliquando fiebat mixtio è vino & sanguine, quæ *vinam assiratum* dicebatur: Assir enim Oscis est sanguis. Vid. LaurembergI antiquarium. Libabatur & aqua melle diluta ap. Athenienses, ac Eumenidibus MULSUM, ut Pausanias refert, talisque etiam diis. Lapis Florentinus ad portam divi Pauli: NATALI. AVGVSTÆ. MVL SVM. ET. CRVSTVLVM. MVLIERIBVS. VICANIS. AD. BONAM. DEAM. PECVNIA. NOSTRA. DEDIMVS. Similis ferè

ferè mixtura erat Ebræorum *Inomelin*, de quâ  
legim⁹ in Schabbath. fol. 39. אינומלין  
בשבר *Et faciunt Inomelin in Sabbatho.* Id  
quod ulterius explicatur in ע"ן fol 30. איזרו  
אינומלין אינומלין יין ורבע ותלפלין  
i.e. *Quid est Inomelin? Inomelin est vinum, & mel,*  
*& piper.* Non rarò potiones ex fructib. arborû  
deo dicatarum, non solum in sacrificiis, sed  
& epulis sacris factas, non obscure augurari  
me jubet Rambam lib. A. Kom. c. 8. §. 7. ad  
quem locum videndum suadeo Dionys.  
Vossium in notis. Verba Maimonidis sunt:  
אילרן שהיו גוים משמרין את פרותיו  
ואומרים שהם מוכנים לעשות  
שכר לבית בום פלוני ועושין מתן  
שכר ושותים אותו ביום אידם  
: *Arbor, cujus fru-*  
*ctus custodiant gentiles, dictitantes eos servari*  
*ad faciendum inde potionem pro huius vel illius i-*  
*doli delubro; si de potione ex iis confectâ biberint*  
*die festo, usus illius arboris interdicatur.* בהנאה  
מפני שסתמו שהוה אשרו ולפיכך  
עושין i.e. *Hoc enim quodammodo indicium*  
*est arborem illam idolo esse sacratam.* Talem ex  
fructibus potum fuisse Ebræorum שכר i. e.  
סיצרם vel Siceram (è quâ libamina facta,  
constat ex Num. 28, 7.) ait R. Kimchi. Hie.  
Vv 2 rony

ronymus: *Sicera*, inquit. *Ebrae* frumentum  
patio nominatur, qua inebrians potest  
qua frumento conficitur, frugum pomorum  
cum favi, decoquantur in dulcem & bibe  
potionem, aut palmarum fructus exprimitur  
in liquorem, coctisq; frugibus aqua prae-  
paratur. ad Nepotian. Est quippe & *שכר*

*שכר* Inebriari: Unde Aben-Ezra patrem  
tem dicit, factitium ex melle & dactylis  
tico & hordeo. ad Deut. 14. Onkelos  
*חמר עתיק* vinum forte vetus; cui oppositum

quod erat vinum novum. Extat in  
ad 1. Sam. 1. 15. *וְשַׁחַר זָרָה*  
*וְשַׁחַר זָרָה* וְשַׁחַר זָרָה וְשַׁחַר זָרָה

*jin* est vinum novum; *Sechar* est vinum  
Neq; de hoc, neq; de illo bibi Vid. Buxori.

voc. *שכר*. Fuit tamen ac una cum  
tionum generibus in Paschate prohibita  
quas recenset Cod. Pesachim. *וְשַׁחַר זָרָה*  
*וְשַׁחַר זָרָה* וְשַׁחַר זָרָה וְשַׁחַר זָרָה

*וְשַׁחַר זָרָה* וְשַׁחַר זָרָה וְשַׁחַר זָרָה  
prohibita in Paschate: *Cutach* Babylonicum

*Sicera medica*, *Acetum Edomeum*, &  
*Aegyptiacus* &c. Quid *Zythum* sit.

h. l. uberius explicat. Add. Plin. l.  
ult. in fin. Theophrastum de causis plant.

13. *Cutach* Babylonicum Hortingerus  
esse conjicit de J. E. l. 15

Eumenidibus, filiabus Noctis, quæ alias *Erinyes* dicuntur, vinum nullum sacrificatum. Vid. Murem in Catull. carm. 63. Quæritur autem, an nec etiam Cereri? Certè aliquid subindicare videtur Plautus Aul. 2, 6.

ST. A. *Cererem strobile istas facturi nuptias*

STR. *Quæ? ST. A. Quia temerari nihil adlatum intelligo.*

cui suffragium addit Macrobius 2, 2 Repugnat tamen Cato: *Extra Cereri & vinum dato.* de R. R. 134. Illo igitur Plautino loco seducta compluria magna nomina aut nihil decidisse, certiq; statuisse, aut iudicii acrimoniam turpiter lapsa, compertum habemus; inter quæ Alciatus Jctus æternæ famæ, qui: *Cereri*, ait, *sacra absq; vino fiebant*, ut etiam Macrobius scribit: *Hanc ob causam opinor, ne potissimum mortalibus donum Cereris alienâ ope indigere, videretur.* &c. Lex. Plaut. voc. *Cereri*. Idq; adeo magis mirum, quòd Servius viris illis multæ lectionis ante secula aliquot facem prætulit, & egregie locum illum enucleaverit Plautinum, & cum altero Catonis tacite conciliaverit. Scholia ejus ad illud Virg. Georg.

*Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adorat,*

*Cui tu lacte favos & miti dilue Baccho,*

*hæc sunt: CVI TV LACTE &c.] Cui tu liba de lacte melle & vino. Nam superfluum est, quod quidam dicunt, contra religionem dixisse Virgilium,*

*Vu s. lice-*

*licore Cereri de vino sacrificari: Pontificales namq;  
hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus in Aulularia, cujus ipsi utantur exemplo, Cereri nubrias facturi essis, quia temeri adlatum nihil video, non est huic loco contrarium: Nam aliud est sacrificium, aliud nubrias Cereri celebrare, in quibus revera vinum adhiberi nefas erat, qua Orci nubria dicebantur, quas praesentia sui Pontifices ingenti solemnitate celebrabant &c. &c. Verba isthaec ex Douzâ paulò aliter citat Taubmannus: Ita Servium, ubi ubi eum video, corruptum video. Scholiasta igitur illo praesultore, Janus Douza benè distinguit inter Cereris mysteria & reliqua hujus sacrificia: illa ἀμείψουσα atq; abstemia fuisse, non inficiatur; hæc non item. in centur. Quamvis verò verba illa Servi calluerit; distinctionem tamen hanc capere non potuit, ex eâ quidem causâ, partim à Macrobio obcoecatus, partim quod Catonis illum locum non legerit, Vir immensæ studii & amplitudinis ingenii, dignus, mehercle! nunquam sine encomii præfamine nominari, Joachimus Camerarius, qui talia commentatur: Cereris festis jejunabant, ut Aristophanes: ὄργιον ὥσπερ γενοφροσύνην νηστεύομεν. Et sobria mulieres hæc ferias celebrabant. Torsit se Servius Georgicorum primo, in hoc versu explicando:*

*Cui tu lacte favos & miti dilue Baccho.*

*Sed Macrobius dubitationem omnem conatur dissolvere*

*vero*

vers lib. 3. saturn, &c. adnott. ad Aulul. Notandum tandem, non in omnibus sacrificiis fuisse libatum; ut testatur Suidas voc Νηφάλια ξύλα. Dii autē quibus libabatur, παρθενοῖς dicti sunt.

Cap. XXVI.

**E** *Epula sacra privata: Quinam ad eas invitati? Qualia in iis fercula? Locus Scriptionis dilucidatur. Epula publice: Vbi habitata: Sacrificia epularia. Epula sacra: Adjiciales. Adjicere epulum. Pretium illarum epularum: Varia de eo leges. Epulones: Coëpulonius apud Plautum. Epulonum numerus. Septemviri Epulones, ἑπτάτορες. Conviva in epulis publicis: Eorum numerus. Leges convivales. Magisteria regna vini. Magister bibendi: Ejus electio per tales: Synonyma: Merces. Siracidis locus enucleatur. Minister in epulis. Ετοίμασι δὲ, Ἀγασίῃ. Valla notatus. In epulis stabant conviva. Epula post parentalia quales? Culina. Epularum istarum barpyia. Terentii locus inlustratur. Proverbium explicatur.*

V u 4

catur. Donatus notatur. Ejus scholia manca. Guidonis interpretatio explosa. Ex epulis quadam libata. Libare de dapibus. Stuckius exhibitur. Vinca sacris epulis legata. Bibendi modi. Πίνειν ἐκ κύλῳ &c. Bibere græco more, Pergræcari. In bonorem variorum bibebant: Et quidem ad numerum litterarum nominum. Potationum in sanitatem alterius bodiænarum, origo. Formula propinandi. Ebraicum benedictio vini. Quibus præcipue diis pocula epota? Crater τίλει. Athenæi sententia repudiatur. Finita cœnæ nova deorum pocula. Μελαίνερα, ματά. 1. Gen. 10. lux. Locus Jes. 65. sedulo excutitur. Quis 71, quis 72, diverse sententia. Militiæ, Exercitus, Δυνάμεις cœli & terræ, id est, stella. Planetarum sortes. Del-Rio notatur. Peor quisnam? נַגַּל נֹסֵעַ, Lectisternia. Calculorum & talorum lusus post sacrificia usus.



VLARVM SACRIFIC-  
CALIVM, quas hoc capite deli-  
babimus, aliæ erant PRIVATÆ:  
ubi sacrificantes non nisi intimio-

ria



ria notæ amicos ad cœnam de reliquiis à sacri-  
 ficiis domum secum asportatis paratam invita-  
 bant. Minutius Felix: *Præceptos cibos, & deliba-  
 tas altarihus potus adhorretis.* in Octav. Vid. El-  
 menhorst in noct. Efformatus Plauti Amphi-  
 truo: *Tu gubernatorem à navi huc evoca Blephazo-  
 nem, ut te divinâ factâ mecum prandeat.* Trache-  
 lia ap. eund. *Quid mox coctum est prandium?* AM.  
*quid prandium obsecro te?* TR. *Nempe rem divinam  
 facisti hic.* Rud. 2, 3. Reliquiæ hæ erant extorum  
 pars, quorum pars altera Diis ante reddebatur.  
 Ideo Gelasimus ap. Comicum rogitat: *Jamne  
 exta cocta sunt?* Quot agni fecerat? Stich. 2, 1.  
 Anthem. ap. Eund. *Age eamini intro, dum exta re-  
 ferantur.* Poen. 2. Periplectomones ap. Eund: *sa-  
 crificant, abducunt ad exta.* M. G. 3, 1. Potitius  
 prior venit ad comedenda exta: Unde postea.  
 Potitii sacra facientes vesciebantur de eo bove,  
 quem immolaverant, à quo excludebantur Pi-  
 narii. Vid. Orig. gent. Rom. c. 8. Huc adludit.  
 Apostolus Paulus: *Οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας  
 κοινῶν;* & *θυσίας αὐτοῖς ἐστὶ;* 1. Cor. 19. 18. Vide  
 litterarum delitiâ, Casaubonum comm. in  
 Theoph. charact. Dilherrum t. 1. disp. 8. pag.  
 259. & seqq. & t. 2. disp. 9. part. 2. c. 12. Turne-  
 bum advers. l. 7. c. 6. & 23. Taubmannum in  
 Plaut. M. G. l. c. & Poen. 3, 1. Apud Ebræos de  
 quibusdam hostiis pars sacerdotibus aut sacri-  
 ficantibus ad epulas cesserit vid. Hottingerum  
 de J. E. ll. 100, 135.

Aliæ

Aliæ PVBLICAE, quæ in locis publicis,  
 præferim templis, agitabantur, quasi convivio  
 Deos excepturi essent. Suidas voc. Apides. à  
 quibus sacrificia ipsa *Epularia* nominata sunt,  
 ut cognoscere est ex Cic. de Orat. Vide de his  
 Ambros. l. 4. epist. Apulejum de mundo. Ap.  
 hunc latrones Marti secutori comitiq; victi-  
 mant, & illicò prandium fabricant opiparè, l. 7.  
 Metam. Fragmentum Ravennæ: VT. QVOT-  
 ANNIS. ROSAS. AD. MONIMENTVM. EJVS. DE-  
 FERANT. ET. IBI. EPVLENTVR. DVNTAXAT.  
 IN. V. ID. JULIAS. Lapis Patavii: M. MANLIVS.  
 SVRV. P. F. III V. CAP. ET. POMPONIA. GN. F.  
 MARTIALI. CONCORDIA. INCOMPARABILES.  
 S. V. P. HAC. F. SINE. VLLA. PENA. VT. SVPER-  
 STES. ROSIS. S. JACENTIS. QVOTAN. KL. JVN.  
 EXORNET. HICQVE. CVM. SVR. OMNIBVS. E-  
 PVLETVR. QVOS. MORIENS. DAMNET. AD.  
 TALE. POSTEROS. QVI. SVPERERINT. HVC. DE-  
 FVNCTVM. NIHILO. IMMVTATO. QVOD. AD.  
 CORPV. EJVS. ATTINET. COMITETVR.  
 QVAN..... CT. OMNIBVS. IMMVTABILL.  
 F. L. .... IDVM. N. S. H. M. NAN. VT. VI-  
 VORVM. ANIMVS. STETIT. ITA. MORTVORVM.  
 CINIS. H. JACEAT. Mediolani, in templo D.  
 Ambrosii, in latissima quadam mensâ. C. PLI-  
 NIVS. L. F. C. N. CAECILIVS. SECVNDVS. &c. &c.  
 AD

ADJECTIS. IN. ORNATVM. THERM. HS. CCC.  
 ET. HOC. AMPLIVS. IN. TVTELAM. HS. CC. T.F.  
 I. ET. IN. LIBERTORVM. SVORVM. NOMINIBVS.  
 HS. ∞ LXVI. DEDIT. CENTVM. QVINQVA.  
 GINTA. SEX. REIP. INCREMENTVM. POSTEA.  
 AD. EPVLVM. PLEB. VRBANA. ID. VOLVIT.  
 PERTINERE. Alia inscribitur: VT. QVOTANN.  
 SVB. ARCAM. NO. PLOTONI. ET. VXORI. PRO-  
 SERPIN. M. OMNIBVSQ. SACRIFICENT. ROSISQ.  
 EXORNENT. DE. RELIQVIBVS. IBI. EPVLENTVR.  
 D. P. M. DA. EX. X. ATQ. T. FACIVNDVM. DE-  
 LEGA. VITA. VALE. Ovidius lib. 2. fast.

*Spargitur & caso communis Terminus agno;  
 Nec queritur, lactans cum sibi porca datur.  
 Conveniunt: Celebrantq; dapus vicinia simplex,  
 Et certant laudes, Termine sancte, tuas.*

Virgil. 4. Aen:

*Cui nunc Maursia pictis  
 Gens epulata toris Lenaum libat honorem.*

Idem lib. 7.

*Certatim instaurant epulas, atq; omine magno  
 Crateras lati statuunt, & vina coronant.*

Et paulo post:

*Hæc sacris sedes opulenti: hæc ariete caso  
 Perpetuo felici patres considere mensis.*

Idem

Idem lib, 8.

*Viscera: oſta ſexunt taurorum, onerantq; caniftrū.  
Dona laborata Cereris, Bacchumq; miniſtrant.  
Veſcitur Aeneas ſimul & Trojana juventus  
Perpetui tergo bovū, & laſtralibus extū.*

Epulæ illæ ſacræ, & adjiciales audiebant, & qui eas inſtituebant, adjicere dicebantur. Video, inquit Joſ. Scaliger, dubitari, quæ eſſet Adjicialis cœna: Et erat, quoties aut inaugurandi alicujus gratiâ, aut propter aliud quid, puta publicam lætitiâ, indicebatur epulum, idq; dicebatur EPVLVM aut COENAM ADJICERE. Tacitus l. 2. ann. Reſcuſporis ſanciendo, ut diſſitabant, ſœderi convivium adjeſcit, tractaq; in multam noctē lætitiâ per epulæ & violentiam. Plin. l. 29. Catulinam adjicialibus quidem celebrat epulis fuiſſe, Plauti fabule indicia ſunt. Vid. magnum illum Criticum conjecit. in Varr. l. 6. de L. L. Sapiens Annæus: *Hæc, qualiscunq; cœnâ adjicali jucundior erit.* ep. 123. Vbi P. Faber ſemeſtr. 2, 16. & comm ad L. 16. ff. de R. J. Adicali legit, ab adeundo; ſicq; intelligerentur cœnæ augurales: Quæ lectio Grutero etiam adjeſcit, comm. in Sen.

Pretium Adjicialium & ſumptus lege Corneliâ Syllæ dictatoris mandatus erat: cum pleriq; in patrimoniis amplis helluarentur, & familiam pecuniâq; ſuâ prandiorum gurgitibus proluiſſent; ut Calendis, Idibus, Nonisq; diebus ludorum & feriis quibusdam ſolemnibus. His licenos in cœnam inſumere juſ potestasq; eſſet.

esset. Similes leges fuerunt Orchia, lata à C. Orchio Tribuno plebis; Lex Fannia, à C. Fannio & M. Messalla Cos. A. V. C. 592; Lex Didia A. V. C. 610; Lex Licinia, à P. Licinio Crasso Cos.; Lex Lepidi, à Lepido; Lex Antia, ab Antio Restione. Idem confirmavit lex Julia, nisi quòd nubtiis & repotiis aliquid indulserit. Vid. Cic. l. 7. ep. 27. Macrob. saturn. 3, 7. Agell. 2, 14. Alex. ab Alex. 3, 11. Guur. Ritterhusium not. in paneg. Mamert. ad Maxim. Berneggerum disput. de Conviviis §. 23. Sacra isthac convivia Christiani postea Impp. facile prohibuere, ceu constat ex l. ut profanos. 4, C. de pagan. & sacrif. & templis; ubi clarè: *Vnde absq; nullo sacrificio, absq; ullâ superstitione damnabili exhiberi populorum voluptates secundum veterem consuetudinem, ministrari etiam festa convivia, quando exigunt publica vota, decernimus.*

Ad has adjiciates certi constituti erant viri, & qui eas indicerent, & qui in iis Pontifici ministrarent, & qui ipsas quoque conficerent; inde Epulones dicti, quæ vox aliquando etiam convivas significabat, ut perfecte probat Phil. Beroaldus in Apul. l. 2. Metam. Vnde Coepulones Plauto dictus convictor. Illorum igitur sacrorum epulorum primitus tres erant: Mox ob sacrificiorum multitudinem auctus est numerus, additiq; viri quatuor, qui propterea cognominati sunt *Septemviri Epulones*, Græcè *ἑπτάτορες*.

70552

τορες; ad quos Lucanus respicit, scribens: *Septemvirq; epulū festus, Titiiq; Sodales.* Vid. de iis Giraldu. synt. 17, p. 461. Choulum p. 260. & seqq. Beroaldum l. c. & ad l. 9. Met. Gruterum in inscribtt. fol. 307. Lapis Romæ ad S. Mariam: L. CORNELIO. [P. F. SVLLAE. COS. P. R. VII. VIR. EPVL. CLIENTES. POS. Ibid. ad D. Petri Basil. IMP. CAES. DIVI. FIL. AVGVSTO. TERRA. MARIQ. VICTORI SACERDOT. BONAE. DEAE. ET COLLEG. VII. VIR. EPVLON. Ibid. in domo Cassia: C. SALLIO. ARISTAENETO. V. C. SEPTEMVIR. EPVLONVM. SODALI. AVGVSTALI. In Pyramide marmoris antiqui: OPVS. ABSOLVTVM. DIEBVS. CXXX. EX. TESTAM. C. CORNELII. TRIB. PLEB. SEPTEMVIRI. EPVLONVM. In moneta antiqua:

L. CALDVS

VII. VIR. EPVL.

Abydeni ad sacra sua convivia infantes introducebant, ut tradit Zenobius h. v. *Φασι δὲ ὅτι τοῖς ἀβυδηνοῖς ἐστὶ ἥν μετα τὸ δεῖπνον καὶ τὰς πρηνδας προσάγειν τὰς παῖδας μετὰ τῶν τιθῶν τοῖς δωχαμένοις.* Vnde proverbium ortum: *Αβυδηνὸν ἰπποδρόμημα;* quod ἔρηται ὅτι *ἔκ τῶν αὐτῶν συνοφαντέων τὰς ξένους ἔθελον*  
 ΔΕΙ-

Ἀριστοφάνης τὸν συνοφάνην ἀβυθινοκάμην εἶ-  
 πιν. Cæterum ambigo, an idem in sacris cœnis  
 convivarum numerus, qui in profanis; de quo  
 laudatissimus Beroaldus: *Lex convivalis præci-*  
*pit, ne in convivio epulones i. e. convivæ plures sint*  
*quam novem, nec pauciores quàm tres.* Oportet enim  
 numerum convivarum à gratiarum numero incipere,  
 & progredi ad Musarum: id est proficisci à tribus, &  
 consistere in novem. Nam multos esse, inquit M. Var-  
 ro, non convenit, quod turba plerumq; est turbulenta.  
 Notissimum dictum est de numero convivarum, prout  
 meminit Julius Capitolinus: Septem convivium, novem  
 verò convitium. Arbestratius Poëta græcus: Convi-  
 væ, inquit, aut tres, aut quatuor, aut non plures  
 quinque sunt; aliàs mercenariorum & rauto viven-  
 tium conventus fuerit. Athenæus quoq; auctor est, o-  
 lim non plures quinque in convivium adhiberi solitos.  
 comm. in Apul. l. 2. Metam. Aliàs tales Leges  
 Convivales circumferuntur.

I. *Vinum purum putum puer infundito.*

II. *Nymfis in hoc regno aqua & igni inter-*  
*dictum esto.*

III. *A summo ad imum more majorum bi-*  
*bunto.*

IV. *Pater à vinum circumferunto.*

V. *Decem cyathi summa potio sunt.*

VI. *Musis nonam, decimum Apollini li-*  
*banto.*

VII.

VII. *Domina* si quis habessit, *indicium* facito.

VIII. *Ejus* & *propitia* dea nomine *supra* numerum bibito.

IX. *Dicta* & *jocos* usurpanto.

X. *Ast* intra *licentiam* & *convicia* utraq; sunt.

XI. *Rixa*, *clamor*, *contentio*, ad *Thracas* ablegantor.

XII. *Eorum* *vicem* *carmen* aliudve quid *Mæseum* proferunto.

XIII. De eo *modicè* & *modestè* anquirunto.

XIV. *Angerona* *sacra* *mensa* habetor.

XV. *Dicta*, *indicta*, *facta*, *infecta* in *vino* inscribuntor.

*Qui* *hasce* *leges* *frausus* *escit*, *sacer*, *intestabilis* *vivito*.

An verò hæ singulæ in sacris quoque epulis observatæ sint, neq; quædam aut immutatæ, quædam verò novæ adjectæ, quamvis adsertu haud arduum videatur, judicare tamen supersedeo.

Eligebatur etiam in adjicialibus, veluti & in aliis conviviiis, talorum jactu, & eo quidem, qui *Venus* dicebantur, *Magister bibendi*, qui *magisteria* seu *regna vini* (observa *voculas* *solemnes*) tenebat, *poculaq;* *epulonibus* propinabat. Ipse aliàs audivit *Arbiter*, *Dictator*, *Modimperator*; Apud Græcos; *συμπροιαγὴς*, *Βασ*  
*αδὲς*,



ἀδὸς, ὡς ἰν' ὕμνῳ. Vid. Lipsium A. L. 3. Grapal-  
dum, 2, 3. Taubmannum ad Pl. Pers. 5, 1. Eum  
nec Ebræis insolentem fuisse, docemur ex Si-  
racide à Grutero : *Si summus convivii magister  
es constitutus, ne te supra alios efferas, sed qs. unum  
ex illis præbeas : Habeto curam eorum atq; ita confide.  
Et cum tuo munere persunctus fueris, commendatio-  
nem adeptus, quiesce : ut lateri eorum causâ, orna-  
mentiq; gratiâ coronam accipias.* Hæc Sirach. c. 32.  
v. 1, 2, 3. Vbi videmus præmii ritè administrati  
officii, coronæ scilicet, mentionem fieri : proprii  
etiam apud Ethnicos Modimperatoris. Pertin-  
et huc etiam Minister, qui pocula miscbat,  
aquamq; manibus & pedibus, ceu id in convi-  
viis fieri consuevit, præbebat, de quo Stegerus  
de lot. vet. Rom. c. 8.

Adparat<sup>9</sup> ad convivia talia dicebatur εἰσιμα-  
σία καὶ διασκευή. Sed fallitur bonus ille Valla,  
qui deorum epulas, aut quæcunq; eorum sa-  
crificiis adlata essent, *Dapes* propriè nuncupa-  
tas vult : meritoque carpitur à Joh. à Meyens  
quem adi in l. 6. Aen. Virg. In cœnâ, post sacri-  
ficiu inaugurationis Pontificis, qualesnam  
cibi adpositi fuerint, singulos concinnè refert  
Choul pag. 266. & seqq. Edebant a. in epulis his  
stantes; sed in Herculis Romæ ad aram Maxi-  
mam sedentes. Cæterum multa adhuc profano-  
rum conviviorum in adjicialibus quoque  
usurveniebant, quæ vel planè præterivimus  
Xx                      siccò,

siccò, quod ajunt, pede; vel, si hoc minus commodè fieri potuit, studio perstrinximus: & cetera quidem, quoniam, quicquid de ferculis, adparatu & ritibus conviviorum vert. dici potuit, ubertimè dixerunt & opiparè pertractarunt Lipsius lib. integro tertio Antiqq. Lectt. & Guilielmus Stuckius in Antiqq. Convivialibus, opere multò limatiori & longè majoris studii, quàm est illud de Sacrificiis.

Epulæ post Parentalia non obscurè adparent ex inscriptionibus capitis hujus initio adductis: Et erant panis, placentæ, ac similia. Hæ vel comburebantur; ubi locus, quo id fiebat, *Culina* dictus est: Vel adponebantur. Erant igitur homines famelici ac paupertini, qui istiusmodi cibis insidiabantur; de quali Catullus carm. 58.

*Sape quam in sepulcretis*

*Vidistis ipso carpere è rogo cenam:*

*Cum devolutum ex igne prosequens panem*

*A semiraso tunderetur ustore.*

Tibullus, 1, 5.

*Ipsa fame stimulante furens, escamq; sepulchri*

*Quærat.*

Planè huc spectant Parmenonis ap. Terentium verba: *Ex flammâ te petere cibum posse arbitror.* in Eun. 3, 2. Commune enim hoc ap. priscos dictærium fuit de inediâ fessis, & quorum res familiaris ad incitas redacta erat lineas. Id ap. Comi-

**C**omicum vix unus aut alter interpretum odoratus est. Donatus nullibi, credo, minus est Donatus, quam hoc ipso loco; ita ejus scholia omnimodo injuriâ temporum, atque inertium tenebrionum, naufragium fuere passa, factaque confusum chaos. Adducam tamen verba ejus: **EX FLAMMA TE PETERE C. P. AR.** *Petere cibum hoc est alimentum: unde sine damno aut malo nihil potest auferri.* **EX FLAMMA,** hoc intelligit non ex foco, aut ex medio igni, sed ex flammis incendio: Nam non intelligibile est, ut à foco cibum peteret. Nam antiquum verbum est petere cibum è flammâ. ¶ *Ex flammâ: mordaciter utrumq; simul, ut nesciat, quem prius vituperaverit, hujusne famem; an illius immanitatem vel voraginem; & simul vide convitium redditum.* Unde conjectum est idem de paupertate & egestate. Hæc scholia. Aliter aliquantum Guido, (quamvis rarò id soleat) sed satis simpliciter: **EX FLAMMA:** id est ex famis incendio. Posset tamen fortasse non ineptè dici, quamvis Donato non placeat, puta et ita ligurionem voracem, seu epulonem, aut comedonem, ut etiam ex medio, assu olla bullientis educere seu decerpere cibum non dubitares: Adeò ventri deditus es, ita quod flammæ vel ardoris molestias perpeti non renueres, dummodo gula tua inservires.

Neque in his sacris conviviis nulla superstitionis religio. Edapibus subinde (vel

Kk a luc

lut & in privatis convivis) in honorem deorum  
aliquid libabant. Livius: *Inter pocula aeg. epu-  
las, ubi diis libare dapes & bene precari mos esset.*  
L. 39. Homerus: *Ἰσοῖσι γ' εὖσαι ἀνώγῃ Πατρὸς  
κλον, ὃν ἐταῦρον, ὃ δ' ἐπὶ πύρρι βάλλει θύηλας.*  
in Achill. Dionys. Halicarn. *Απὸ τῆς ἐστίας τῶν  
βασιλέων, ἐφ' ἧς ἄλλας τὲ συντελεῖσι ρώμαιοι  
ιερεργίας καὶ τὰς ἀπὸ τῶν δείπνων διαρχὰς  
ἀγίζουσι.* l. 4. antiqq. Plutarchus: *ἀπαργμα-  
τος, καὶ λοιπὴν λαμβάνουσαι ἀπὸ βασιλικῆς τρα-  
πέζης, καὶ ὡς αἰεὶ εἶωθον, τῷ πύρρι ὀπιβάλλουσαι.*  
de fort. R. Adeatur Lipsius in l. 15. ann. Taciti.  
*Cum vero in sacrificiis herba, & in epulis dapes  
libari diis dicuntur; ἢ libare non significat de-  
gustare, sed vel obferre ac dare, vel adolere.*  
Hoc non intellexit Struckius, & procul dubio  
illud Virg. l. 1. Aen. *Oscula libavit,* similiter ex-  
posuisset; degustavit vel effudit.

Quanti demum post adjicialia sua Sa-  
crifici nostri Vini & Κυλίκων ἱεστά. illud saepe  
ex vineis ad talia convivia legatis desumptum,  
colligimus ex fragm. Testamenti inventi Ro-  
mae anno 1498. in quo legitur: HOC. AMPLIUS.  
R. P. PETILINORVM. DARI. VOLO. HS. XN. ITEM.  
VINEAM. CALCIDIANAM. CVM. PARTEM. FVNDI.  
&c. Et aliquantum post: VINEAM. QVOQVE  
CVM. PARTE. FVNDI. POMPEJANI. SIC. VT.  
SVPERA. DIXI. HOC. AMPLIUS. AVGVSTALIBVS.  
LOCI.

LOCI. DARI. NON. VOLO. QUAM. VINEAM.  
VINEAM AUTEM. VOBIS. AVGVSTALES. IDEIRCO.  
DARI. VOLO. QUAE. EST. AMINEA. VT. SI. COGI-  
TATIONI. MEAE. QVA. PROSPEXISSENT. VTI-  
LITATIBVS. NOSTRIS. CREDO. CONSENSERITIS.  
VINVM. VSIBVS VESTRIS. DVNTAXAT. DVN. PVBLI-  
CE. EPVLAS. EXERCEBITIS. HABERE. POSITIS. &c.

Bibebant autem frequentissimè Dextror-  
sum in orbem, quod Græcis erat *πίπεν ἐκ κί-  
χλων*; Latinis, *à summo bibere*; hodie Germa-  
nis *auff der Reithe trinken*: Aliquando quo-  
que transversim, freuzweise. Et quidem Gra-  
eco more, quod adagioni locum dedit, & initia  
verbo *pergracari*, de quo videndus Erasmus.  
Græci enim primi non tantum diis, sed &  
Principibus, Patronis, Præceptoribus, atque  
amicis, amicabusque, inter pocula & mensas  
libarunt, eorumq; honori biberunt. Asconius Pe-  
dianus ad illud Ciceronis: *Græco more biberet-  
ur*, adnotat: *Grandibus inquirunt poculis & me-  
racia potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis:  
& hoc putant Græco more potare: Est autem Gra-  
ecus mos (ut Græci dicunt) οὐ μὲν χυαὶ ἰσομέ-  
ναι, cum merum cyathis libant salutantes primò  
deos, deinde amicos suos nominatim. Nam toties  
merum bibunt, quoties & deos, & caros suos  
nominant.* in 3. Verr Et tot quidem in honorem  
amicorum cyathos bibebant, quot in nomini-

bus eorum litteræ essent, Itaq. clarescit Man-  
alis l. 1. epigr. 71.

*Nona sex calathis, septem Justina bibatur.*

*Quinq. Lycæ, Lyde quattuor, Ida tri-*

*Omnia ab infuso numeretur amica salerne.*

Adde l. 9. epigr. 93. Vid. Liphium, l. A. Ab hac

bibatione abominanda illa *ἀστρον*, & in ali-

sum valetudinem atque prosperitatem ingurgit-

tationes ad detrimentum extremum usque cor-

poris hodiernas dimanasse luculenter ostendit

Matchesius S. S. Theol. Doctor, tract. de vi-

bibendi super sanitat. Formula tales cyathi

propinandi erat hæc, quam habet Plautus

Pers. 5. l.

*A summo septenū cyathis committe hoc*

*move manus, propera.*

*Pagnum tarde cyathos mihi das, cedo sunt*

*ne mihi, bene vobis, bene amica*

Et in Stich. 5. 4.

SA. *Vide, quot cyathos hos bibimus. ST. Tunc*

*digitus sunt tibi in manu.*

*Cantica 68. Græc: ἡ πεντε πλῆ, ἡ τετράπλη*

*μὴ τετράπλη.*

*Tibi propino decumâ fonte: tibi tunc inde*

SA. *Bene vos, bene nos, bene te, bene me*

*nostram etiam Stephanum,*

*Bibe, si bibis &c.*

Vid. rotam hanc scenam: Et in loca hæc

Taubmannum in notis. Possunt etiam de hæ-

manorum propinationibus evolvi Herodianus  
l. i. Berneggerus diss. de Conviviis §. 193 Ebrzo-  
rum paterfamilias poculum, quod manu te-  
nebat, hac precatione propinabat: ברוך  
העוֹלָם לְךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ בְּרוּךְ  
הָאֵלֹהִים בְּרוּךְ אַתָּה יְיָ אֱלֹהֵינוּ id est, *Benedictus esto tu  
Domine Deus noster, creator fructus vitis.*

Præcipue diis certis à modimperatore  
certa adposita ac epota pocula: Et primum  
quidem, ut refert Pindari scholiasta, Jovi O-  
lympio, secundum Heroibus; tertium Jovi  
Servatori. Ad ea respicit Plutarchus quæst.  
conviv. Οὐδὲ γὰρ θεῶν θύοντες, πᾶσι τοῖς ἄλλοις  
θεοῖς, μάλιστα καὶ σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς κατε-  
χόμεθα, ἀλλὰ τριῶν κρατῆρων κεραμίνων,  
τοῖς μὲν ἀπὸ πρώτης ἀπένδομεν, τοῖς δὲ ἀπὸ  
δευτέρας, τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς τελευταίας. φθονοῦ-  
μεν γὰρ ἑξωθεν ἡμῶν χοροῦ ἵστα. dec. 5. Et clarè Aeschyl-  
lus in Epigonis: ἀσπασα δὲ μὲν πρῶτον ὠραία  
γάμος Ἡρας τε, ἥ τε τὴν δαΐτῃαν γε κράσι Ἡρώ-  
σιν ἔμελλε, ἥ τε τρίτην διὸς τῆς σωτῆρος ἑκταίαν  
λίβαν. De tertio Jovis Sospitatoris Sophocles  
ἐν Ναυπλίῳ:

Ζεῦ παυσίλυπέ τε καὶ Διὸς Σαπηγία

Σπιδὴ τρίτῃ κρατῆρι.

Unde Crater hic τρίτῃ dictus; sive quod nu-

Xi 4

merus

merus ternarius omnium absolutissimus, vel quod in illo, utpote ultimo, potatio desisteret. Vid. Paulum Manutium in addag. cui Jupiter Olympius cum Sosпитatore idem videtur.

Enimverò Apolloni scholiasta tria alia pocula adjuvialibus largitur: I. Διὸς Σωτῆρος, II. ἀγαθῆς Δαίμονος, III. Ἑρμῆς. Quamvis Athenæus duo illa priora Jovis Servatoris & Boni Dæmoniiis eadem faciat, satis tamen stramineo testimonio Diphili probare laboret l. 2. dipnosoph. Illa igitur, quæ supra recensuimus, in epulis forte ipsis; certè hæc finitâ cænâ, lotisque manibus, exhibebantur. Priora quidem duo dixere μεταίτεια & ματᾶ. Nicostratus: Μεταίτεια δὲ αὐτῶ τῆς ὑγείας ἔγχεον, λάβε τῆς ὑγείας δὴ σύ. Φέρε τύχα ἀγαθῇ. τύχη τὰ θνητῶν πράγματα in Pandr. Portionem ipsam μεταίτεια. Callias: Δέξαι τήνδε μεταίτεια τῆς ὑγείας. in Cyclopp. Diphilus in Sapphone:

Ἀρχίλοχε δέξαι τήνδε τὴν μεταίτεια

Μετ' ἡν διὸς σωτῆρος ἀγαθῆς δαίμονος.

Egregiè Theophrastus de boni genii poculo:

Τὸν ἀκράτατον αἶνον ἐπὶ τῷ δείπνῳ διδόμεν, ὃν ὃ λέγουσιν ἀγαθῆς δαίμονος εἶναι πρόσπιον, ὀλίγοντε περισφίρυσιν ὡσπερ ἀναρμησκόντες μόνον



μῦθον τῇ γεύσει τὴν ἰσχύον αὐτῶ, καὶ τὴν ἔθ' θεῶ δο-  
 ρεῖαν, καὶ μετὰ τὴν πληρώσιν διδόασιν, ὅπρι εἰλά-  
 χισον ἢ τὸ πινόμενον καὶ τρίτον προσκυήσαστες  
 λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τραπέζης, καὶ ἀπερίκτεται  
 αὐτὴν ποίεμενοι ἔθ' θεῶ μηδὲν ἀχρημονεῖν, μηδὲ  
 ἔχον ἰσχυρὰν ἰππικίαν ἔθ' πόθεν τέτα, καὶ  
 λαμβάνουσιν ἐξ αὐτῶ τὰ καλὰ καὶ χρήσιμα. I. de  
 teputant. Philochorus: Καὶ θεομῶς ἐτέθη ἴτε  
 προσφύειν μετὰ τὰ σίλια πᾶσιν ἀκράτῃ μέ-  
 νου, ὃν γεῦμα καὶ δῶγμα τῆς δυνάμεως τῆ  
 ἀγαθῆς θεῶ τὸν ἵ λοιπὸν ἤδη κεράμενον. Διὸ καὶ  
 τρυφῶν τῶ Διονύτῃ τὰς νύμφας, ὀνομασθῆναι.  
 I. 2. Atthid, Ad hos calices adserimus cum  
 magno quodam Philologo respicere S. Aposto-  
 lum: 'Οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίῳ πίνειν καὶ ποτή-  
 ριον δαιμονίων· 'Οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίῳ  
 μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων. I. Cor. 10, 21.  
 Fuere autem dæmoniorum pocula, quæ recep-  
 sumus: Jovis Olympii & Servatoris, Boni Ge-  
 nii, Mercuri, Heroum & Junonis.

Talem puridam idololatriam in Judæis con-  
 tumacibus, obstinatis,

*Et cortice pingui,  
 Ut nimiale vetus prægandi subere coelum,  
 carpit inlustris Propheta: Et vos dereliquentes  
 Dominum, obliviscētes montis sanctissimis meæ,*

הַעֲרִיכִי לְגֵר שְׁלַח וְהַמְלִא לְמִנִּי

7000 id est *Parantes* 717 *mensam*, & im-  
 plentes 727 *libamen*. c. 65 vers. 11. De cultu ipso  
 res certa: At de diis, cui ille exhibitus, ingens  
 in Philologorum foro lis est. Multi 71 interpretantur  
 700 id est *Sidus bonum*,  
*bonus demon*: Arabibus *Gad* est beneficus,  
 bonus. Jonathan Ben-Vziel, auctor Chal-  
 daicæ paraphraseæ explicat: 717 727  
 id est fortuna bona. Cyrillus & LXX interpre-  
 tes versiculum illum legunt: *ἱστοιμάζοντες τῷ*  
*δαίμονι τράπεζαν, καὶ πληγνύοντες τῇ τύχῃ κέ-*  
*ρατα*, id est *Demoni & fortuna*; cum quibus  
 consentit Procopius, nisi quod fortunam præ-  
 ponat. Osorius, Mercerus, Cornelius, & alii,  
 quos recenset Vatablus, fortunam & fatum  
 intelligi ajunt. B. Lutherus ita reddit: *Ihr richtet*  
*dem Gad einen Tisch/ und schenket voll ein vom*  
*TrankOpfer dem Meni*; quas voces etiam Leq  
 Judas retinuit. Tremellius hanc ponit exposi-  
 tionem: *Qui instruit turma illi mensam, qui*  
*impletis numeris illis libamen*; & stellas signifi-  
 cari adnotat, quibus velut exercitibus cælum,  
 terra, & aqua instructa sint. Et hoc sensu  
 stellæ vocantur *Militie, Exercitus*. Δύναμις  
*cæli & terræ*, Gen. 2, 1. Dan. 8, 9. 1. Reg. 22, 19.  
 2. Paralip. 18, 18. Psal. 23, 10. 32, 6. 46, 10. 67, 13.  
 102, 21. Jes. 1, vers. 9. & 24. 40, 2. 45, 12. Luc. 2,  
 13. 21.

21, 26. & alibi. Sidera vero cœlestia, deserto  
 veri DEI cultu, adorârunt Judæi; quod legimus  
 Deut. 17, 3. Soph. 1, 5. in Rambam de cultu  
 stellarum, & alibi Cum illo faciunt R. Aben  
 Ezra, Buxtorfius, Schindlerus, & plurimi  
 Ebræorum, nisi quod Schindlerus addat intelli-  
 gere alios numerationis deum Mercurium.  
 Arias Montanus similiter exponit: *Parantes*  
*Jovi (qui paratis militia cœlesti) mensam, &*  
*implentes Meni (qui impletis Planetis) libamen.*  
 Münsterus: *Præparantes Gad (Jovi) mensam,*  
*& implentes Planetis libamen.* Idem hic signi-  
 ficari volunt stellam Jovis R. R. Moses & Kim-  
 chi, quæ eo nomine Arabibus dicatur; Ebræis  
 aliàs adpellata **כוכב צדק** id est stella Justitia.  
 R. Abraham quoq; *militiam sive exercitum cœli*  
*vertit;* R. Jonah, *conjunctionem Planetarum:*  
 R. Salomo, *bonum fidus, planetam faustum:*  
 Aquila, *וְצֶאֱוֹן* corporum cœlestium, Solem;  
 Fullerus, *fortunam, Jovem, Martem:* Forer-  
 us Gad contendit esse stellam Martis; Men-  
 ſellam Mercuri. Del-Rio (ex quo nos multa  
 hausimus) in adagg. alia citat Montani verba,  
 utut prolixissima, nullo tamen modo hîc  
 omittenda: Scribit Ebræa verbotenus reddi-  
*Instruentes bono eventui sive bonæ gratia men-*  
*sam;* & significare idem, quod Latins indulge-  
 re genio cum boni eventus spe, animo cura  
 vacuo; cuticulam curare sine fururi sollicitu-  
 dine.

dine, sed velut bono omine se felicitati commendare: quod Galli dicant; *Apprestez la table bien fournie, à la bonne grace*. Cujusmodi vitam & vota docuerit Horatius Thaliarchum lib. 1, od. 9. Et hanc luxuriam Judæorum cum ominatione conjunctam vult reprehendi. Probat primò, quia גַּד significat *felicitatem, bonum omen, bonum eventum*; ut patet ex Gen. 30. 11. ubi Lia, cum ei ancilla filium peperisset, dixit feliciter, & idcirco vocavit nomen ejus *Gad* גַּד. Secundò quia hîc subditur Ebraicè גַּד מִמֶּנִּי וְהַמַּמְלָאִים *ychammemaleim lamni minnesach*, de verbo: *& qui implent ad numerum de mixtione*. Quod refert ad morem antiquum numerandi in cōviviis pocula: quæ quisq; biberet, ex arbitrio modimperatoris, qui solitus easæpe ad numerum litterarum vel amicæ inveneris; vel divi alicujus in solemnibus aut sacris epulis (sic ista puto dispescenda, & ita de prioribus Martialem, de posterioribus Horatium interpreter) Addit, Israëlitarum morem diversum fuisse à more Latinorum: Latinos enim solitos numerare litteras ipsas nominis, ut Ida tribus, Lyda quatuor, Justina septē constabat. Ebræos. verò attendisse ad ordinem, quem in Alphabeto litteræ istæ obtinerent; v. g. Gad constat duabus litteris, quarum prima ghimel est tertia alphabeti littera, daleth verò altera est quarta; sic ex duabus his effici septem. Itaque pocula

**Gad**

Gad sacra fuisse septem, numerum felicem; & ideo nostrum interpretem, sicut in Genesi Gad interpretatus est *feliciter*, sic hoc loco interpretatum *fortunam*, hoc est felicitatem; & indicasse morem libandi ei septem poculis, & iis quidem non aquâ mixtis (ut inter sobrios decebat) sed aliis vinorum aut odoramentorum variorum generibus, vel etiam Hymettio melle, sicut salerna diluebantur &c. Hæc Del Rio ex Ariâ Montano. Erant enim Planetarum singulis sortes; ut: Saturno Νέμεσις, Jovi Νίκη, Marti τόλμα, Soli ἀγαθοδαίμων, Veneri ἔρως, Mercurio ἀνάγκη, Lunæ ἀγαθὴ τύχη. Vide Joh. Reum Mirandulam advers. Astrol. 6, 18. Onkelos pro Gad idola, & Deos fictos pro Menē habet; cum quo convenit vetusta quædam versio Arabica. Errat hic, aut forte sui oblitus est, Del Rio adfirmans omnes interpretes vocem מנא מנא deducere, cum id verba ejus jammodò adlegata confundant: Itemq; Symmachus, qui Hieronymi testimonio legit *Mini* i. e. impletis absq; me potionem; & Vulgata, quæ talis: *Ponitu fortune mensam & libatis super eam*. Vid: de his pluribus Del Rio adag. 810. 811. Seldenus de D. S. 1. 1, Glasius Phil. S. 1. 4. tr. 3, observ. 9. §. ult. Schedius de D. G. 1, 4. Forte huc conlineat R. Maimon de cultu stell. 12. כִּיצַר חַרִי שְׁנֵיטֵךְ לַפְעוּר אוֹ שִׁכּוּחַ לַמַּרְקוּלִים: id est

i. e. Ecce hic & ille, qui Peori libat, & Mercurio sacrificat. c. 3, §. 4. Peor aliis quidem est Saturnus; aliis tamen Jupiter Tonator, primò, teste Scaligero, בעל כעל, dominus tonitruum. Ebraeis verò per contemptum בעל מעור dominus crepitus ventri dictus. Alii Jovem Stygium explicant.

Nec fortunæ mensam solum, sed & Lectum posuere, teste Drusio, dictum ערסן לבנה de quo auctor Lexici Talmudici: Lectus erat factus in honorem bonæ fortunæ, in quo nemini licebat dormire. Vid. Glafs. l. c. Omnia ad מן Echnicorum, qui itidem diis in epulis sacris & aliis lectos parabant; qui ritus Lectisternia dicti. Livius: Gravis pestilensq; omnibus animalibus æstas excepit urbem, cum insanabili pernicio, quando nec causa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex SC. aditi sunt, & Duumviri sacri faciendæ Lectisternia tunc primum in urbe Romanâ facta per dies VII. Apollinem Latonamq; & Dianam; Herculem, Mercurium atq; Neptunum tribus, quæ amplissima tum adparari poterant, stratis lectis placavere. Privatum quoq; id sacrum celebratum est. totâ urbe, patentibus januis, promiscuoq; usu rerum omnium in propatulo posito &c. lib. 5. ab V. C. Apulejus: Sunc & publicarum epularum adparatus, & lectisternia deorum, & dies festi, ludiq; scenici: Diu sacrificatur, Geniis ministratur, aliis libatione perfunditur, alim-

*ἄλλοις* alio fungitur munere. lib. de mundo. Arnobius: *Lectisternium Ceteri erit Idibus.* Habent enim di lectos, atq; ut strati possint mollioribus incubare, pulvinorum collitur atq; excitatur impressio. l. 7. advers. genti. Ponebatur in tali lectisternio Jovi, Junoni, & Minervæ aliquando in Capitolio celebrato, Jovis simulacrum in lecto; at huius & illius in sellis. Dis genitalibus quoque lectus sacer erat, ut probat Fulv. Ursinus in orat. Cic. pro Cluent. Quidam epulum Jovi in Capitolio datum *lectisternium* dici, autumant: Servius *lectisternia* vocari ait, ubi homines in templo sedere consueverint. Vid. Girald. Syn. 17. p. 483. At in Herculis Victoris templo in Aventino ad occasum, Tiberim & portam Trigeminam versus, lectisternium esse minimè licuit, ut ex Servio & Cornelio Balbo docet Fabricius in Rom. cap. 9.

Post sacrificia inter epulas, sive etiam peractis iis, quidam calculi ac tali ludebant. Plato: εἰσελθόντες δὲ κατελάβομεν αὐτοὺς τεθυκότας τε τῶν, παῖδας καὶ τὰ περὶ τὰ ἱερῆα σχεδόντι ἤδη πιπτημένα ἀτραγαλίζοντάς τε δὴ καὶ κεκοσμημένους ἀπανήας. Οἱ μὲν ἔν πολλοὶ ἐν τῇ αὐλῇ ἐπαιζον ἔξω. Οἱ δὲ τινες ἔδωπον ἡμέτερον ἐν γυνίᾳ ἡγτίαζον ἀτραγάλοις παμπέλλοις, ἐκ φορμίσκων τινῶν προαιρέμενοι. in Lyfide.

Cap.

## Cap. XXVII.

**C**lamor sacrificialis duplex: Simplex: Factatio capitis. Clamor certis verbis effusus. Clamor luctuosus. Ezechielis locus c. 8 luce donatus. Thammuz quis? Cur idem cum Adonide? Causa sacrorum luctuosorum Adonidis. Alexandrinorum mos. Loco Jesh. 18 fax praelata. Sacricola flagellator suiipsum: Flagella quomodo confecta? Sacrificantes cultris se sauciabant & perfodiebant. Loco 2. Sam. 18 lumen adfunditur. Clamor hilaris. Saltatio: Ejus varia genera. Instrumenta musicalia in sacrificiis. Loca Juvenalis exposita. Tibicines, Tubicines: Eorum collegium. QVI. S. P. P. S. Mos duabus simul tibiis canendi. Cur tibicines illi idibus Januar. per urbem Romanam veste muliebri amicti circumdederint? Tibicines Ebraeorum. Jubilai etymon: Quidam apud eos in sacris ignominie causâ nominati, & cur? Ἰπάρχματα. Hypingi unde? Hymni varii. Cur cecinerint & saltârint Stropben, Anti-stropben, Epodon. Cinis in aris relictus: Etiam apud Ebraeos, sed certâ formâ מֵחָרָם. חֵרֶם הַמִּזְבֵּחַ. Quis cinerem ab altari ap. Ebraeos



*Ebreos removerit? הצביעו formula. Numerandi modus Ebraorum. Locus i. Sam. 15 perpenditur. Λαοὶς ἁφρον, clausula sacrorum. Vocis Missæ, & Formula, Ite missa est, origo. Polydorus Vergilius compiler. Formula illa in vet. Ecclesiâ quoq; usitata. Extemplo an formula dimittendi è sacris? Contra Scaligerum cum Meursio dubitatur. Nict finem imposuit iudicio; sacris non item. Stuckl apine & vana excogitata. Clausula inferiarum.*

*Epilogus hujus operis,*

**B**Onum, mi Lector, habeas animum:  
In manibus terræ. Non hic te carmine  
longo

*Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.*

Reliquias hoc caput cogit; & calamus voti damnatus clausulam spectat. Reportabimus aures calentes ac tintinnantes boatu sacrificiali & initiatorum clamore; quî toto sacrorum tempore, ante ea, in ipsis, post ea, in adjicialibus, aliis atq; aliis profunde batur. Erat ille vel I merè simplex & rudis ululatus; vel II verbis concitatis, votis, supplicationibus, laudibus & carminibus quibusdam, aut saltim adfectu certo, unde lætitia aut luctus cognoscere erat, prorumpens: Vterq; quidem frequentissimè fidium, tubarum, & similium clangore permix-

Yy

tus.

tus. De primo illo in Bacchanalibus usitato Virgilinus l. 4. Æn:

*Bacchatur, qualis commotus excitæ sacris  
Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho  
Orgia, nocturnuq; vocat clamore Cithæron.*

Et paulò post de sacris Hecates:

*Nocturnuq; Hecate trivis ululata per urbes.*  
Inter hanc ululationem caput diversimodè jactabant. Vid. quæ ex Theodoro, Chrysostomo, Apulejo &c. habet Casaubonus exerc. 14. num. 9.

Posterior, qui certa exprimebat verba, ea I vel luctuosa eliquabat, animiq; mœrorem innuebat: Hoc fiebat in sacris Solis, Serapis, Osiridis, Mithræ, Ditis, Typhonis, Attinis, Ammonis sive Adonidis; quippe istos omnes eosdè esse, auctores sunt Martianus Capella l. 2. de Nubtt. Philol. & Macrobius Saturn. 1. 2. Marternus Fitmicus: *Hæc est Isiaci sacri summa. In ægyptu habent idolum Osiridis sepulchrum; hoc annuulatibus plangunt.* de err. prof. gent. Lucanus: *Platarunt tristia Galli.* l. 1. Phars. Prudentius hymno. peristeph:

*Meretrix Adonin vulneratum scenica  
Libidinoso plangit adfectu palam.*

Vid. de planctu in Adoniis Plutarchum in Alcib. & Nic. Conflimant huc verba Ezechielis: *Introduxit me ad ostium porta domus Domini, quæ ad aquilonem: Et ecce sedebant ibi mulieres plangentes*

res Thammuz. c. 8. De Adonide enim explicans Hieronymus & Procopius. R. Moses a. in More Neboch. Thammuz ait fuisse Prophetam idolorum. Nonnulli putarunt, imaginem fuisse, in cujus oculos plumbum imponderetur, & quæ admoto igne ac plumbo liquefacto fieri videretur, ut refert R. Kimchi. Vid Seldenum de D. S. 2, 11. Interim per eum vere Adonidem fuisse intellectum ex eo ostenditur, quia hic interfectus est ab apro, mense Junio, qui Thammuz dicitur. Vbi vero uno die luxissent *אֶפְרוֹחִי* i. e. mortem Adonidis; postero gaudebant ob *שִׁמְשׁוֹן* id est, vitam redditam: Id explicatur; quod Adonis i. e. Sol quotidie moriatur & *שִׁמְשׁוֹן* reviviscat: Alii frumentum intelligunt parte anni in terram absconditum; mox Veneri ac hominibus restitutum; Confer Vossium de Idol. 2, 4. Itaq; Alexandrini accipiebant ossam, eamq; immisâ epistolâ mari committebant, quæ sponte Byblum deportabatur, ubi meretriculæ plangebant: Hæ conspectu ossâ exemptam aperiebant epistolam, Adonimq; revixisse cognoscebant. Sicq; finis lamentationi imponebatur. Vid. Procopium Gazæum, in Jes. Sched, de D. G. 1, 4. Confertur ita lux loco Jesajæ 48, 2. huc pertinenti: *יְהוָה בֵּרַךְ* *יְהוָה בֵּרַךְ* id est, qui mittit in mare legatos & in vasis papyri super-

*quas*, Sic Vulgatus. Alii : *in instrumentis scilicet per superficiem aquarum*. LXX. habent : *ἰνὰ τοῦ θαλάσσης*. B. Lutherus vertit : Das Vottschafften auff dem Meer sündet / und in Röhrschiffen auf den Wassern fährt.

Satis luctum illum contestatum ibant, quando carnificinâ flagrorum, astragalis contextorum, corpora sua adficiebant, ad extremam usque sanguinis rorationem. Lectissimè, Apulejus: Adrepto denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tæniis lanosi velleris prolixè fimbriatum, & multijugis talis ovium tessellatum, indidem sese, multinodis commulcatilibus, mirè contraplagarû dolores præsumptione muscus cerne- res projectu gladiatorum ietuq; flagrorum, solum spureicie sanguinis effœminati madescere. l. 8. Metam. Nec id quidè sufficere poterat, nisi cultum luctumque suum ferro ipso & vultorum acie comprobarent. Idem: *Brachiaq; suis humerotenus denudatis attollentes immanes gladios ac secures evantes exiliunt*. Et paulo post ibid. Firmicus: *Tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum refecant cicatrices, at annui luctibus in animi eorum funesta ac miserande necis exitium nascatur*. l. c. Tertullianus: *Archigallus ille sanctissimus sanguinem impurum lacertos quoq; castitæ de, libabat*. in apolog. c. 24. Statius 10. Theb.

Sic

*Sic Phryga terrificæ genitricis Idææ cruentum  
Elicit ex adytis, consumit atq; brachia ferro &  
Martialis II, 85:*

*Alba minus sævæ lacerantur brachia cultrū,  
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos,  
Prudentius hymn. 10. regise Q.*

*Cultrum in lacertos exerit fanaticus,  
Sectūq; Matrem brachii placat deam &  
Sidonius. carm. II. Jam sectus recales Corybæ. E-  
undem cultum etiam alibi reperimus. Plautus.  
Icit femur, num obsecro ariolus est? Trucul, 2, 7.  
Præcipue in Bellonæ sacris: Lampridius: Bello-  
na servientes verè execrare brachium præcepit. in  
Comm. c. 9. Poeta:*

*Quos Bellona potens quos dea magna movet.  
Ipsa bipenne meos cæda violenta lacertos &  
Lucanus l. 1. Phars,*

*Quos sicti Bellona lacertis.*

*Sæva movet,*

*Tibullus l. 6:*

*Ipsa bipenne suos cedit violenta lacertos,  
Sanguineq; effuso spargit inulta deam:  
Stratq; latus præfixa veru, stat saucia pectus.  
Seneca Med. 4, 2.*

*Tibi nudato pectore Manas  
sacro feriam brachia cultro.  
Manet noster sanguis ad aras.*

*Dispalescit ex his ratio illius, quod de Sacerdoti-  
bus Baal-sacrificantibus Scriptura refert: Clama-*

*It 3*

*bant*

*hant ergo voce magna & incidabant se iuxta ritum suum cultri & lancolū, donec perfunderentur sanguine.* 1. Samuel. 18, 28. Vid. Fesselium advers. sacr. 2, 3.

Vel II. vocum hilaritate insurgebat, mentisq; lætitiā effundebat. Ejus exprimendi cō magis causā in sacrificiis, præcipuè ad Phrygium modum, ( qui ab Acolio, Dorico, Jonio seu Jasso, & Lydio differebat ) saltabant. Ita in Lencade in Apollinis Actii templo, ubi bos pro abigendis muscis immolabatur, etiam saltationem honori divino edebant. Cælius L. A. 23, 30. Vid. etiam Geofredum Linocerium mythol. Mus. cap. 6. Prudentius l. c. *Salteat tonantem tauricornem Lydium.* Seneca Troad. 3, 3.

*Non inter aras mobili velox pede,  
Revocante flexo concitos cornu mollos,  
Barbarica prisce templo saltat u. coles.*

Idem Herc. fur. 3, 3:

*Pingues cadite victimas,  
Permista maribus nuxus  
Solemnes agitent choros.*

Utrique adfectui plenius significando apertissima erant & parata in sacris cymbala, crotala, tympana, cornua, sistra, tibiæ, tubæ, litui & similia. Augustinus: *Banā, dicunt matrem magnam, quod tympanum habeat, significari esse orbem terre &c.* Cymbalorum sonitus, ferramentorum ja-

*can-*

Tandorum ac manuum & aru crepitus in colendo á-  
 gra, quid sit, significat &c. de C. D. 7, 24. Arno-  
 bins: Etiamne aris cinnisibus & quassationibus cym-  
 balarum? Etiamne tympani? Etiamne Symphonii?  
 Quid efficiunt crepitus scabillorum? Ut cùm eos au-  
 diarint numina, honorificè secum existiment ædum,  
 & ferventes animos irarum oblivione deponant. An  
 numquid ut parvuli pusiones ab ineptis vagitibus  
 crepitaculis exterreantur auditis: Eadem ratione &  
 omnipotentia numina tibiærum stridore mulcentur,  
 & ad namerum cymbalarum molitâ indignatione  
 flaccescunt. l. 7. Minutius Felix. Corybantum cym-  
 balis, ne pater audiat vagitus, cinnitus eliditur. in  
 Octav. Vid. notas Elmenhorst. in h. l. & Parrha-  
 si in l. 4. Theb. Statl. Apulejus: Qui per plateas  
 & oppida cymbalis & erotali personantes, deamq;  
 Syriam circumferentes mendicare compellunt. &  
 aliquantò post: Tinnitu cymbalarum. & sonitu  
 tympanorum, cantuq; Phrygiis intulentibus modulis.  
 exercitum procurrat obviam. l. 8. Metam. Et l. 11. Me-  
 tam: Symphona dehinc suaves fistule, tibiæq; modu-  
 lus dulcissimis personabat. &c. Seneca: Sacrificia dat-  
 ces tibia effundit modos. Agam. 3, 2. Claudianus:  
 Cymbala ferre licet, potestq; inlidere pinu. l. 1. in  
 Eutr. Martialis: Linigeri fugiunt, calvi, sistræ-  
 raq; verba. Statius l. 5. Theb. Cum sacra vocant  
 Idaaq; suadet Buxus. & l. 8.

Gemina ara sonant, Idaeq; terga,  
 Et moderata sonum vario spiramine buxus.

Virgilius. l. 2. Georg.:

*Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,  
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.*

Lucretius l. 2.

*Tympana tenta tonant palmis et cymbala circum,  
Concava, rautisonoq; minantur cornua captu,  
Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.*  
Catullus carm. 62.

*Phrygiam ad domum, Cybelles Phrygia ad ne-  
mora dea,*

*Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant,  
Tibicen ubi canit Phryx, curvo grave calamo.*

Ovidius de Pont. 1, 1.

*Jaçantem Phariâ tinnula sistra manu?  
Ante Deum matrem cornu tibicen adunco.*

*Cum canit: Exigua quis stipis ara negat?*  
Horat. l. 1, od. 36.

*Et thure, & fidibus juvat.*

*Placare, & vituli sanguine debito.*

l. 3, od. 19.

*Cur, Berecynthis.*

*Cessant flamina tibiæ?*

l. 4. od. 1.

*Illic plurima naribus.*

*Duces thum, lyraq; & Berecynthis.*

*Delectabere tibia.*

Vid. Cl. Boeclerum not. ad Vell. Pat. 1, 4, 1. Ac  
in sacris Bonæ deæ tibiæ & similia aliquando  
exesse jubebantur; id quod præter Macrobium  
l. 1. saturn. etiam confirmat Juvenalis sat. 2.

*Bonam,*



*Bonam tenera placant abdomine porca,  
Et magno cratere deam: Sed more sinistro  
Exagitata procul non intrat fœmina limen,  
Salis am dea maribus patet: Ite profana.  
Clamatur, nullo gemit hîc tibicina cornu.*

At hoc omne contra institutum sacrorum fuisse subindicant verba illa: *More sinistro*. Quæ doctissimus scholiasta Mancinellus exponit *Ritu contrisio*. Et Domitius Calderinus in h. l. notat: *Sed in hac non servant ritum sacrorum Bona dea*. Cæterum expressè Poëta sat. 6.

*Nota Bona secreta dea, cum tibia lumbos  
Incitat, & cornu pariter vinog; feruntur*

Musicæ illi sacrificiali certi præerant viri, Tibicines ac Tubicines, qui integrum Romæ faciebant collegium; quorum meminit inscriptio Formijs in sacello quodam:

PRAEF. QVINO. NERONIS. ET. DRVSI  
CAESARVM. DESIGNATO. TVB. SAC

Et alia Romæ, in basi, superpositâ parieti vineæ Francisci Cicchi, ad Septizonium Severi:

COLLEGIO. TIBICINVM

ET. FIDICINVM. ROMANORVM

QVI. S. P. P. S.

Litteras has finales inluminat alia ibidem quondam in ædibus Colotianis; nunc in vineâ Carp. in basi marm.:

Y y 5

TIBI-

## TIBICINES &amp; ROMANI

QUI &amp; SACRIS

PVBLIC &amp; PRAEST &amp; SVNT.

Sapiusque moris erat, ut unus duas simul inflaret tibiae, veluti aperte videas ap. Choulum de relig. Rom. vett. in numo aere Domitiani pag. 284. in columnâ Trajani p. 306. & Ejusdem lib. de Castramet. pag. 50. Hi tibicines idibus Januari per urbem veste muliebri induti circumibant; ex sequenti quidem causâ. Cum à Tribunis militum honoribus, quos Numa eos maceraverat, ingentibus privarentur, Româ Tibur secesserunt; Desiderati inde ob religionem, quod nemo sacrificiis præcineret, atque occiti; non tamen revertebantur. Sed libertus occultè magistratibus se eos reduciturum promittebat; qui, instructo polluctu, tanquam Dis rem divinam fecisset, invitat tibicines, adhibitis etiam mulieribus: Tota nox, comotatione, jocis, & choreis transacta fuit. Tum trepidatione subito fictâ ex improvviso Patroni superventu persuadet tibicinibus vehicula pelliculis circumquaque oblecta conscendant, promittens dolose, se eos Tibur reducturum. Sed circumactis vehiculis tibicines, per temulentiam & tenebras non animadvertentes, ubi locum essent, Romam universos primâ luce revehit, & eos quidem vestibus floridis ac mulieribus amictos ob nocturnam comessationem

rem. Inde cum magistratu reconciliatis per-  
missum quotannis hoc die tali habitu per ura-  
bem circumire. Vid. Plutarch. quæst. 55.

Neque Ebræorum sacrificiis deerant  
tibiz vel fidicines. Hinc quibusdam Jubilæ-  
um deducitur à אֶרֶב ariete, non tam quod  
in memoriam Isaaci festum hoc celebrare-  
tur, in cuius immolandi locum aries cessit;  
quàm quod cornu arietino indiceretur, Vid.  
Ising. coll. hist. quæst. 60, 4. Quamquam  
Cajetano magis addrideat derivatio à אֶרֶב  
ramo five germine: Andr. Masio autè in cap.  
6. Jos. à אֶרֶב, musicorum patre, cuius  
mentio fit Gen, II. Hinc etiam Hogrus Le-  
vita ad ignominiam memorabatur ap. eos in  
sacris, quòd, quem callebat, cantandi mo-  
dum non doceret; dum nempe pollice in ore  
posito, digitoque naribus admoto, vocem  
suaviter & artificiosè flectere novit. Veluti &  
familia Garmu, quod non docebat confice-  
re panes: Et familia Abtines, quæ novit her-  
bam, cuius aromatibus permixta fumus ad  
formam baculi adscendebat, cum catero-  
quin fumus undique diffunderetur; & doce-  
re recusabat: Nec non filius Kamzaris, qui  
quatuor calamos manu simul tenebat, &, si  
dictio quatuor litteris constabat, singulas  
unâ vice expressit, quod tamen silentio sub-  
pressit.

pressit. Vid. Joma. c. 3, §. II. cum notis Sheringham.

Hymni illi & carmina post sacrificia decantata *ὑμνεῖσθαι* nuucupabantur; qualia in variorum laudes deorum à Callimacho, Orpheo, Virgilio aliisque conscripta extant. Dianæ hymni dicti sunt *Hyperi* sive *Vperi* ab Vpi ejus patre: unde & ipsa *Vpis* sive *Opis* vocata. Vid. Callimachum hymn. dian. Cic. l. 3. de N. D. De his audiamus Choulthum: *En mangeant lon chantoit hymnes & cantiques accommodez aux louenges divines. qui estoient & est assavoir à Diane un hymne qui se nommoit Hyppingos; à Apollo Pæan vel Hyporchema qui se chantoit principalement pour faire cesser la force de la peste. L' hymne d' Apollo & de Diane se nommoit Profodia: à Ceres, Julus, pour le froment. Les hymnes Veneriens estoient appelez Erotiques, comme si tu disois amatoires, et pleins d'amour. à Dionysius, Dithyrambus, hymne obscur & entremessé. Les yurongnes avoient leurs hymnes à part, duquel Aristophane a parlé in Ranis, qui se disoit Κεκαπαλόκωμῳ, pource que les Grecs nomment κραιπάλην, la treuveur & tremblement de la teste qui vient du vin, & Κῶμον, comessation ou banquet, ou bien (si tu veux) festin plein d'intemperance & yurongnerie. pag. 330. Canebatur autem ac saltabatur Strophe & Anistrophe, ad imitationem motuum Stellarum.*

tum. Per Strophē motum hujus universi, per Antistrophē singularum planetarum motiones: Per Epodon terræ stationem firmam & quietam significabant. Vid. Bito lib. de music. instrum. Aristoxenus l. i. de foraminibus tiliarum

Peracto sacrificio cinis ut plurimum in arā relinquebatur, usque dum nova immolatio exverrias pararet, ejusque remotionem urgeret. Quò pertinent illa Satyrici sat. 6.

*O bene, num ignoras? Missa est à Casare laurea  
Insignem ob cladem Germana pubis: Et aris  
Frigidus excutitur cinis.*

Plinius l. 2. H. N. refert in arā Laciniæ Junonis sub dio sitā cinerem relictum esse immobilem præstantibus undique procellis. Idem mos linquendi in altari cinerem Ebræis non insolens; insuper & eum quoque, qui è membris vel intestinis, quæ vespere ab igne non consumebantur: Hic in cumulum congebatur Ebræis dictum תפוח; ille in formam rotundi pomi cumulabatur. Sed primi cineres & prunæ ab altari prius removebantur (quod ministeriū תרומת המזבח dicebatur) per Sacerdotem in thuribulo. Vid. R. Salom. ad Mischnam Joma c. 5. Hoc in tribus tantum festis magnis fiebat, ut docet Cod. Tamid. c. 2. Pro ministerio autē detergendi altare, sive cineres removendi, Sacerdotes

dotes cursu certabant, ipseque, qui socium quatuor cubitis anteverterat, cum ad medium venissent, munere illo fungebatur: Quod si autem duo pares essent, fors adsumebatur. Joma c. 2. §. 1. & 2. Quod fiebat numerando digitos; ubi formula erat: **מִצֵּיטוּ** i. e. *micate digitis*! cujus modum vid. apud Sheringham in Joma l. c. Ipsos enim homines numerare non licebat, quæ forte causa commotionis illius & iræ divinæ in Davidem. 1. Sam. c. ult. sed numerabant vel per digitos, vel per agnos sc. paschales, vel per lapides, vel per ramos, quos manibus gestabant. Vid. Gemara & Maimon in Joma. Unde Vulgatus interpres & alii multi vocem **מִצֵּיטוּ** 1. Sam. 15, 4. exponunt, optimè ad hunc ritum respicientes: *recensuit eos qs. agnos*: à voce scilicet **אֵגוּס** agnus, quæ etiam extat 1. Sam. 7, 9. Jes. 40, in cap. 56, 25. Sed Buxtorfius mavult hic locum quendam intelligi, & longè antè eum Lutherus, qui verit. Unde er **גִּבְלֵת** sie zu Zelaïm. Decinerationem illam enucleatissimè describit R. Levi Barfelonius, cujus verba ex Cl. Hottingeri versione hæc sunt: *Ajant Rabbini nostri: Decinerationem opus esse ex operibus sacerdotii; Vestesq., quibus induti Sacerdotes cinerem removemt, viliores esse cæteris, quibus reliqua munia obeunt, sicut dicitur; Lev. 6. v. 11. Post exuēt vestes suas, & induc*

induet se vestibus aliis, efferetq; cinerem extra castra ad locum mundum. Et quanquā locus hic loquatur de exportatione cineris extra castra; intelligi tamen etiā debet de cineris remotione, cū nempe illū ab altari sublatum, in pavimento altari vicino (Sacerdos) deponit. Unde etiam discimus, non convenire, ut faciat opus illud iisdem vestibus, quibus *Lev. xxi. 10*: Eodem planè modo, quo non decet, ut quibus quis indutus vestimentis coxit aliquid in ollā Domino suo, iisdem illi infundat; pincernam agat, & coquum eodem habitu. Quando verò cinerem remonent? Quotidie, ex quo adscenderit columna aurora. Diebus verò festis, ultima noctis parte tertia. Die autem Expiationum à meridie noctis. Quomodo deponunt cinerem? Qui dignus fuerit ex sacerdotibus & forte remotio ei contigerit, abluit se, & induit vestes depositionis, consecrat manus suas & pedes suos; Tunc compellant eum fratres ejus sacerdotes: Caveo, ne tangas vas, antequam sacrificaveris manus tuas, & pedes tuos: Postea accipit thuribulum argenteum, in angulis collocatum inter clivum altaris, & altare ad partem clivi occidentalem: Accepto autem thuribulo ad verticem altaris ascendit, & prunas converrit hinc ac illinc, arreptisq; prunis, in medio ignis consumtis, descendit in terram, vultusq; Aquiloni obverso, humi incedit ad ortum clivi quasi decem cubitos, è regione Aquilonis, & prunas acceptas

pavimenta, tribus palmis à clivo remoto, in loco, ubi ingluvies avium deponitur, infertur. Decimatio autem altaris interioris, & lychnuchus, & prunicipium hoc, quo thuribulo acceptas prunas, in pavimento propè altare deponit, praeceptum est quotidianum. Postquam autè is, qui cineres removit, descenderit, occurrunt fratres ejus sacerdotes, consecrantq; citò manus & pedes ejus; accipiunt scapas & fuscinulas, & altaris summitatem conscendunt, convolvuntq; cinerem altaris, ex quo cumulum conficiunt ad Tapuach, qui locus est altaris ita adpellatus: Et cum hic cumulus accreverit, pauca quadam deponunt vase magno, Letech comprehendente, quod Pesactar vocatur: statq; ibi, usq; dum totum extra castra deportarint.

Dimittendus tandem templo sacricolà audiebat ultimum illud: ΛΑΟΙΣ Ἀφεσις. Testem fati perspicuum adduco Apulejum: Tunc ex his, inquit, unus, quem cuncti grammateā dicebant, pro foribus adstans cætu pastophorum, quod sacrosancti collegii nomen est, velut in concionem vocato indidem de sublimi suggestu, de libro, de litteris fausta vota prefatus principi magno, Senatuiq; & equiti, totoq; Romanò populo nauticis navibus, quaq; sub imperio mundi nostratis reguntur, renunciat sermone rituq; graciens ita: Λαοῖς Ἀφεσις populis missio. l. ult. Metam. Ex quo Polydorus Vergilius de I. R. 5, 12. & vocis Missæ papalis, & formulæ in

es,



et. ITE MISSA EST, originem protrahit; sed compluisse videtur virum immensi laboris & reconditæ eruditionis Philipp. Beroaldum (quamvis cœvi fuerint) cujus ipsissima verba harpagatus est, quod non vanis & ficulneis conjecturis adsevero. Adscribam autem verba Beroaldi è commentariis ejus in h. l. **RITV GRAEGIENSI** ¶ *More graecanico, & lingua Λαοῖς ἁΐσις. Interpretamentum Graecarum dictionum est: populi missio. Verba sunt, quæ graci nostris, juxta usurpant post cuncta celebrata mysteria ut dicatur: Missio populi, sive est, vel datur; ut tunc deum omnibus abire fas sit. Vis exemplum consimile? Proximum habes? Nam quotidie in mysteriis nostris solet Sacerdos post peracta solemnia dicere: Ite Missa est: Ita nunc scriba græcè: Λαοῖς ἁΐσις i. e. populi missio &c. Hæc ille. Cettè formulam illam: ITE IN PACE MISSA EST, quam Episcopus post cœnæ dominicæ administrationem, cum dimitteret populum, personarit, etiam in veteri Ecclesiâ usitatissimam fuisse, fidem nobis faciunt constituit. Apostolorum l. 8.*

Alia sollemnis dimittendi è sacris formula Romanorum erat *Ex templò*, prout quidem auguratur Criticus inlustris, Scaliger F. cujus en verba: *Ex templò verbum est sacrarum, sicut Illicet judiciorum. Ut enim hoc dimisso Senatus sic & illud sacrificio patrito à pracone pronunciat*

22

batur t

*batur: Quasi significatur, ut exirent ex templo; quod, quia citò fiebat, inde pro citò & prosperiter sumi captum est.* in conjecit. Quamvis non frustra refragantem habeat J. Meursium: Neque certè verisimile est, *ex templo* proclamatum fuisse, quando sacrificia in compitis, viis publicis, lucis, agris &c. fuere facta. Nec firmiori pede illi procedunt, qui audacter faciunt *ilicet* clausulam sacrorum: quò quidem voce iudices per præconem senatu fuisse dimissos non inficiamur. Vellem, unicum saltem ostenderent locum; quod adserto isti quantulumcunq; robur adderet. Aliquē forte è Donato! protrahent? (licet scribtoris istius lacinata scholia parum admodum probent) perspiciamus igitur eum: *ilicet* & *semper ilicet finem rei significat, ut actum est: ilicet, per syncopen.* Phorm. 1, 4. Hæc vero statim explicat, indicatque cujusnam rei finem propriè significet? *Judices, ait, de consilio dimittebant suprema dicta, cum præco pronuntiasset, ilicet, quod significat pro ire licet.* Hucusque Donatus. Porro Stuckius similem formulam tradit esse: *Confestim.* Tradit, inquam, pro certo; ne conjicit quidem. Stramineum istud commentum. Quod si sanè levissimis opinionibus niti liceret, quivis potius initio sacrorum id se audire somniaret. In inferiarum fine *ῥύτα* clamasse: *salve æternum! vale num!* ait & probat doctissimus Giraldu

Jam

7, p. 510.

Jam ilicet Lector! & missionis loco percipe verba Porphyri, quæ habet Henr. Corn. Agrippa: *Laboremus vite nostræ sanctimoniam, pro sacrificio obferre: Nemo enim bonus DEI sacerdos esse potest, nisi qui seipsum hostiam producens propriam animam quasi simulacrum quoddam adificet, & mentem & intellectum in templum constituat, in quo divinam lucem suscipere possit!* de O. P. 3, 59. Tantum itaq; de veterum sacrificiis, initiis ac τέλει, victimisq;. Laus tibi esto, O CHRISTE! victima perfectissima, agne immaculate! Qui pro nobis factus es sacrificium: Qui es Initium &

Τ Ε Λ Ο Σ.





4/3.

